


LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

Arthur Frederick [illegible]

from his affectionate Father


LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

from his affectionate Father

EURIPIDIS

OPERA OMNIA.

[redacted]

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ἍΠΑΝΤΑ.

EURIPIDIS

OPERA OMNIA;

EX EDITIONIBUS PRÆSTANTISSIMIS

FIDELITER RECUSA;

LATINA INTERPRETATIONE, SCHOLIIS ANTIQUIS,

ET

ERUDITORUM OBSERVATIONIBUS,

ILLUSTRATA:

NECNON

INDICIBUS OMNIGENIS

INSTRUCTA.

VOLUMEN SEPTIMUM.

GLASGUÆ:
EX PRELO ACADEMICO,
CURA ET TYPIS ANDREÆ ET JOANNIS M. DUNCAN;
IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY,
LONDINI.

1821.

HERMANNI PRÆFATIO

AD

HERCULEM FURENTEM.

QUUM Euripidis aliquam fabulam in publicis meis scholis interpretari constituissem, neque invenirem editionem, quæ et exiguo pretio parabilis esset, nec textum haberet a criticis aut nimis, aut minus, quam par videretur, mutatum: ipse animum adjeci ad edendam aliquam hujus poëtæ tragœdiam. Prætuli autem aliis Herculem Furentem, tum quod hæc fabula in melioribus est, tum quod non est ex his, quæ in carminibus antistrophicis nihil proprium habent, tum denique quod difficultates, quibus laborat, maximam partem vinci posse videbantur. Lectionem conformavi ad fidem veterum librorum, et ad criticorum, measque ipsius conjecturas, ubi certa aut facili emendatione corruptio tolli poterat. Gravius affecta, vel quorum incertum esset remedium, in adnotationibus tentare satius duxi. Uti de his, quæ ex MSS. correcta sunt, rarius admonui, ita ξὺν pro σὺν et ει in secundis verbi passivi personis, et si quæ sunt alia hujusmodi, tacite reposita sunt. 'Αεὶ prima producta a tragicis dici, recteque sensisse ea de re Porsonum, vicit locus veteris grammatici ab Heynio ad Hom. vol. VI. p. 638. allatus, cui nuper accessit testimonium Apollonii Dyscoli, productum a Bastio ad Greg. Cor. p. 347. Non credo tamen huic Atticæ mensuræ locum esse in his tragœdiarum partibus, quæ magis epicam vel lyricam dictionem habent. Hanc ergo sive legem, sive opinionem in delectu utriusque formæ sequutus sum. Aliis in rebus, quum quid mutatum est, mutationum auctores commemoravi: in quo genere dici vix potest, quanta fuerit Euripidis editorum

levitas. Nam Musgravius priorum editionum fere solam Aldinam, et ne hanc quidem ubique, consuluit aut commemoravit; criticos autem antiquiores atque interpretes et neglexit sæpissime, et interdum falsa de iis prædicavit. Lipsiensis vero editio, quæ Barnesianam ac Musgravianam complectitur, tantum abest ut huic desiderio satisfecerit, ut ne Musgravii quidem adnotationes omnes exhibeat, in excerptis autem ex aliorum scriptis criticorum nunc contraria, quam illi dixerunt, nunc talia referat, quæ ab iis ne potuerunt quidem dici: veluti, ne hoc temere jactare videar, ad Andromachæ v. 24. Quo magis optamus, ut vir doctissimus, qui nunc novam editionem Euripidis parat, Aug. Matthiæ, varias veterum editionum lectiones, emendationesque antiquiorum criticorum præcipua quadam cura dignetur. Certe nescio an pauciora in his sint, quæ quis silentio premi velit, quam in Musgravii aliorumque recentiorum conjecturis. Et omnino parum lucis allatum esset Euripidi, nisi tres eximii viri præclare de eo meriti essent, Valckenarius, Marklandus, et Porsonus, quibus proximus, longo sed proximus intervallo, accedit Brunckius. Porsonus quidem, cujus morte ingentem omnes, qui his studiis dediti sumus, semperque dolendam jacturam fecimus, omnes implevisset numeros, si metrorum eamdem habuisset, quam cæterarum grammaticæ partium peritiam. Quo in genere ut hæc Herculis editio aliis præstaret, in primis operam dedi. Unde alio versuum numero enato, in summo paginarum margine posui numeros versuum editionis Musgravianæ, et, quos uncis inclusi, Barnesianæ. Cepit autem nuper metrorum tragicorum constitutio insigne incrementum diligentia Aug. Seidleri, qui nunc in schola ad D. Nicolai multa cum laude tertii magistri munere fungitur. Hic enim quum accurata metrorum, quibus tragici, ac præcipue Euripides, usi sunt, pervestigatione plerosque versus, qui temere ex brevibus longisque syllabis conflati videntur, e dochmiaco genere esse, eorumque versuum numeros continuari, solutis sæpissime syllabis finalibus, perspexisset: hæ observationes fecerunt, ut in dochmiacorum explicatione, quam olim proposui, duos commissos esse errores intelligerem, unum, quod, Brunckium sequutus, duos dochmios

versu asynarteto consociari a tragicis dixi: quod, ut Seidlerus in epistola ad Lobeckium hujus Ajaci subjecta docuit, verum quidem est, sed hac tantum conditione, si prior dochmius vocabulo terminetur, in quo vox nonnihil acquiescere soleat, veluti exclamatione, compellatione, interrogatione: qualis in Hercule versus est 871.

σὸν ἄνθος, πόλις, ὁ Διὸς ἔκγονος.

Quod contra, ubi tali excusationi nullus est locus, ita syllabam ancipitem numerus repudiat, ut aut longa syllaba, aut duæ pro ea breves requirantur. Quæ syllabæ finalis solutio alterum errorem aperuit. Neque enim verum est, duas esse dochmii formas, unam antispasticam, alteram trochaicam, sed una ubique et eadem forma invenitur, non illa e duobus, sed e tribus ordinibus, iambo, arsi, et rursum iambo constans, solutionemque in arsi ubique, in utraque anacrusi autem syllabam ancipitem admittens, hac forma:

⏑ –́ | –́ | ⏑ –́
– ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ | – ⏑ ⏑

In Hercule quidem dochmiaci inveniuntur, v. 107. 129. 734. 735. 741. 765. 870—873. 880—883. 897. 898. 1011. 1014. 1016. 1017. 1020. 1021. 1029. 1036—1040. 1045. 1046. 1049. 1050. 1052. 1169. 1173. 1174. 1186. 1200. (Versus indicavi strophicos tantum, non antistrophicos, quos antistrophicorum notationes facile cuique monstrabunt.) Præterea miris modis hi numeri cum aliis numeris consociantur, et quidem sæpe sic, ut dochmium præcedat iambus, quod absonum nuper visum Boeckhio in dissertatione de metris Pindari, p. 297. aliquando, sat scio, aliter videbitur. Exempla in Hercule sunt, v. 1015. 1047. Deinde Cretico præcedente, v. 742. 892. eoque longas solutas habente, 905. 1184. et duobus Creticis 740. et antispasto 737. si hic θεῶν una syllaba legendum, neque in antistrophico προοίμιον scribendum est, quo facto hic versus duos dochmios comprehensurus esset. Magis mirum est hoc, quod etiam a dactylicis numeris transitur ad dochmios, quo in genere anacru-

sis dochmii, quæ dactylum sequitur, longa, prima autem arsis in duas breves syllabas soluta est. In Hercule exempla, uno præmisso dactylo, sunt v. 1013. 1024. 1176. 1180. eodemque referri fortasse debet, v. 1031. Pluribus dactylis subjectus dochmius, v. 1049. Incertum an etiam anapæstis, v. 1032. quum hic versus etiam alios habere numeros possit. Catalecticum dochmiacum videre licet, v. 1018. hypercatalecticum, 874. hypercatalecticum ita, ut dochmium sequatur amphibrachys, 1047. Denique aliis hypercatalecticus eo memorabilis est, quod eum non interrupta numeri perpetuitate alii dochmiaci excipiunt, v. 1185.

ὃς ἐπὶ δόρυ γιγαντοφόνον ἦλθε σὺν θε-
οῖσι Φλεγραῖον εἰς πεδίον ἀσπιστάς.

Et in antistropha, v. 1297.

πέπλον, ἀπόδικε, ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον βά-
ρος δ' ἀντίπαλον δακρύοισιν ἁμιλλᾶται.

Video quidem fore, qui hunc insolentiorem numerum mihi imputent, quum in stropha certe, si θεοῖσι in duas syllabas contrahatur, integri sint quatuor dochmii. At tanto plus difficultatis habitura esset antistrophici versus correctio, quæ a me quidem unius litteræ adjectione, particulam δὲ dico, perfecta est. Quamquam enim non sum nescius, mutando verborum ordine hic quoque dochmios puros duobus modis restitui posse,

ἀντίπαλον δάκρυσι βάρος ἁμιλλᾶται,

vel, si quis ferendum putet συναμιλλᾶται,

δάκρυσι βάρος ἀντίπαλον συναμιλλᾶται:

neutra tamen mutatio talis est, quam sine insigni temeritatis nota admitti posse existimem. Nam, mea quidem sententia, ordo verborum non nisi magna cum cautione mutandus est, neque quidquam puto a Porsono periculosius dici potuisse, quam hanc esse emendationis rationem omnium facillimam: mirorque, quod Britannus censor Porsonianæ editionis prima-

rum Euripidis fabularum, cautissimus criticus, ita de hac re sibi persuasit, ut in illa censura mense Aug. a. CIƆIƆCCXCIX. p. 441. hunc versum,

ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται,

quamvis prima ejus verba a Cicerone, tamquam reliquis sat notis, commemorari videret, sic putaret corrigendum esse,

κάλλιον ἡμῶν ταὐτόματον βουλεύεται.

Dicendum nunc est de duabus aliis ad artem metricam pertinentibus rebus, de versibus in medio vocabulo finitis, et de dispositione carminum antistrophicorum. Ac Boeckhius nuper in dissertatione de metris Pindari contendit, nusquam finiri versum nisi finito simul vocabulo: quod ne mihi quidem, si versus vocarentur, quæcumque una numeri perpetuitate comprehensa essent, aliter visum esse, et significatum est a me Boeckhio, et ab illo commemoratum. Licebit autem, opinor, Boeckhium hujus rei auctorem citare, qui non promiserit se de ea re disputaturum, sed disputaverit: quum præsertim nihil caussæ sit, quare quis alium meliora allaturum fuisse conjiciat. Mihi quidem, si et nunc sæpius vocabula in duos versus distraxi, et posthac idem faciam, ratio ejus rei reddenda est. Ac versus nomen in re metrica duas significationes habet, unam communem, qua etiam in prosa oratione, quidquid unam lineam implet, indicamus; alteram poëseos propriam, qua numerum intelligimus unum, sive ille ex uno, sive e pluribus ordinibus constet. Et hac quidem significatione quem versum dicimus, non potest nisi integro vocabulo terminari. At quid hoc ad istam alteram significationem? Nam si qui tam longi versus sunt, ut usitatos chartæ modulos excedant, quid tum fiet? Utrumne librorum formam ad monstruosam latitudinem diducemus, an, servatis chartarum mensuris, prosæ orationis perpetuitatem scribendo imitabimur? At quanto consultius est, numerorum aliqua ratione habita, ex uno versu seu numero plures versus fieri. Nam apud dramaticos quidem poëtas quum alii inveniuntur prælongi versus, tum hæc quoque, quæ systemata vocari solent, nihil nisi

numeri sunt versum efficientes unum. De qua re jam in libris de metris poëtarum Græcorum et Latinorum sæpius admonui, v. c. p. 107. seq. et multo ante eamdem rem tetigerat R. Bentleius in iis, quæ de versibus anapæsticis disputavit. Ejusmodi systemata sæpe tam longa sunt, ut, quum uno versu comprehendi nequeant, in plures dividendi sint, quod haud raro, nisi numerorum naturam obscurare velis, non potest aliter, quam distrahendis vocabulis fieri. Est vero etiam alia, eaque multo gravior caussa, quare qui numero unus versus est, sæpe, etiam si non ita longus sit, in plures versus dividendus videatur. Nam cur tandem omnino, quæ versibus scripta sunt, non eadem perpetuitate, ut prosam orationem, scribimus, nisi ut accommodate ad numeros legi possint? Atqui quo quis versus aut longior est, aut ex difficilioribus, magisque ambiguis numeris compositus, eo magis consentaneum est, his numeris recte dissociandis lectorem vel admoneri, ut recte versum legat, vel tamquam vi quadam impediri, ne male legat. Sic e. c. uno numero decurrunt hæc in Hercule, v. 741. πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ἐπήλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ, et in antistropha, ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλ', ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί. At nemo facile hæc uno versu comprehensa statim sic leget, ut videat, ubi dochmiis admixtus sit alius numerus. Sic vero dispositi numeri non poterunt fallere:

> πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ἐπ-
> ήλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ·
> ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλ',
> ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί.

Et, ut alio utar exemplo, quis illud vocabulum, quod Aristophanes in extremis Ecclesiazusis ex LXXVIII. syllabis composuit, uno versu aut scribi volet, aut scriptum recte recitare audebit?

Venio ad dispositionem carminum antistrophicorum. Atque ut nonnumquam in stasimis, quæ ab universo choro cantantur, antistrophica a criticis neglecta sunt, ita multo sæpius hoc factum est in colloquiis chori, iisque carminibus, quæ ἀπὸ σκηνῆς et κόμμοι vocantur. Nec mirum. Nam in stasimis et stropham sua

statim excipit antistropha, nec metra tam sunt impedita, quam in illis, quas dixi, partibus: in quibus non solum dochmiacus numerus dominari solet, sed etiam antistrophæ plerumque a strophis suis longius remotæ sunt. Quod etsi nusquam sine certo ordine fit, sæpe tamen legem et rationem hujus ordinis invenire difficillimum est, nunc ambiguitate lectionis, nunc lacunoso textu, nunc similitudine metrorum, nunc ipsa multitudine stropharum ubique impedimenta objiciente. Nec tamen desistere ab antistropharum investigatione, et ad ἀπολελυμένα, quæ perperam monostrophica appellari solent, confugere critico licet, quia, ut alibi a me adnotatum est, nullum videtur carmen, quod quidem paullo longius sit, in Græcorum tragœdiis esse, præsertim si personarum aliquas alternationes habeat, quod non aut totum, aut saltem ex parte antistrophicum sit. Accedit aliud, quod magno cum detrimento justæ interpretationis hactenus neglectum est ab his, qui Græcas tragœdias ediderunt: personarum dico, ex quibus chorus constat, distinctionem: quæ ut sæpe ad chori partes recte intelligendas plurimum confert, ita interdum etiam in antistrophicorum et inventione, et a partibus non antistrophicis dijudicatione insigne momentum habet. Solent tragicorum editores, veterum librorum exemplo, chori nota uti, etiam ubi non universus chorus canit: quod ego ibi non improbo, ubi coryphæus pro choro loquitur. Sed fugerat eos, interdum plures, et aliquando etiam omnes quindecim personas, ex quibus chorus constat, singillatim loqui: quod quum primum esset a me in Æschyli Agamemnone observatum, eaque observatio e scholis meis in publicum dimanasset, Boeckhius in libro, quem de Græcorum tragicis scripsit, hanc chori personarum distinctionem etiam ad alia tragicorum carmina adhibuit: cujus viri assensio mihi gratissima est, quamvis hic illic non nihil ab ejus sententia discedendum putem. In Euripidis Hercule tria sunt carmina, in quibus plures choricæ personæ aliquas partes agant. Ac nescio an quartum addi debeat, v. 107. ss. quod propemodum persuasum mihi habeo a tribus senibus recitari, quorum duo stropham atque antistropham, tertius epodum habeat, nisi epodus quoque tribus senibus distri-

buenda est. Sed magis operæ pretium est, de reliquis carminibus exponere.

Atque in ea quidem scena, quæ incipit v. 734. notatio antistropharum non erat difficilis: sed gravius hæc scena alio nomine laborabat. Neque enim versus 738. 739. tribui debebant Amphitruoni, qui ante v. 734. scenam reliquerat. Qui hoc pulcre animadvertit, Tyrwhittus, in eo tamen erravit, quod et hos duos trimetros, et reliquos, quos in hac scena chorus habet, coryphæo adscribendos, melica autem universo choro danda esse censuit. Nam trimetros quidem non omnes ab eadem chori persona recitari res ipsa docet, quum is, cujus sunt versus 743. 744. alium moneat, ut secum propius ad regias ædes observatum accedat. Quare quæ interea chorus agit, aliarum sint personarum necesse est, quam horum, qui observatum ierant. Deinde quæ melica Tyrwhitto videntur, non sunt melica, quippe dochmiacis numeris scripta, quod genus metri et ab his, quæ proprie melica vocantur, nonnihil differre, neque ad universi chori concentum videtur adhibitum esse. Docuit enim me diligens harum rerum observatio, dochmiacos, pariterque alios quosdam numeros, ubi choro adscribuntur, non ab universo choro, sed aut a coryphæo, aut a singulis aliquibus chori personis, interdum fortasse a duabus tribusve conjunctis recitari. Et quum hic locus, ut in quo indignatio, spes, metus, rei cognoscendæ cupiditas, gaudium denique variis motibus senum animos agitet, non solum apprime aptus sit conserendo colloquio, sed pene necessitate quadam postulet singulorum sensus exprimi: sic versus distribuendos putavi, ut nullus esset quindecim senum, quin suas in eo colloquio partes haberet. Id autem quomodo faciendum esset, trimetri maxime monstrabant. Nam quum versus 738. 739. et 751. 752. et eodem modo alloquutionem Lyci contineant, et idem prodant ingenium, consentaneum est, hos quatuor versus ab eadem persona pronunciatos credere. Deinde qui habet versus 743. 744. ut ex alloquutione ὦ γεραιὲ intelligitur, unum alium senem propius ad regias ædes secum adducit. Hos igitur, cæso Lyco, rem reliquis indicare necesse est: idque illi faciunt, et sic quidem, ut is, qui antea

tacitus cum altero abierat, pronunciet versum 756. eique alter, qui hunc antea secum avocaverat, versibus 757. 758. succedat. Nam ut sic mihi persuadeam, æquabilitas distributionis facit, de qua deinde dicam. Sic trium senum partibus descriptis, qui reliqui sunt numero XII. eorum ubique bini dochmiacas strophas habent. Quæ strophæ etsi sunt numero quatuor, sex tamen partibus constant, quod prima stropha ejusque antistropha duas habent partes. Ordo stropharum hic est: α'. β'. α'. β'. sic, ut stropha β' media sit inter duo sibi respondentia systemata e duobus trimetris; antistropha β' autem media inter duo trium trimetrorum systemata, quorum trimetrorum primum in priore systemate Lycus, in antisystemate, illo defuncto, choricus senex habet is, qui antea discedens tacuerat. Itaque ut systema α' quinti senis, antisystema α' autem octavi est, eodem modo etiam ultimi duo trimetri systematis β', ejusque antisystematis, iisdem senibus tributi sunt. Illud memorabile est, Lyci ejulationem, v. 745. non in antistrophicis partibus numerari. Nec tamen hæc res exemplis caret. Cæterum senes numeris eo ordine designavi, quo loquuntur, non quo in orchestra stabant, quod hæc res valde incerta est. Si ea ratio, quæ maxime usitata erat, hic quoque Euripidi placuit, coryphæum credam fuisse eum, qui hic quintus est. Nam et mansisse ille in loco suo videtur, et medius stetisse inter quatuor alios, quorum, si recte judico, primus et secundus primum et secundum, tertius et quartus tertium et quartum scenæ versum recitabant. Vide Photium in v. τρίτος ἀριστεροῦ. Sed qua ratione deinceps mutata fuerit chori statio, id vereor ne conjectura divinare non liceat.

Alio modo compositum est carmen, quod est a v. 870. Id hanc formam habet: προῳδός. α'. α'. β'. γ'. δ'. ε'. δ'. μεσῳδός. ϛ'. γ'. ϛ'. ζ'. ζ'. β'. ε'. ἐπῳδός. Quæ forma quum qua lege nitatur, primo adspectu non appareat, paucis explicanda videtur ejus ratio. Fundamentum descriptionis hæ constituunt strophæ:

γ. δ. ε. δ. μεσῳδός. στ. γ. ϛ. ε.

Quas justo ordine dispositas esse intelliget, qui, quod plerumque in hac re faciendum est, partes eadem littera notatas lineis

in arcus figuram curvatis conjunxerit. His strophis aliæ accedunt hoc ordine, α', α', β'; ζ', ζ', β', sed ita, ut α', α', β' ante stropham γ', quæ prioris systematis prima est, ζ', ζ', β' autem ante antistropham ε' collocatæ sint, quæ est prioris systematis ultima, hoc modo:

A. A. B. γ. δ. ε. δ. μεσῳδός. ϛ. γ. ϛ. Z. Z. B. ε.

In qua descriptione, quo perspici possit proportionis æquabilitas, strophæ A. A. B. B. Z. Z. aut non sunt lineis conjungendæ, aut sic jungi debent, ut, si reliquas notas infra versum, quo dispositæ sunt, linearum ductibus conjunxeris, has supra versum jungas. Cæterum in hoc quoque carmine, quæ chorus habet, non ab solo coryphæo recitari tam est manifestum, ut demonstratione nihil indigeat. Videntur autem hic quoque singuli de choricis senibus suas partes habere: quorum primis quinque proodum dedi, e quinque diversis partibus constantem. Quæ sequuntur stropha et antistropha α', has sextus ac septimus senex habent: a diversis enim pronunciari ex eo colligitur, quod antistropha confirmationem quamdam eorum, quæ in stropha dicta erant, ideoque responsionem continet. Alia ratio est stropharum β', γ', δ', ε', quarum antistrophæ quum non statim suas strophas sequantur, non opus habent mutatione personæ. Itaque iidem senes, qui strophas recitant, octavus, nonus, decimus, undecimus, etiam antistrophas habent, nisi quod in quinta antistropha primus versus nuncii est. Mesodus duodecimi senis est. Qui reliqui sunt tres senes, eorum tertius decimus habet stropham ϛ', cujus antistropha nuncii est; quartus decimus in stropha et antistropha ζ' cum nuncio colloquitur: quæ quidem strophæ quod ex adverso positæ sunt strophis α', deberent a duobus senibus recitari, nisi nuncii interventu turbaretur colloquii decursus. Denique quinti decimi senis epodus est.

Plurimum difficultatis habet illud carmen, quod est a v. 1011. ad 1076. in cujus stropharum ratione investiganda dici vix potest quantum laboraverim, quum et corruptelæ quædam non leves, et numerorum ambiguitas ubique moram objicerent. Vi-

deor mihi tamen eam viam invenisse, quam, nisi insignes lectionis diversitates aliquando in codicibus reperiantur, idoneis judicibus probatum iri sperem. In hoc quoque carmine et orationis conformatio, et motus, in quo chorum esse videmus, singulis chori senibus peculiares partes vindicat. Quin ipsa antistropharum dispositio consulto sic videtur instituta esse, ut aliquam perturbationis speciem præ se ferret. Proodus tres partes habet: eam sequuntur stropha, antistropha, et epodus. Hæc igitur sex primis senibus distribuenda putavi. Sequuntur duo antistrophica systemata, personis propter agitationem animorum, nulla certa lege divisis. Horum systematum illud potiorem locum tenet, quod ex his strophis constat:

δ. ε. ϛ. η. ϑ. ι. ι. ια. ια. ϑ. η. ϛ. ε. δ.

Alterum hanc formam habet:

β. γ. ζ. γ. ζ. β.

Hoc ita priori junctum est, ut inter stropham β' et stropham γ' medii sint tres trimetri, qui non pertinent ad antistrophicorum dispositionem, quemadmodum majore etiam audacia in Ione anapæstos mediis strophæ versibus insertos videmus: v. Musgrav. ad ejus fabulæ v. 186. Deinde inter stropham ζ' et antistropham γ' mediæ sunt strophæ η', ϑ', quemadmodum harum antistrophæ mediæ sunt inter antistrophas ζ' et β'. Denique strophæ ι', ι', ια', ια', quæ mediæ sunt prioris systematis, ab utraque parte habent antistrophas γ' et ζ', hoc modo:

B. I. Γ. δ. ε. ϛ. Z. η. ϑ. Γ. ι. ι. ια. ια. Z. ϑ. η. B. ϛ. ε. δ.

Quarum stropharum si ea paria, quæ litteris initialibus notata sunt, superne, reliqua autem infra versum arcuatis lineis conjunxeris, lex et ratio dispositionis manifesta erit. Nec latebit etiam in personarum distributione quædam æquabilitas, quarum has, γ', γ', ζ', ζ', ε', ε', solus Amphitruo habet: leve est enim, quod antistrophæ γ' duæ priores syllabæ chori sunt. Alio modo æquabilitas quædam est in personis strophas η', η', ϑ', ϑ', habentibus, quæ est etiam in strophis β', β', δ', δ'. Dedi autem

septimo seni stropham β'; octavo tres trimetros, qui eam stropham excipiunt; nono stropham δ'; decimo οἴμοι, v. 1044. quod extra antistrophica est, et quæ in stropha ϛ' chorica sunt; undecimo stropham η'; duodecimo initium strophæ γ'; tertio decimo chorica in strophis ι', ι', ια', ια'; quarto decimo antistropham ϑ'; quinto decimo denique antistropham ϛ'. Duos enim istos trimetros, qui sunt in fine totius carminis, non licebat in his partibus numerare, quas chorus in quindecim personas divisus recitat, quod chorum Amphitruonis monitu jam reliquisse stationem suam intelligitur. Itaque his trimetris simpliciter chori nomen apposui, quo indicaretur, eos universi chori nomine a coryphæo pronunciari. Observandum est autem, ut in superioribus duobus carminibus chorum κατὰ στοίχους incessisse verisimile est, coryphæo medium inter quatuor alios locum tenente, ita hic accessionem factam videri κατὰ ζυγά, secundum Pollucem IV. 108. s. ut coryphæus ab utroque latere unum haberet socium. Atque in proodo, si quid tribuendum est illi æquabilitatis studio, cujus tot vestigia in Græcorum re scenica reperiuntur, tertiam partem habebat coryphæus; pariterque secundi ordinis qui medius stabat, epodum videtur recitasse, v. 1028. Sed tertii ordinis medius, si recte sentio, etiam tempore medius inter comites suos recitabat tres trimetros, qui sunt post stropham β'. In reliquis autem duobus ordinibus is, qui medius erat, antecessisse socios suos videtur: in quarto ordine in stropha ϛ', in quinto in strophis ι', ι', ια', ια', cum Amphitruone colloquens. Licet igitur conjicere, choricos senes hoc modo fuisse dispositos:

α'. γ'. β'.
δ'. ϛ'. ε'.
ζ'. η'. ϑ'.
ια'. ι'. ιβ'.
ιδ'. ιγ'. ιε'.

Quod quidem nolim ita intelligatur, ac si hanc stationem per totam scenam conservaverit chorus: immo credibile est, variis chori obambulationibus effici solitum esse, ut semper is ordo, cujus aliquæ partes jam essent, proximus staret spectatoribus.

Ut Euripides in hac fabula utroque disponendi chori modo, et κατὰ στοίχους, et κατὰ ζυγά, usus est, ita idem fecisse videtur Sophocles in Œdipo Coloneo, in qua fabula ter singulas chori personas loquentes introduxit, κατὰ στοίχους a v. 117. et quidem [illegible] deinde κατὰ ζυγὰ a v. 510. et iterum κατὰ στοίχους a v. 829.

Denique ne in illo quidem Herculis Furentis loco, qui est a v. 1169. antistrophicorum descriptio difficultate vacabat. Quamquam enim hic personarum quoque æquabilis distributio est, tamen [illegible] similitudo metrorum, et lacunæ multum dubitationis afferebant. Verum tamen hoc quoque carmen sic mihi videor expedivisse, ut plana jam sit lex, quam sibi poëta in disponendis antistrophis scripserat. Theseus in hoc loco non nisi trimetris aut monometris iambicis hypercatalecticis loquitur, servans dignitatem suam. Amphitruo, ad quem mala ista magis attinebant, metra habet majorem animi motum significantia, quæ maximam partem e dochmiacis numeris constant. Initium carminis duæ sunt strophæ, quarum statim antistrophæ subjiciuntur:

ΑΜΦ.	ΘΗΣ.	ΑΜΦ.	ΘΗΣ.
α΄.	β΄.	α΄.	β΄.

Malui sic distinguere, quam, quod poterat fieri, has quatuor strophas in duas, stropham atque antistropham conjungere, hoc modo:

ΑΜΦ. ΘΗΣ.	ΑΜΦ. ΘΗΣ.
α΄.	α΄.

Nam etiam infra trimetri, quos Theseus habet, non cohærent cum strophis, quæ sunt Amphitruonis, sed soli per se constant, sibique respondent. Omninoque, ut mox apparebit, eximi possunt Thesei verba omnia, salva manente antistrophicorum lege in Amphitruonis verbis. Sequitur inde usque ad finem aliud systema, ex his strophis constans:

γ. Δ. ι. Μ. ι. Δ. ϛ. Ζ. η. Ζ. μ. Θ. ϛ. Θ. η. ι. ι. γ.

Quarum si singula paria curvis lineis, ut supra docui, conjungantur, non poterit non manifesta esse dispositionis regula. Sed

clarius etiam, quam accurate omnia sibi respondeant, cognoscetur, si Thesei verba, quæ litteris initialibus notavi, omiseris:

γ. ε. ε. ϛ. η. μεσῳδός. ϛ. η. ι. ι. γ.

Et sic hoc quoque apparebit, quare Theseus in priore carminis parte mesodum habere potuerit, quum in posteriore nec mesodus, neque omnino ullæ Thesei partes sint.

Non diffiteor, sæpe molestissimam esse, tædiique plenissimam harum rerum perscrutationem: verum quam poëtæ in elaborandis tragœdiis suis curam subtilitatemque non detrectarunt, eam ne criticus quidem, aut ut nimis exilem contemnere, aut ut nimis impeditam reformidare debet: postularique jure potest, ut, qui artem criticam exercere velit, prius, quibus ea legibus in quoque genere regatur, cognoscere studeat. Multum enim præstat, etiam magni laboris exiguum fructum reportare, quam non explorato fundamento superstruere, quæ levi impulsu ruitura prævideas.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΩΝ.

ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΩΝΟΣ.

ARGUMENTUM BECKII.

ΚΡΕΟΥΣΑΝ, τὴν ʼΕρεχθέως, ʼΑπόλλων φθείρας, ἔγκυον ἐποίησεν ἐν ʼΑθήναις· ἡ δὲ τὸ γεννηθὲν ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν ἐξέθηκε, τὸν αὐτὸν τόπον καὶ τοῦ ἀδικήματος καὶ τῆς λοχείας μάρτυρα λαβοῦσα. τὸ μὲν οὖν βρέφος ʽΕρμῆς ἀνελόμενος, εἰς Δελφοὺς ἤνεγκεν. εὑροῦσα δ᾽ ἡ προφῆτις, ἀνέθρεψε. τὴν Κρέουσαν δὲ Ξοῦθος ἔγημε· συμμαχήσας γὰρ ʼΑθηναίοις, κατὰ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκωδοντιδῶν, τὴν βασιλείαν καὶ τὸν τῆς προειρημένης γάμον ἔλαβε δῶρον. τούτῳ μὲν οὖν οὐκ ἄλλος παῖς ἐγένετο. τὸν δ᾽ ἐκτραφέντα ὑπὸ τῆς προφήτιδος, οἱ Δελφοὶ νεωκόρον ἐποίησαν. ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἐδούλευσε τῷ πατρί. ʼΑπόλλων δὲ χρησομένῳ τῷ Ξούθῳ περὶ παιδογονίας, δῶρον ἔδωκε τὸν αὐτοῦ καὶ τῆς Κρεούσης, Ἴωνα καλούμενον, τὸν πρὶν αὐτῷ δουλεύσαντα. ʽΗ μὲν μήτηρ ἀγνοοῦσα, ἐπιβουλεύει τῷ παιδὶ αὐτῆς· καταληφθεῖσα δὲ, θανατοῦσθαι κατὰ τὸν νόμον ἤμελλεν. ʼΕνταῦθα δὲ ἀναγνωρισμοῦ γενομένου, ἡδέως τὸ Δρᾶμα ἀποτελεῖται. ʽΗ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Δελφοῖς.

CREUSAM, Erechthei filiam, Apollo vitians, gravidam fecit Athenis: illa vero partum sub arcem exposuit, eundem locum et delicti et partus testem accipiens. Infantem igitur Mercurius auferens, Delphos tulit: inveniens illum prophetissa educavit: Creusam autem Xuthus duxit uxorem. Qui cum in bello contra Chalcodontidas, principes Eubœæ, opem tulisset Atheniensibus, dono ab illis accepit et regnum et prædictæ nuptias. Huic igitur alius filius non fuit: hunc vero, educatum a sacerdote, Delphi ædituum fecerunt. Qui ignorans servivit suo patri. Apollo itaque Oraculum consulenti Xutho de liberis obtinendis, donum dedit suum et Creusæ filium, Ionem vocatum, illi prius famulantem. Mater itaque per ignorantiam suo filio insidias struit. At deprehensa ex lege morte erat afficienda. Hic vero mutua agnitione facta, suaviter Fabula clauditur. Scena hujus Fabulæ in Delphis fingitur.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ʽΕΡΜΗΣ.	MERCURIUS.
ΙΩΝ.	ION.
ΧΟΡΟΣ Θεραπαινίδων Κρεούσης.	CHORUS *ex Creusæ* Ancillis.
ΚΡΕΟΥΣΑ.	CREUSA.
ΞΟΥΘΟΣ.	XUTHUS.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ, ἢ ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.	SENEX, sive PÆDAGOGUS.
ΘΕΡΑΠΩΝ ΚΡΕΟΥΣΗΣ.	FAMULUS CREUSÆ.
ΠΥΘΙΑ, ἤτοι ΠΡΟΦΗΤΙΣ.	PYTHIA, seu VATES.
ΑΘΗΝΑ.	MINERVA.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΙΩΝ.

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Mercurius, prologum agens, argumentum totius Fabulæ proponit, Apollinem nimirum ex Erechthei filia, Creusa, filium Ionem genuisse, quem a matre expositum ipse Mercurius ad Delphos portaverat educandum. Creusam interea cum Athenarum regno Xutho ob bellicas virtutes traditam, qui cum liberis careret, una cum uxore oraculum consulturus jam Delphis aderat, cui Apollo filium Ionem erat mox daturus. Ion, in scenam progressus, studium suum ac ministerium in templo commemorat, Apollinem interim faustis precationibus et hymnis prosequens. Chorus famularum Creusæ miratur augustam structuram et elegantes picturas Delphici templi; Ione eas speciatim explicante. Colloquium Creusæ et Ionis, in quo hujus ingenua simplicitas, illius justæ, at tectæ, querelæ in Apollinem apparent. Xuthus, e Trophonii specu reversus, uxorem salutat, quidque ipse egerit, et quid illam velit agere, exponit. Ion, adhuc verborum Creusæ memor, cum Apolline expostulat nonnihil; ægre ferens, Diis probra imputari. Chorus Deos orat, ut fausta dominis reddi velint responsa, et Erechthei genus propagare dignentur, cujus spes omnis in unica jam Creusa posita videbatur. Hinc liberorum procreationem laudat, quorum fructum extollit. Panem et Nymphas Atticas de injuria Creusæ ab Apolline illata testatur.

ΕΡΜΗΣ.

*ΑΤΛΑΣ, ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν,

MERCURIUS.

Atlas ille ferreis humeris cœlum,

Omnis tragœdia religionem spirat cum gravitate et dulcedine; omnia ita comparata sunt, ut major quædam existat solennitas. Delphicum templum poëta sistit tale, quale ipsius ætate fuit. Fuit autem tum quintum, hoc est, quinta vice restitutum templum, a. 548. a Chr. Magna sacerdotum, sacrificulorum et vatum fuit ibi copia, major etiam virorum et feminarum ministerio templi occupatarum. Ad introitum sanctuarii habitabat custos thesaurorum dei, quam personam Ioni tribuit Mercurius. Ipse situs urbis, quæ rupibus undique erat cincta, ad ejus majestatem aliquid contulit, certe effecit, ut thesauri ibi reconderentur. Antiquissimis temporibus non nisi semel quotannis responsa dabantur, tum semel singulis mensibus et certis quibusdam ritibus. Constituebatur denique sorte dies, quo iis responderetur, quibus inopia adire templum non permitteret. Eum diem legit poëta, id quod unitatem temporis adjuvit. Actio est implicita et agnitionem atque peripetiam egregiam exhibet. Quod Xuthus ipse lætatur de commerico, quod Mercurio fuerit cum ipsius uxore, id erat ex sensibus veterum judicandum. In Oreste Menelaus Tyndaro honoris causa dicit, Jovem cum ipso lectum esse parti-

* Tit. citatur Stob. Grot. 74. p. 325. ubi Iphigenia in margine. Errorem correxit Grotius ipse in Excerpt. p. 332. In margine Tit. xciii. p. 376. Ione legitur, ubi locus est Inûs; cujus fab. nomen additur in Tit. x. p. 70. Citat. Tit. xcviii. p. 409. omisso fab. nomine. Ione legendum etiam pro Inone, Grotii monitu, Excerpt. p. 332. in marg. p. 468. Tit. cxiv. Locus est v. 730.

Θεῶν παλαιὸν οἶκον, ἐκτρίβων, θεῶν
Μιᾶς ἔφυσε Μαῖαν, ἥ μ' ἐγείνατο
Ἑρμῆν, μεγίστῳ Ζηνὶ δαιμόνων λάτριν.
Ἥκω δὲ Δελφῶν τήνδε γῆν, ἵν' ὀμφαλὸν
Μέσον καθίζων Φοῖβος ὑμνῳδεῖ βροτοῖς,
Τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα θεσπίζων ἀεί.
Ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις,
Τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη,
Οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις
Βίᾳ Κρέουσαν, ἔνθα προσβόῤῥους πέτρας

Deorum antiquam domum, terens, *ex* Dearum
Una genuit Maiam, quæ me genuit
Mercurium, maximo Jovi Deorum nuncium.
Venio autem *in* hanc Delphorum terram, ubi umbilicum
Supra medium sedens Phœbus canit hominibus
Præsentia et futura vaticinans semper.
Est enim non obscura Græcorum civitas
Ab auream-hastam-gerente Pallade vocata,
Ubi filiam Erechthei Phœbus nuptiis *sibi* junxit
Creusam per vim, quo loco septentrionalia saxa,

tum. In Hercule Fur. Amphitryo simili de caussa gloriatur. Comparationem Jovis cum Racinii Athalia instituit accuratam et doctam Prevostus, T. IX. p. 160. ss. *Beck.*

1. Ἄ. ὁ νώτοις χαλκέοισιν οὐρανὸν,] Conf. de pausa hujus versus R. P. in Hecub. 347. et in Præf. p. clxxii. *Burn.*

Ἄτλας ὁ χαλκέοισι νώτοις οὐρανὸν,] Omnes omnium poëtarum loci sunt pleni hujus Fabulæ, de Atlante Cœlum humeris sustinente. Homer. Od. α'. v. 53. —ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν. Ovid. Metam. Lib. IV. Fab. 7. *Quantus erat, mons factus Atlas: Nam barba Comæque in sylvas abeunt; juga sunt humerique manusque; Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen: Ossa lapis fiunt. Tum partes altus in omnes Crevit in immensum (sic, Dii, statuistis) et omne Cum tot sideribus cœlum requievit in illo.* Vid. Natal. Com. Mytholog. Lib. IV. c. 7. Apollodorus Biblioth. Lib. I. c. 2. §. 3. Ἰαπετοῦ δὲ καὶ Ἀσίας τῆς Ὠκεανοῦ, Ἄτλας, ὃς ἔχει τοῖς ὤμοις τὸν οὐρανόν. *Barnes.*

2. ἐκτρίβων,] Οὕτως ἄτρεπτος ὁ Χαλκεώτος Ἄτλας, ὥστε μᾶλλον τὸν οὐρανὸν, ἢ τοὺς ὤμους, ἐκτρίβειν ἐν τῷ ἀνέχειν αὐτόν. *Barnes.*

παλαιὸν] MS. E. παλαιῶν. Vox ἐκτρίβων, interprete Barnesio, indicat, Atlantis dorsum adeo durum fuisse, ut cœlum potius attereret, quam ab eo vel minimum attereretur. *Musg.*

Citat Eustath. in Dionys. 229. *Burn.*

3. Μιᾶς] i. e. Pleiones. Apollod. Lib. III. c. 10. sect. I. *Musg.*

Μιᾶς] Θεῶν μιᾶς ex una aliqua dearum; hujus nomen erat Pleione, Oceani et Tethyos filia, uxor Atlantis, ex qua septem Pleiadas ille suscepit, Steropen a Marte compressam, Alcyonen et Celæno, a Neptuno, Electram et Taygetam, a Jove, ut et Maiam, ex qua Mercurium genuit. Septima autem, Merope dicta, Sisypho nupsit. *Barnes.*

4. λάτριν.] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. λάτρην, ut superscriptum habet MS. G. *Musg.*

5. Citat Eustath. in Dionys. 1181. *Burn.*

ὀμφαλὸν] Vid. infra ad v. 223. *Barnes.*

Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.
Ἀγνὼς δὲ πατρὶ, — τῷ θεῷ γὰρ ἦν φίλον, —
Γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον· ὡς δ' ἦλθεν χρόνος,
Τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ', ἀπήνεγκεν βρέφος
Ἐς ταὐτὸν ἄντρον, οὗπερ εὐνάσθη θεῷ,
Κρέουσα, κἀκτίθησιν ὡς θανούμενον
Κοίλης ἐν ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ,
Προγόνων νόμον σώζουσα τοῦ τε γηγενοῦς
Ἐριχθονίου· κείνῳ γὰρ ἡ Διὸς κόρη

Palladis sub arce Atheniensium tutricis,
Macras vocant domini terræ Atticæ.
Inscio vero patre, sic enim deo placuit,
Tulit onus ventris: postquam vero tempus venit,
Pariens domi puerum, absportavit infantem
In idem antrum, ubi concubuit cum deo,
Creusa, et exponit ut moriturum
In rotundo orbe cavæ cistæ,
Majorum morem servans, et terrigenæ
Erichthonii. Illi enim Jovis filia

8. Ἔστιν γάρ οὐκ ἄσημος] Vid. Joh. Meursii Athen. Attic. Lib. II. c. 5. fol. 102. *Barnes.*

9. χρυσολόγχου] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. χρυσολόχου. *Musg.*

11. προσβόῤῥους πέτρας] Olim προσβόρους male: nam a βορέης, βορέας, βοῤῥᾶς, unde adject. βόρειος, βόρειος, βορήϊος, et βορειὰς ἡ, et βορειῆτις Dionys. hinc προσβόρειος, προσβόρειος, et πρόσβοῤῥος. Sic κατάβοῤῥος Aristot. Sic infra v. 937. Πρόσβοῤῥον ἄντρον. *Barnes.*

12. χθονὸς] Quo referri in constructione possit hæc vox, non facile dixeris. Si enim sequitur προσβόῤῥους, falsa est, quæ inde existit, sententia: *Rupes Macras ab agro Atheniensi versus Boream sitas esse.* Urbem enim ipsam attingebant, quæ in Australi parte regionis sita erat. Lego igitur: τῆ. Ἀθηναίων πρόμου. *Sub arce Palladis, Atheniensium propugnatricis.* Ἀθηναίων πρόμοι habetur Troad. v. 31. *Musg.*

13. Μακρὰς καλοῦσι] Πέτρας huc referendum, quod præcessit. Sic infra v. 936. Οἶσθα Κεκροπίας πέτρας, πρόσβοῤῥον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν. Πέτραι δὲ Μακραὶ καλούμεναι ὑπὸ τῇ Ἀκροπόλει εἰσὶν, ἔνθα σπήλαιον τοῦ Πανὸς, καὶ ἄδυτα αὐτοῦ, καὶ βωμός. Ut infra v. 497. et 937. Ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ Θεάτρου τὸ σπήλαιον τοῦτο· Κρεούσῃ δὲ, θυγατρὶ Ἐρεχθέως, Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι, Pausania testante. *Barnes.*

15. ὄγκον·] Emendatio est H. Steph. Ed. Ald. οἶκον. *Musg.*

16. Confer Phœn. v. 22. ubi παῖδα et βρέφος itidem in eodem versu occurrunt. *Musg.*

17. Reisk. scribit οὗ παρευνάσθη, *ubi accubuit deo. Beck.*

19. ἀντίπηγος] Hesychius per κίστην et κιβωτὸν explicat. Rotundum fuisse ex hoc versu liquet, viminibus contextum ex v. 37. Ovid. Metam. II. v. 554. *Musg.*

Κοίλης ἀντίπηγος] Ἀντίπηξ, κίστη, κιβωτός· Εὐριπίδης Ἴωνι, ἤγουν ἀγγεῖον, ex Hesychio, qui hunc locum respicit.

20. σώζουσα] Morem patrium servabat, non quod arculæ tali incluserit, sed quod serpentum effigies collo ejus circumdederit: confer v. 1430. *Musg.*

Φρουρὼ παραζεύξασα φυλακὰς σώματος
Δισσὼ δράκοντε, παρθένοις Ἀγραυλίσι
Δίδωσι σώζειν. ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἐκεῖ
Νόμος τίς ἐστιν, ὄφεσιν ἐν χρυσηλάτοις
Τρέφειν τέκν'. ἀλλ' ἣν εἶχε παρθένος χλιδὴν,
Τέκνῳ προσάψασ' ἔλιπεν, ὡς θανουμένῳ.
Καί μ' ὢν ἀδελφὸς Φοῖβος αἰτεῖται τάδε·
Ὦ σύγγον', ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα

Custodes cum adjunxisset, corporis tutamina,
Duos dracones, Agrauli natis
Dedit servandum. Unde Erechthidis illic
Mos quidam est in serpentibus auratis
Alere liberos. Sed ea, quæ habebat virgo ornamenta,
Filio appendens reliquit, tanquam morituro.
Ibi me Phœbus frater hæc rogat:
O frater, profectus ad indigenam populum

22. Φρουρὼ παραζεύξασα φυλακὰς σώματος] Isto modo in proclivi est corrigere pro vulgato φύλακας. Ita scilicet et orationis tenor, et Porsoni regula simul servantur. *Maltby.*

Φρουρὼ] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. φρουρῷ, cum iota subscripto. *Musg.*

23. παρθένοις Ἀγραυλίσι] *Agrauli filiabus.* Erat Agraulos Cecropis uxor (Apollodor. Lib. III. c. 13. sect. 2.) filiasque habuit, satis ex Ovidio notas, Aglauron, Hersen, Pandroson: confer v. 499. Per eam jurabant Atticæ mulieres: Aristoph. Thesm. v. 540. Confundunt cum filia Aglauro multi, etiam Veteres, nominatim Ulpianus ad Demosthen. de falsa Legatione, p. 264. Ed. Morell. et Hesychius v. Ἄγλαυρος. Vide et Porphyrium περὶ Ἀποχῆς, Lib. II. sect. 54. *Musg.*

παρθένοις Ἀγλαυρίσι] Olim ἀγραυλίσι legebatur, et exponebatur campestribus, nullo sensu; quare ex historia corrigo. Cecropis filiæ erant Herse, Pandrosos et Aglauros; quibus Minerva commisit Erichthonium, filium suum et Vulcani, in cista inter duos serpentes repositum. Vid. quæ nos infra ad v. 1426. Quin et mater illarum, Cecropis uxŏr, dicta erat Aglauros; Apollodor. Biblioth. I. c. 13. §. 2. Κέκροψ δὲ γήμας τὴν Ἀκταίου κόρην, Ἄγραυλον, etc. lego Ἄγλαυρον. Porphyrius περὶ Ἀποχῆς, Lib. II. §. 54. *In urbe, quæ nunc* Salamis, *olim vero* Coronis *dicta, mense secundum* Cyprios *Aphrodisio, mactabatur Homo* Agraulo (l. *Aglauro,*) filiæ *Cecropis* et *Agraulidis* (l. *Aglauridis*) *Nymphæ.* Hinc poëta tres sorores, ex matre, quæ erat Aglauris nympha, Ἀγλαυρίδας παρθένους vocat. Sic infra, v. 496. Ἀγραύλου κόραι τρίγονοι, ubi Ἀγλαύρου legendum, vel transpositio est admittenda. Vide Ovid. Metamorph. Lib. II. Fab. 12. Pausan. Attic. fol. 16. lin. 5. Herodot. Lib. VIII. c. 53. Johann. Meursii Cecropiæ, c. 28. ubi tamen Ἄγραυλος pro Ἄγλαυρος perperam scribitur. Hesychius: Ἄγλαυρος, θυγάτηρ Κέκροπος· παρὰ δὲ Ἀττικοῖς καὶ ὀμνύουσι κατ' αὐτῆς· ἦν δὲ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς. *Barnes.*

24. ss. ὅθεν Ἐρεχθείδαις ἔτι Νόμος τίς ἐστιν, ὄφεσιν ἐν χρυσηλάτοις Τρέφειν τέκνα.] Ex hoc loco evidentissime apparet, morem fuisse Atheniensibus, ut nobilium, præsertim Erechthidarum, infantes aureis serpentibus involuti nutrirentur; quod infra apertius demonstratur, v. 1426. Δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσῳ γένυ Δώρημ' Ἀθάνας, ἃ τέκν' ἐντρέφειν λέγει. Quæ res, haud scio, an ulli criticorum sit observata. *Barnes.*

29. s. λαὸν εἰς αὐτόχθονα Κλεινῶν Ἀθηνῶν,] Quod ad Heraclid. v. 69. et v. 827. polliciti sumus, ad hunc locum venientes, de

Κλεινῶν Ἀθηνῶν, — οἶσθα γὰρ θεᾶς πόλιν, —
Λαβὼν βρέφος νεογνὸν ἐκ κοίλης πέτρας
Αὐτῷ σὺν ἄγγει σπαργάνοισί θ', οἷς ἔχει,
Ἔνεγκ' ἀδελφῷ τἀμὰ πρὸς χρηστήρια,
Καὶ θὲς πρὸς αὐταῖς εἰσόδοις δόμων ἐμῶν.
Τὰ δ' ἄλλ', — ἐμὸς γάρ ἐστιν, ὡς εἰδῇς, ὁ παῖς, —
Ἡμῖν μελήσει. Λοξίᾳ δ' ἐγὼ χάριν
Πράσσων ἀδελφῷ πλεκτὸν ἐξάρας κύτος

Inclytarum Athenarum, nôsti enim, Deæ urbem,
Accipiens infantem recens natum cava petra
Cum ipso vase et fasciis, quas habet,
Portato *mihi* fratri *tuo* ad mea oracula,
Et ponito in ipso introitu mearum ædium.
Reliqua vero, (hic enim puer meus est, ut scias)
Mihi erunt curæ. Apollini vero beneficium ego
Præstans fratri, contextum calathum tollens

Atheniensium antiquitate nonnihil disserere, id nos jam paucis absolvemus. Quare, quod præ cæteris Græciæ urbibus antiquitate valeant, id ex plurimis auctoribus probat doctissimus Johannes Meursius Libelli sui de Fortuna Atheniensium primo capite, quod denique ex suo solo orti sint, ideoque αὐτόχθονες et γηγενεῖς dicti, unde insigne habebant auream Cicadam, utpote quæ ex terra et ipsa sit orta, idem loco prædicto ex omne genus auctoribus probat. Hinc Aristoph. Equites, fol. 256. Οὗ 'κεῖνος ὁρᾶν τεττιγοφόρος, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός. Idem, Nubib. fol. 109. Καὶ τεττίγων ἀνάμεστα] Scholiast. ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ (Ἀθηναῖοι) κατὰ τὴν ἀναπλοκὴν τῶν τριχῶν χρυσῷ ἐχρῶντο τέττιγι, τεκμήριον, ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς οἱ τέττιγες. Vid. plura ibid. Item adagium, *Terræ filius*, etiam Isocratem in Panegyrico et Panathenaico. *Barnes.*

29. ss. Ὦ σύγγον' ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα
κλεινῶν Ἀθηνῶν, οἶσθα γὰρ θεᾶς πόλιν
λαβὼν βρέφος νέογνον ἐκ κοίλης πέτρας
αὐτῷ σὺν ἄγγει, σπαργάνοισί θ' οἷς ἔχει
ἔνεγκ' ἈΔΕΛΦΩι τἀμὰ πρὸς χρηστήρια.

Quamvis non ignorem substantiva pronominum loco eleganter adhiberi, et proinde verbum ἀδελφῷ per μοὶ explicari posse, suspicionem tamen de sinceritate hujus lectionis excitant, quæ adduntur τἀμὰ πρὸς χρηστήρια. Quis enim, quæso, ferat sic loquentem: *Tolle infantem fratrique tuo* (pr. mihi) *transfer in templum meum.* Emendandum itaque ni fallor:

ἔνεγκε ΔΕΛΦΟΥΣ τἀμὰ πρὸς χρηστήρια.

et sic Argumenti Auctor, qui sic habet: Τὸ μὲν οὖν βρέφος ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος εἰς Δελφοὺς ἤνεγκεν. *Jacobs.*

31. νεογνὸν] Νεόγονον, νεωστὶ γεννηθέντα. *Barnes.*

32. σπαργάνοισί θ', οἷς ἔχει,] Pro ἃ ἔχει. Relativum sequitur sui antecedentis Casum, ut sæpe observare licet. Est vero Atticus usus; ut χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω. Sed vulgares grammaticæ hanc regulam norunt. *Barnes.*

33. Reisk. emendat: ἔνεγκε Δελφῶν τἀμὰ, *adfer ad fatidicum meum templum, quod Delphis est. Beck.*

36. Λοξίᾳ] De voce Λοξίας vid. quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 1014. *Barnes.*

37. κύτος] Ed. Ald. σκύτος et hic et v. 39. Sed errorem correxit Stephanus ex MSS. *Musg.*

πλεκτὸν ἐξάρας κύτος] Pro σκύτος, quod male prius aderat, lego κύτος; ut et Sca-

Ἤνεγκα, καὶ τὸν παῖδα κρηπίδων ἔπι
Τίθημι ναοῦ τοῦδ᾽, ἀναπτύξας κύτος
Εἰλικτὸν ἀντίπηγος, ὡς ὁρῷθ᾽ ὁ παῖς.
Κυρεῖ δ᾽ ἅμ᾽ ἱππεύοντος ἡλίου κύκλῳ
Προφῆτις ἐσβαίνουσα μαντεῖον θεοῦ·
Ὄψιν δὲ προσβαλοῦσα παιδὶ νηπίῳ
Ἐθαύμασ᾽, εἴ τις Δελφίδων τλαίη κόρη
Λαθραῖον ὠδῖν᾽ ἐς θεοῦ ῥῖψαι δόμον.
Ὑπὲρ δὲ θυμέλας διορίσαι πρόθυμος ἦν,
Οἴκτῳ δ᾽ ἀφῆκεν ὠμότητα, καὶ θεὸς
Συνεργὸς ἦν τῷ παιδὶ, μὴ ᾽κπεσεῖν δόμων.

Detuli, et infantem super crepidinem
Templi hujus pono, aperiens calathum
Circularem arculæ, ut videretur infans.
Solis autem orbe oriente, casu
Sacerdos ingressa est templum Dei,
Oculisque conjectis in infantem puerum,
Mirata est, siqua Delphica puella ausa esset
Clandestinum partum in Dei projicere domum.
Volebat autem extrudere extra sacrum limen,
Miseratione tamen omisit crudelitatem, et Deus
Adjutor erat puero, ne ejiceretur domo.

40. ὁρᾶσθ᾽. 41. ἀνιππεύοντος.

liger legit, et Scholiastes Aristophanis, fol. 459. κίστην explicat, per κυτίδα et κυτίδας, ὑποκοριστικὰ τοῦ κύτος. Litera autem σ adhæsit voci κύτος per exscriptorum incuriam et sonum ex dictatorum lectione male continuatum finientis literæ vocis præcedentis ἐξήρας, et ἀναπτύξας in versu post unum proxime sequenti: de utroque enim loco monendum. *Barnes.*

39. κύτος] Vid. supra ad v. 37. *Barnes.*

40. ὁρᾶσθ᾽] MS. E. ὁρᾶθ᾽. Legendum cum Scaligero ὁρῷθ᾽, i. e. ὁρῷτο. *Musg.*

Εἰλικτὸν] Ἑλικτόν· Ἑλίσσω et εἰλίσσω.

ὡς ὁρᾶσθ᾽ ὁ παῖς] Scaliger legit ὁρῷθ᾽ pro ὁρῷτο, Duportus haud æque bene, ὁρᾶθ᾽, sed et ὁρᾶσθ᾽ stare potest, pro ὁρᾶσθαι, ὡς ὁρᾶσθαι ὁ παῖς, pro ὥστε ὁρᾶσθαι τὸν παῖδα. Sic enim Plutarchus in Themistocle: λέγεται οὕτω κατάφορος πρὸς δόξαν εἶναι, ὥστε νέος ὢν ἔτι σύννους ὁρᾶσθαι τὰ πολλὰ πρὸς ἑαυτῷ καὶ τὰς νύκτας ἀγρυπνεῖν. Sic Plato: εὐθὺς ᾔδη, ὡς ἰδεῖν τὸν Αγάθωνα: Hic ὡς pro ὥστε, illic σύννους pro σύννουν: nam frequentius paulo dicimus: ὥστε ὁρᾶσθαι αὐτὸν: nequaquam autem periculose ὥστε ὁρᾶσθαι αὐτός: Et est Ἀττικώτερον, cujus rei ignari viri alioquin satis docti, temere in hunc locum involarunt. *Barnes.*

41. Tempus, quod hic designare voluit Euripides, haud dubie est ortus Solis. Nam si infans interdiu ad limina templi depositus fuisset, adstantes non latuisset miraculum. Aut si inter ortum Solis et Pythiæ adventum hora una aut altera effluxisset, ab aliis prius, quam ab ipsa visus fuisset. Esto igitur, ortum Solis designari, formula, qua Græci plerumque hoc indicant, est: ἅμ᾽ ἡλίῳ ἀνίσχοντι. Sequitur, in hoc versu eam formulam poëtice enunciari. Desideratur igitur ἅμα. Jam si legamus ἅμ᾽ ἱππεύοντος, nulla matutini temporis significatio erit; si ἅμ᾽ ἀνιππεύοντος, anapæstus erit in secunda sede, ne

Τρέφει δέ νιν λαβοῦσα· τὸν σπείραντα δὲ
Οὐκ οἶδε Φοῖβον, οὐδὲ μητέρ', ἧς ἔφυ,
Ὁ παῖς τε τοὺς τεκόντας οὐκ ἐπίσταται.
Νέος μὲν οὖν ὢν ἀμφὶ βωμίους τροφὰς
Ἠλᾶτ' ἀθύρων· ὡς δ' ἀπηνδρώθη δέμας,
Δελφοί σφ' ἔθεντο χρυσοφύλακα τοῦ θεοῦ
Ταμίαν τε πάντων πιστὸν, ἐν δ' ἀνακτόροις
Θεοῦ καταζῇ δεῦρ' ἀεὶ σεμνὸν βίον.
Κρέουσα δ', ἡ τεκοῦσα τὸν νεανίαν,
Ξούθῳ γαμεῖται συμφορᾶς τοιᾶσδ' ὕπο·
Ἦν ταῖς Ἀθήναις τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,

Susceptum autem ipsum alit, patrem vero *ejus*
Phœbum *esse* nescit, neque matrem, *ex* qua natus est:
Et puer quoque ipse parentes *suos* non novit.
Juvenis igitur existens, circa victum ex aris datum
Vagabatur ludens: ubi vero evasit in virum,
Delphi ipsum fecerunt custodem auri ipsius Dei,
Et fidelem quæstorem omnium: in templo vero
Dei vivit hucusque semper honestam vitam.
Creusa vero, quæ pepererat hunc adolescentem,
Xutho nubit, tali casu:
Erat Atheniensibus, et Chalcodontidis,

dicam, ἀνιππεύοντος ἡλίου non tam ortum Solis, quam adscensum ejus ad meridiem significare. Legi potest: ἅμ' ἐπιτέλλοντος, vel ἅμ' ἐπιφαύσκοντος ἡλίου κύκλῳ: quorum tamen neutrum ad vulgatæ vestigia satis prope accedit.

Homerus Hymno in Mercur. ἠελίοιο νέον ἐπιτελλομένοιο. Artemidorus: ἡλίου ἐπιτολαί, I. 3. *Musg.*

Heath. vulgatum reddit ita: *in solis adscendentis orbe*, i. e. dum orbem cursus diurni sol adscendebat. *Beck.*

44. εἴ τις Δελφίδων] Putabat vates, aliquam ex Delphicis puellis hunc infantem exposuisse, et impia quadam audacia in dei templum projecisse; quare primo illum extra sacros limites exterminare voluit; donec miseratio (Deo sic volente) illam subiit. *Barnes.*

46. θυμέλας] Θυμέλη, ἱερὸν ἔδαφος. Sic infra v. 114. τὰν Φοίβου θυμέλαν σαίρει. Item altare, ut infra v. 229. Πάριτ' εἰς θυμέλας, etc. Vid. quæ nos ad Supplic. v. 65. et Iphig. Aul. v. 152.

διορίσαι] Vid. Med. v. 433. et Helen. v. 393. et 327. Ὁ νοῦς· ἡ προφῆτις προεθυμεῖτο τὸν παῖδα τοῦ ναοῦ ἔξω βαλεῖν. *Barnes.*

50. οἶδε] Regitur a nominativo προφῆτις, ut recte Barnesius. *Musg.*

51. Ὁ παῖς τε τοὺς τεκόντας οὐκ ἐπίσταται.] Hæc verba de nutrice prophetissa sunt sumenda, quod nempe illa nesciebat, Phœbum hujus adolescentis olim expositi patrem, neque matrem, quæ fuerit, ubiubi fuerit; sed nec et ipse parentes suos novit. Et hunc sensum nisi loco affigamus, importuna erit Ταυτολογία nostro poëta indigna. *Barnes.*

52. ἀμφὶ βωμίους τροφὰς] Ex his enim alebantur, quæ Apollini offerebantur, muneribus et victimis. *Brodæus.*

53. ἀπηνδρώθη δέμας,] Ut vir factus est corpore et statura auctus. δέμας redundat. *Barnes.*

54. Δελφοί σφ' ἔθεντο χρυσοφύλακα] Σφὲ pro αὐτὸν in singulari numero, vid. Helen. v. 988. De Delphici templi opulen-

Οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιος κλύδων·
Ὃν συμπονήσας καὶ ξυνεξελὼν δορὶ,
Γάμων Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο,
Οὐκ ἐγγενὴς ὢν, Αἰόλου δὲ τοῦ Διὸς
Γεγὼς Ἀχαιός· χρόνια δὲ σπείρας λέχη,
Ἄτεκνός ἐστι, καὶ Κρέουσ'· ὧν οὕνεκα
Ἥκουσι πρὸς μαντεῖ' Ἀπόλλωνος τάδε,
Ἔρωτι παίδων. Λοξίας δὲ τὴν τύχην
Ἐς τοῦτ' ἐλαύνει, κοὐ λέληθεν, ὡς δοκεῖ.
Δώσει γὰρ εἰσελθόντι μαντεῖον τόδε
Ξούθῳ τὸν αὑτοῦ παῖδα, καὶ πεφυκέναι
Κείνου σφε φήσει, μητρὸς ὡς ἐλθὼν δόμους
Γνωσθῇ Κρεούσῃ, καὶ γάμοι τε Λοξίου

Qui Euboicam terram inhabitant, bellica tempestas,
Qua simul tolerata, simulque ferro confecta,
Nuptiarum Creusæ dignitatem accepit,
Non indigena existens, sed ex Æolo Jovis filio
Natus, Achæus. Diu vero, liberis procreandis dans operam,
Sobolis expers est, et Creusa. Quamobrem
Veniunt ad hæc Apollinis oracula,
Desiderio sobolis: Apollo vero fortunam
Huc impulit, nec est oblitus *filii*, ut existimatur.
Dabit enim ingredienti templum hoc
Xutho suum ipsius filium, et natum esse
Ipsum ex illo dicet, ut veniens ad maternam domum
Agnoscatur a Creusa, et nuptiæ Apollinis

tia videsis quæ nos prolixius paulo notavimus ad Iphig. Taur. v. 1276. ubi Pausaniæ, de sacro bello Phocico testanti, addendus erat Strabo Lib. IX. fol. 420. præcipue quod ibidem plura ille de Delphicis thesauris habeat. Χρυσοφύλαξ autem thesaurarius sonat, vel Θησαυροφύλαξ, quia aurum est nobilissima et notissima gazæ pars, et cui reliqua sunt paranda, quæcunque pretium habent. *Barnes.*

223. s. Ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν Γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος;] Jupiter, aliquando medium Orbis volens designare, duas pari celeritate aquilas emisit, unam ab ortu, alteram ab occasu, quæ circa Delphos eodem tempore convenerunt; unde hic loci Orbis terrarum medium esse constabat. In cujus rei memoriam duæ aquilæ aureæ in Apollinis templo statuebantur. Hinc illud Claudiani: "Jupiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet Naturæ, regni nescius ipse sui, armigeros utrinque duos æqualibus alis Misit ab Eois occiduisque plagis: Parnassus geminos fertur Junxisse volatus; contulit alternas Pythius axis aves." Vid. eandem historiam apud Pindar. Pyth. Od. IV. Strabon. Lib. IX. fol. 419. et Scholiasten Euripid. in Orest. v. 325. Ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς. Hinc apud poëtas sæpissime Delphos umbilicum terræ dictos reperias, ut Euripid. etiam Orest. v. 584. Ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων', ὃς μεσομφάλους ἕδρας, etc. item Med. v. 666. Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης. et Iphig. Taur. v. 1259. — Μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον. et hujus Fab. v. 464. Φοιβήιος ἔνθα γᾶ Μεσόμφαλος ἑστία. et v. 906. Τὸν Λατοῦς αὐδῶ, Ὅς γ' ὀμφαλὸν κληροῖς Πρὸς χρυσέους θάκους Καὶ γαίας μεσσήρεις ἕδρας. Item ibid. (citante Eustathio) v. 5. Ὀμφαλὸν μέσον καθίζων Φοῖβος ὑμνῳδεῖ βροτοῖς. Ita Æsch. Choëph. v. 1036. Μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα Λοξίου πέδον. et in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις — μεσομφάλοις Πυθικοῖς χρηστηρίοις. Vid. de hac re Coelii Rhodigin. Antiq. Lect. Lib. XV. c. 20. Pausanias in Phocic. fol. 331. lin. 27. Τὸν δὲ ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον Ὀμφαλὸν, λίθον πεποιημένον λευκὸν, τοῦτο εἶναι τὸ ἐν μέσῳ γῆς πάσης αὐτοὶ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ, καὶ ἐν ᾠδῇ τινι Πίνδαρος ὁμολογοῦντά σφισιν ἐποίησε. Præterea Judæam in medio terræ

Γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος;
ΙΩΝ. Στέμμασί γ' ἐνδυτὸν, ἀμφὶ δὲ Γοργόνες.
ΧΟ. Οὕτω καὶ φάτις αὐδᾷ.
ΙΩΝ. Εἰ μὲν ἐθύσατε πέλανον πρὸ δόμων

Terræ Phœbi continet templum?
Ion. Ornatum sane coronis, et circa *sunt* Gorgones.
Cho. Sic etiam fama fert.
Ion. Si quidem *Deo* placentam immolâstis ante templum,

225. ἐνδυτός.

sitam volunt nonnulli, vallem Jehosaphati in medio Judææ. Tertullianus vero in carmine advers. Marcion. vocat Golgotha terræ medium; ut et Victorinus Pictaviensis. Vid. Cardinal. Baronii ad ann. Christi 34. §. 116. *Barnes.*

225. ἐνδυτὸς,] Legendum potius ἐνδυτόν. Non enim templum ipsum spectabat quæstio, sed terræ umbilicum, quo nomine lapidem quendam album, Pausania teste, vocabant, p. 331. l. 27. Satis credibile est, hunc, ut alias res sacras, sertis ornatum fuisse multitudinis arcendæ causa: quemadmodum de fonte quodam sacro apud Dionys. Halicarn. legimus: περιείρξαντες κύκλῳ στέμμασι, τοῦ μηδένα τοῖς νάμασι πελάζειν, p. 12. l. 33. Ed. Hudson. Et hinc forte Sophocles ἄθικτον ὀμφαλὸν vocat Œd. Tyr. v. 916. *Musg.*

Στέμμασί γ' ἐνδυτὸς,] Aristoph. in Pluto: Τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων; Scholiast. ἐστεφανηφόρει γὰρ ἡ Πυθία, ἐπεὶ οἱ Τρίποδες Δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι. Phurnutus in Apoll. ἀλλ' αἴ τι χεῖρες ἀντιλαμβάνοντο, καὶ ἡ κεφαλὴ τολαστὸν τῇ δάφνῃ ἐκοσμεῖτο· λέγεται δὲ καὶ ὁ τρίπους οὐκ ἄνευ τῆς Δάφνης ἱδρύσθαι, κατὰ Βοιωτίαν, ἐπὶ τοῦ χάσματος. Hæc Joh. Brodæus ex Phurnuto, apud quem nihil ego tale reperio. Præterea Στέμματα Φοίβου, frondes laureæ et sacræ coronæ Apollinis erant propria; hinc Homer. Iliad. α'. v. 14. Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. *Barnes.*

227. ἐθύσατε] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἐδύσατε. MS. E. ἐλύσατε. Sed verum esse ἐθύσατε ostendit ἀθύτων πελάνων, Hippol. v. 146. θῦσαι θέλουσα πέλανον, Æschyl. Pers. v. 204. Ipsa vox πέλανος quid hic significet, major dubitatio est. Placentæ genus esse disertis verbis testantur Pollux, Lib. VI. sect. 76. et Pausanias, p. 237. l. 16. Nec aliter Hesychius. Abutitur tamen voce Euripides ad sanguinem victimæ, vel etiam sanguinem simpliciter, significandum: vid. Alcest. v. 867. Iphig. in Taur. v. 301. Rhes. v. 427. Unde suspicor, eadem potestate hic adhibitam esse; quodque sequitur ἐπὶ ἀσφάκτοις μήλοισι interpretamenti loco a poëta adjectum esse: θυμέλας autem idem plane valere, quod δόμων μυχόν. Non ignoro, postremum hoc interpreti *penetralia templi* significare; cui interpretationi adstipulatur et Hesychius. Mihi tamen μυχὸς δόμων valet, quicquid intra πρόπυλον, sive πρόδομον, est. Sic enim μυχὸν Homerus προδόμῳ opponit, Iliad. ω'. v. 675. Odyss. γ'. v. 402. δ'. v. 304. η'. v. 346. Alibique ἐς μυχὸν, vel κατὰ μυχὸν θαλάμου, valet simpliciter *intra thalamum*, ut Odyss. π'. v. 285. χ'. v. 180. Hoc certe in loco si μυχὸν δόμων de penetralibus templi Delphici, sive χρηστηρίῳ, intelligas, pugnabit Euripides cum Plutarcho, qui omnem ad penetralia accessum fœminis interdictum fuisse perhibet. vid. loc. citat. ad v. 216. *Musg.*

Εἰ μὲν ἐθύσατε πέλανον] Athenæus Deipnosophist. l. ιδ. Τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαιστὰ κατατιθέναι θυμιᾷν· καὶ οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾷν ὠνόμαζον. Plato νόμων στ'. Θύματά τι οὐκ ἦν τοῖς θεοῖς ζῶα, πέλανοι δὲ καὶ μέλιτι καρποὶ δεδευμένοι, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα. Porphyrius: ἐπεὶ καὶ Ἀπόλλων παραινῶν θύειν κατὰ τὰ πάτρια, συντείνειν κατὰ τὸ ἔθος τῶν πατέρων, ἅπαν ἄγειν ἔοικεν εἰς τὸ παλαιὸν ἔθος· τὸ δὲ παλαιὸν διὰ ποπάνων καὶ τῶν καρπῶν ἦν. ὅθεν καὶ θυσίαι, καὶ θυηλαὶ, καὶ θυμέλαι ἐκαλοῦντο, καὶ αὐτὸ τὸ θύειν τοῦ θυμιᾷν εἴχετο, καὶ τοῦ νῦν παρ' ἡμῖν λεγομένου ἐπι-

Καί τι πυθέσθαι χρήζετε Φοίβου,
Πάριτ' εἰς θυμέλας, ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις
Μήλοισι δόμων μὴ πάριτ' εἰς μυχόν.
ΧΟ. Ἔχω μαθοῦσα· θεοῦ δὲ νόμον
Οὐ παραβαίνομεν· ἃ δ' ἐκτὸς, ὄμμα τέρψει.
ΙΩΝ. Πάντα θεᾶσθ', ὅ τι καὶ θέμις, ὄμμασι.
ΧΟ. Μεθεῖσαν δεσπόται
Θεοῦ με γύαλα τάδ' ἐσιδεῖν.
ΙΩΝ. Δμωαὶ δὲ τίνων κλήζεσθε δόμων;

Et aliquid ex Phœbo sciscitari cupitis,
Accedite ad atria; non mactatis vero
Ovibus, ne in templum intrate.
Cho. Intelligo: legem igitur Dei
Non violabimus. Quæ vero *sunt* extra, oculos oblectabunt.
Ion. Oculis *hæc* omnia spectate, quando enim fas *est*.
Cho. Miserunt me domini
Hos secessus Dei ut viderem.
Ion. Ancillæ vero cujus familiæ vocamini?

233. ὅτι. 235. εἰσιδεῖν.

θύειν. Nec ignoramus, priscos illos liba ac placentas e farre, melle et oleo ad humanam effigiem (vel etiam pecudum) arte simulatas, oscillorum nomine notas, Diis obtulisse. Thucydidis Scholiastes: Τινὰ πέμματα εἰς ζώων μορφὰς τετυπωμένα ἔθυον. Quæ Servio Æneid. Lib. II. hæc attingenti ac Macrobio Saturn. Lib. I. c. 7. lucem afferre possunt. Eustath. in Homer. fol. 1454. l. 20. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς τὸν βοῦν ἐψεύσατο, ἡνίκα ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, βοῦν πλασθέντα ἐκ Σμύρνης καὶ Λιβανωτοῦ καὶ ἑτέρων φασὶν ἀρωμάτων πολλῶν διένειμε τοῖς ἐν τῇ πανηγύρει. Hæc collegit Johann. Brodæus. De voce autem πέλανος, quid sit, vide quæ nos ad Helen. v. 1333. *Barnes.*

229. Πάριτ' εἰς θυμέλας,] De voce θυμέλη, vide supra ad v. 46. *Barnes.*

233. ὅ, τι καὶ θέμις,] *Quicquid fas est*, vel *licet*. Vulgo ὅτι καὶ θέμις, *quia fas est*. Utrumlibet ferri potest. Sed cum parum apposita sit Chori responsio, videndum, annon melius foret legere ἐπὶ καὶ θέμις, *quamdiu licet*. Cui commode tum reponit Chorus: *nobis vero Domini licentiam dederunt Dei templum visendi.* *Musg.*

235. γύαλα τάδ' εἰσιδεῖν.] Lego metri causa γύαλον εἰσιδεῖν. Hesychius: γύαλον, κοῖλον. ἄλλοι, περίβολον· vid. Aristoph. Thesm. v. 115. ibique Kusterum. *Musg.*

237. Παλλάδος ἔνοικα.] Personam Chori præfigendam curavi, auctore MS. E. Ed. Ald. Creusæ tribuit. *Musg.*

Forte, ἐνοικῶ. Loquitur Chorus, non Creusa. *Reisk.*

238. Τῶν ἐμῶν τυράννων. παρούσας δ' ἀμφὶ τάσδ' ἱερῶν] Ob vocem τυράννων ἐμῶν putaram primo, Creusam non loqui; sed quum viderem, Ionem ab hac persona remitti ad θεραπαινίδας, ut patet ex his verbis: παρούσας δ' ἀμφὶ τάσδ' ἱερῶν: agnovi, Creusam veram esse personam, sed vel hoc in loco dominam se velle celare, vel certe, ut in literis nostris Sara maritum suum, Abrahamum, dominum vocabat, ita et hæc de Xutho marito honoris causa loquitur. *Barnes.*

Heath. ita scribi et distingui vult:
Τῶν ἐμῶν τυράννων ithyphallicus.

ΧΟ. Παλλάδος ἔνοικα
Τρόφιμα μέλαθρα τῶν ἐμῶν τυράννων.
Παρούσας δ' ἀμφὶ τᾶσδ' ἐρωτᾷς.
ΙΩΝ. Γενναιότης σοι, καὶ τρόπων τεκμήριον
Τὸ σχῆμ' ἔχεις τόδ', ἥτις εἶ ποτ', ὦ γύναι.
Γνοίη δ' ἂν ὡς τὰ πολλά γ' ἀνθρώπου πέρι
Τὸ σχῆμ' ἰδών τις, εἰ πέφυκεν εὐγενής.
(Ἔα.) Ἀλλ' ἐξέπληξάς μ', ὄμμα συγκλῄσασα σὸν
Δακρύοις θ' ὑγράνασ' εὐγενῆ παρηΐδα,

Cho. Palladis palatia
Sunt sedes altrices meorum dominorum:
De præsenti vero hæc interrogas.
Ion. Generosa quædam tu, et morum indicium
Hanc speciem habet, quæcunque tandem sis, O mulier.
De homine enim plerumque judicârit
Speciem *ejus* conspicatus quis, an sit generosus.
Age: Sed attonitum me reddidisti, tuos oculos claudens,
Lacrymisque rigans generosas genas,

Παρούσας δ' ἀμφὶ τᾶσδ' ἐρωτᾷς antispasticus dimeter hypercatalectus.

— *de hac, quæ nunc adest, sciscitaris.* Hæc enim procul dubio a Choro famularum Atheniensium, superveniente domina, dici intelligenda sunt.

Reisk. legit: παριοῦσαν δ' αὖθι τάνδ' ἐρώτα, *deinceps accedentem hanc interroga. Beck.*

239. τᾶσδ' ἐρωτᾷς.] Ita diserte MS. G. cui in voce ἐρωτᾷς assentit MS. E. Ed. Ald. τάνδ' ἐρώτα, quod et superscriptum habet MS. G.

Hæc sunt, quæ de hujus Odæ explicatione et emendatione dicenda habui. In nonnullis dissentit Tyrwhittus, quem nunc, lector, audies. "In hoc Chori Parodo," inquit ille, "duo observanda occurrunt; primum metra, quæ vulgo monostrophica dicuntur, revera antistrophica esse: (strophe scilicet a v. 183. ad v. 192. κῶλα complectitur decem, et totidem antistrophe a v. 193. Sequitur Ἐπῳδὸς a v. 203. ad v. 217.) alterum, quod majoris momenti est, Ionis personam in hoc Cantico Coryphæi partes temere occupasse. Scena enim hujus dramatis sub templo Apollinis apud Delphos constituitur. In hunc locum egreditur, Ion. v. 79. ὡς πρὸ ναοῦ λαμπρὰ θῶ πυλώματα Δάφνης κλάδοισιν, et mox, finito opere, in templum redit, v. 183. Post hunc versum ingrediens Chorus, picturas, quæ in porticibus puta quibusdam in aditu templi occurrebant, aliquantisper miratur, et earum enarrationem a principe suo, sive Coryphæo, accipit. Tandem v. 217. Ionem in limine templi stantem videt et alloquitur:

σέ τοι τὸν παρὰ ναὸν αὐδῶ —"

Musg.

240. Γενναιότης σοι,] Mirum, ni scripserit auctor: γενναία τοι σύ. *Musg.*

Reisk. scribit: γενναία τις σὺ, *tu es quædam generosa. Beck.*

242. Γνοίη δ' ἄν, etc.] Græci Φυσιογνώμονας vocant, qui ingenia hominum et sensus reliquaque ex adspectu et oris lineamentis judicant. Hinc Virg. Æn. Lib. IV. v. 11. *Quem sese ore ferens,* &c. Vid. Cœl. Rhodigin. Lect. Antiq. Lib. VI. c. 1. *Barnes.*

τὰ πολλὰ, τὸν τρόπον παρεὶς, *nullo præmisso morum et actionum ejus examine,* conjicit Reisk. *Beck.*

244. συγκλῄσασα] Ita Ed. Ald. et MSS. Vulgo συγκλείσασα. *Musg.*

Ὡς εἶδες ἁγνὰ Λοξίου χρηστήρια.
Τί ποτε μερίμνης ἐς τόδ' ἦλθες, ὦ γύναι;
Οὗ πάντες ἄλλοι, γύαλα λεύσσοντες θεοῦ,
Χαίρουσιν, ἐνταῦθ' ὄμμα σὸν δακρυῤῥοεῖ.

ΚΡΕΟΥΣΑ.

Ὦ ξένε, τὸ μὲν σὸν οὐκ ἀπαιδεύτως ἔχει,
Ἐς θαύματ' ἐλθεῖν δακρύων ἐμῶν πέρι·
Ἐγὼ δ', ἰδοῦσα τούσδ' Ἀπόλλωνος δόμους,
Μνήμην παλαιὰν ἀνεμετρησάμην τινά·
Οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔχομεν, ἐνθάδ' οὖσά που.

Postquam aspexisti Apollinis templa.
Curnam in istam solicitudinem venisti, O mulier?
Ubi omnes alii, penetralia cernentes Dei,
Lætantur, hic tuus oculus lacrymas fundit.

CREUSA.

O hospes, hoc quidem tuum non est absurdum,
Quod in admirationem veneris ob meas lacrymas.
Ego vero, contemplata hanc Apollinis sedem,
Memoriam antiquam remensa sum quandam,
Domi autem mentem habui quamvis hic essem præsens.

254. νοῦν ἔσχον ἐνθ.

248. Οὗ, *ubi.* Emendatio est Piersoni, [Veris. p. 9.] quam veram esse ostendit sequens ἐνταῦθα. Alioqui χαίρω accusativum regere potest: Hippol. v. 1336. Rhes. v. 387. huj. fab. v. 361. *Musg.*

Ὁ πάντες] Ὁ in hoc loco pro ὅτι, per Æolicam apocopen, de qua vide Eustath. in Homer. fol. 187. lin. 27. et fol. 1049. lin. 1. Sic Homer. Iliad. π'. v. 119. Γνῶ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ῥίγησέν τε Ἔργα θεῶν· ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρε Ζεὺς ὑψιβρεμέτης: ubi ὃ pro ὅτι δὴ, sicut et διὸ et καθὸ pro διότι et καθότι, quod recte δι' ὅ, et καθ' ὃ scriberetur. *Barnes.*

250. s. Ὦ ξένε, τὸ μὲν σὸν οὐκ ἀπαιδεύτως ἔχει, Εἰς θαύματ' ἐλθὼν] Scaliger hac syntaxi turbatus, ἐλθὸν legit, ut concordet cum τὸ σὸν, ego vero vel τὸ μὲν σὸν per syneodochen sumo, et κατὰ subaudio, legoque ἔχεις, vel concesso, quod τὸ μὲν σὸν (pro σὺ) sit nominandi casus, et ἔχει maneat, per figuram tamen πρὸς τὸ σημαινόμενον, ἐλθὼν retinendum judico, quia σὺ in τὸ σὸν includitur; ut verum tamen fatear, quia in omnibus libris, post σὸν, comma ponitur, quod separat illud a verbo ἔχει, ego quidem ita sumo, ut primo exposui, hoc *videl.* sensu: ὦ ξένε, σὺ μὲν, κατὰ τὸ σὸν, οὐκ ἀπαιδεύτως ἔχεις, ἐλθὼν εἰς θαῦμα, &c. *Barnes.*

Aut hoc versu leg. erit ἔχεις, si volumus versu sequ. ἐλθὼν (vel potius εἰς θαῦμά γ' ἐλθὼν) servare. At si ἔχει tuemur, legendum erit deinceps εἰς θαῦμά σ' ἐλθεῖν. *Reisk.*

251. ἐλθεῖν] Ita MS. E. Alioqui recepissem Scaligeri ἐλθὸν. Ed. Ald. ἐλθὼν. *Musg.*

254. ἔσχον,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἔσχομεν. *Musg.*

256. ἀνήσομεν,] Legendum haud dubie ἀνοίσομεν, *quo referemus?* i. e. quod prin-

Ὦ τλήμονες γυναῖκες· ὦ τολμήματα
Θεῶν. τί δῆτα; ποῖ δίκην ἀνοίσομεν,
Εἰ τῶν κρατούντων ἀδικίαις ὀλούμεθα;
ΙΩΝ. Τί χρῆμα δ' ἀνερεύνητα δυσθυμεῖ, γύναι;
ΚΡ. Οὐδέν· μεθῆκα τόξα· τἀπὶ τῷδε δὲ
Ἐγώ τε σιγῶ καὶ σὺ μὴ φρόντιζ' ἔτι.
ΙΩΝ. Τίς δ' εἶ; πόθεν γῆς ἦλθες; ἐκ ποίας πάτρας
Πέφυκας; ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών;
ΚΡ. Κρέουσα μέν μοι τοὔνομ', ἐκ δ' Ἐρεχθέως
Πέφυκα, πατρὶς γῆ δ' Ἀθηναίων πόλις.
ΙΩΝ. Ὦ κλεινὸν οἰκοῦσ' ἄστυ, γενναίων τ' ἀπὸ

O miseræ mulieres; O facinora
Deorum; quid igitur? quo justitiam remittemus,
Si dominantium injuriis pereamus?
Ion. Quam *ob* rem occulte despondes animum, mulier?
Cre. Nihil. Arcum remisi: cætera vero
Egoque taceo, et tu ne cures amplius.
Ion. Quæ vero es? Unde terrarum venis? ex qua patria
Es nata? quo nomine te vocari a nobis oportet?
Cre. Creusa quidem mihi nomen *est*, ex Erechtheo vero
Nata sum, patria vero *est* Atheniensium civitas.
Ion. O inclytam habitans urbem, et a generosis

256. ἀνήσομεν. 257. ὀλοίμεθα. 258. Τί χρῆμ' ἀνερ.

cipium Justitiæ faciemus? Chrysippus ap. Plutarch. Op. Mor. δεῖ τούτοις συνάψαι τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον, οὐκ οὔσης ἄλλης ἀρχῆς αὐτῶν ἀμείνονος, οὐδ' ἀναφορᾶς, p. 1902. Ed. Steph. *Musg.*

258. Τί χρῆμ' ἀνερεύνητα] Ita Ed. Ald. Metro succurrit Barnesius legendo: τί χρῆμά γ' ἀνερεύνητα. Mihi magis placet: τί χρῆμ'; ἆρ' ἀνερεύνητα, δυσθυμῇ, γύναι; *Musg.*

Τί χρῆμ' ἀνερεύνητα δυσθυμῇ.] Διὰ τί χρῆμα ἀνερευνήτως δυσθυμεῖς; Syllabam ά γ' ob versum addidi. *Barnes.*

Forte, εἰ χρή με σ' ἀνερωτᾷν, τί δυσθυμῇ, *si licet me te interrogare. Reisk.*

259. μεθῆκα τόξα·] *Arcum e manibus deposui.* Male interpres *remisi.* Hesychius: μεθεῖναι, ἀφεῖναι, ἐᾶσαι. De metaphora vid. ad Troad. v. 442. *Musg.*

μεθῆκα τόξα·] Institutam orationem persequi desino. Metaph. a sagittariis arcum remittentibus, poëtis frequens. Æschyl. Suppl. Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια. Sæpenumero sermones suos Pindar. βέλη appellat: πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη, ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας, φωνᾶντα συνετοῖσι. Et: ἐμὲ δ' εὐθὺν ἀκόντων ἱέντα ῥόμβον. Idem in Isthmiis: γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κεῖνον κελαδῆσαι. Menander apud Stobæum: Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους. Hæc Brodæus. Vide etiam, quæ nos de hac re ad Troad. v. 442. *Barnes.*

265. Ὦ κλεινὸν οἰκοῦσ' ἄστυ,] Præter quod ingeniose poëta facit Ionem secreto vel ignotæ patriæ suæ amore inflammari, est pium illius artificium, quoquomodo Athenas suas ornare. Vide infra ad v. 274. et supra ad v. 185. *Barnes.*

265. ss. ΙΩΝ. Ὦ κλεινὸν οἰκοῦσ' ἄστυ γενναίων τ' ἄπο
τραφεῖσα πατέρων, ὥς σε θαυμάζω, γύναι.

Τραφεῖσα πατέρων, ὥς σε θαυμάζω, γύναι.
ΚΡ. Τοσαῦτα κεὐτυχοῦμεν, ὦ ξέν', οὐ πέρα.
ΙΩΝ. Πρὸς θεῶν ἀληθῶς, ὡς μεμύθευται βροτοῖς;
ΚΡ. Τί χρῆμ' ἐρωτᾷς, ὦ ξέν'; ἐκμαθεῖν θέλω.
ΙΩΝ. Ἐκ γῆς πατρός σου πρόγονος ἔβλαστεν πατήρ;
ΚΡ. Ἐριχθόνιός γε· τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ.

Educata parentibus, ut te admiror, mulier!
Cre. Hactenus, O hospes, nec ulterius felices sumus.
Ion. Per Deos *dic*, verane quæ memorantur a mortalibus?
Cre. Quam rem interrogas, O hospes? scire cupio.
Ion. Pater avus patris tui ex terrane ortus est?
Cre. Erichthonius quidem; sed genus me non juvat.

ΚΡ. Τοσαῦτα· κεὐτυχοῦμεν, ὦ ξέν', οὐ πέρα.

Leve mendum in ultimo versu hæret, quod distinctione sublata et una literula paululum immutata sic eximas:

τοσαῦτά γ' εὐτυχοῦμεν, ὦ ξέν', οὐ πέρα.

Similiter in Phœniss. v. 1224.

ἐα τὰ λοιπὰ· δεῦρ' ἀεὶ γὰρ εὐτυχεῖς.

Jacobs.

267. Videtur constructio esse: τοσαῦτα, καὶ οὐ πέρα, ὦ ξένε, εὐτυχοῦμεν. Nisi malis: τοσαῦτά γ' εὐτυχοῦμεν. *Musg.*

268. Pone interrogationis notam ad finem versus. *Heath.*

269. ἐκμαθεῖν θέλω.] *Pernoscere cupio.* Plus valet, quam simplex μαθεῖν. *Musg.*

270. De historia Erichthonii videndus Apollodorus, Lib. III. c. 13. sect. 6. Genealogia sic se habet: Erichthonius Pandionem genuit, Pandion Erechtheum, Erechtheus Creusam. *Musg.*

Ἐκ γῆς πατρός σου πρόγονος ἔβλαστεν πατήρ;] Hic Euripides, ut ait Joh. Brodæus, Erechtheum Erichthonii fuisse filium (ego potius nepotem velim) opinatur; cum alii eundem putent et Erechtheum et Erichthonium. De hac re videsis Interpretes Homeri ad Iliad. β'. v. 559. Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη Θρέψε, Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα. Vide etiam Apollodori Biblioth. Lib. III. c. 18. §. 6. Etymologicum M. in voce Ἐρεχθεὺς, et Cœl. Rhodigin. Lib. XIII. c. 7. et Natal. Com. Mytholog. Lib. IV. c. 5. Hæc vero regum Atticorum successio: 1. Cecrops I. Ægyptius, 2. Cranaus, 3. Amphictyon, Deucalionis F. 4. Erichthonius, 5. Pandion I. 6. Erechtheus, 7. Cecrops II. 8. Pandion II. 9. Ægeus, 10. Theseus; Vide Marmor Arundelianum ab Johanne Seldeno editum ac illustratum, et Johannis Meursii Lib. de Reg. Athen. item Domini Johannis Marshami Chronic. Canon. Lib. II. Recte igitur hoc in loco Ἐριχθόνιος vocatur πρόγονος Ἐρεχθέως, quia Pandion erat Erichthonii filius, Pandionis autem Erechtheus: Hic Erechtheus uxorem duxit Praxitheam, (alii legunt Prasitheam, alii Pasitheam, et alii Phrasitheam) Phrasimi et Diogeneæ, Cephisi filiæ, filiam, ex qua filios suscepit Cecropem, Pandionem et Metionem, filias vero quatuor, Procrin, Orithyiam, Chthoniam et Creusam. Apollodor. Lib. III. c. 14. sect. 1. Quanquam alii duas præterea memorent, Protogeniam videl. et Pandoram; de quibus mox dicturi sumus. *Barnes.*

272. ss. Paulo obscuriora sunt hæc:

ΙΩΝ. Ἦ καί σφ' Ἀθάνα γῆθεν ἐξανείλετο;
ΚΡ. Εἰς παρθένους γε χεῖρας, οὐ τεκοῦσά νιν·
ΙΩΝ. Δίδωσι ὥσπερ ἐν γραφῇ νομίζεται;
ΚΡ. Κέκροπίς γε σώζειν παισὶν οὐχ ὁρώμενον.

Tertio versui hic fere sonsus tribuendus est, ut Ion quærat, *an Minerva Erichthonium ita cistæ inclusum serpentibusque circumdatum, eo denique habitu puellis tradiderit, quo in pictis tabulis conspiceretur?* Rem ipsam disertius exposuit Euripides in hujus Tragœdiæ prologo, v. 21.

ΙΩΝ. Ἦ καί σφ' Ἀθάνα γῆθεν ἐξανείλετο;
ΚΡ. Ἐς παρθένους γε χεῖρας, οὐ τεκοῦσά νιν.
ΙΩΝ. Δίδωσι δ', ὥσπερ ἐν γραφῇ νομίζεται;
ΚΡ. Κέκροπός γε σώζειν παισὶν οὐχ ὁρώμενον.
ΙΩΝ. Ἤκουσα, λῦσαι παρθένους τεῦχος θεᾶς.
ΚΡ. Τοιγὰρ θανοῦσαι σκόπελον ᾕμαξαν πέτρας.

Ion. Num et ipsum Minerva ex terra sustulit?
Cre. In virgineas manus, quamvis eum non peperisset.
Ion. Tradiditne vero *eum*, sicut in pictura fingitur?
Cre. Filiabus Cecropis servandum, non conspectum.
Ion. Audivi virgines solvisse arcam deæ.
Cre. Ideo mortuæ cruentârunt patris rupem.

ubi Mercurius de Erichthonio mentionem injiciens inquit

κείνῳ γὰρ, ἡ Διὸς κόρη
φρουρὼ παραζεύξασα φύλακας σώματος
δισσὼ δράκοντε, παρθένοις Ἀγλαυρίσι
δίδωσι σῴζειν.

Ante quos versus, post versum undevicesimum, unum saltem senarium intercidisse suspicor. Confer v. 1421. et 1426. In Ionis vero verbis, supra positis

δίδωσι δ' ὥσπερ ἐν γραφῇ νομίζεται;

recte monuit Musgravius novissimum vocabulum, quo sensu hoc loco sit positum, non apparere. Putabat ille Euripidem scripsisse — *ῥυθμίζεται*; quo verbo ego quoque poëtæ mentem optime declarari existimo. Minori autem literarum diversitate, quamvis eodem sensu, corrigendum puto:

δίδωσι δ' ὥσπερ ἐν γραφῇ στολίζεται;

Bis eodem vocabulo translata significatione usus est Euripides; in Suppl. v. 669. *Αὐτὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορί.* in Iphig. in Aul. v. 254. *πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν Σημείοις ἐστολισμένας.* Vide Arnaldum in Animadverss. p. 22. *Jacobs.*

273. *Εἰς παρθένους γε χεῖρας,*] Connectendum cum verbo, quod præcessit, *ἐξανείλετο.* *Sustulit in virgineas suas manus.* Male Barnesius interpretatur de manibus filiarum Cecropis. Nondum enim eo pervenit oratio. De Erichthonii natalibus hæc fere tradit Apollodorus: Vulcanum quondam, libidine inflammatum, Palladi vim intulisse, sed cum ea, utpote fortiter reluctante, potiri non posset, semen venereum effudisse, ex quo in terram absterso natus est Erichthonius. Hunc Pallas, e terra susceptum, Cecropis filiabus educandum dedit. Non igitur otiosum est *εἰς παρθένους χεῖρας*, aut, quod sequitur, *οὐ τεκοῦσά νιν.* His enim verbis cavet poëta, ne quis Erichthonium e dea natum, ipsamve constupratam putaret. Nonnus Lib. XIII. *παρθενίῳ πήχυνεν ἀήθεϊ κοῦρον ἀγοστῷ Ἡφαιστηϊάδην.* *Musg.*

Εἰς παρθένους γε χεῖρας,] In manus virgineas, i. e. Pandrosi, Hersæ et Aglauri, quarum fidei Minerva commisit cistam, Erichthonium infantem serpentibus involutum continentem, de qua re vide quæ nos supra ad v. 23. et 24. et infra ad v. 1426. *Barnes.*

273—275. Tribuit Reisk. Creusæ.

Ea observatio additur ob Palladis venerationem. *Beck.*

Leg. *τι* pro *γε.* *Reisk.*

274. *ἐν γραφῇ νομίζεται* quid sit, non admodum intelligo. An: *ἐν γραφῇ ῥυθμίζεται, in pictura efformatur.* *Musg.*

ἐν γραφῇ νομίζεται;] Pulchre et honeste Euripides hic patriæ suæ decus suo more magnificat; quasi Athenarum res gestæ apud Delphos essent depictæ: unde et Ioni tantopere innotescerent. Id autem non semel facit in hac fabula, ut et alias sæpissime: Vid. supra ad v. 265. *Barnes.*

Δίδωσιν scribit Reisk. (et forte part. *δ'* deleri vult.) *Beck.*

276. *Ἤκουσα λῦσαι παρθένους τεῦχος θεᾶς.*] De hac sororum temeraria arculæ

ΙΩΝ. Εἶεν· τί δαὶ τόδ'; ἆρ' ἀληθὲς, ἢ μάτην λόγος;
ΚΡ. Τί χρῆμ' ἐρωτᾷς; καὶ γὰρ οὐ κάμνω σχολῇ.
ΙΩΝ. Πατὴρ Ἐρεχθεὺς σὰς ἔθυσε συγγόνους;
ΚΡ. Ἔτλη πρὸ γαίας σφάγια παρθένους κτανεῖν.
ΙΩΝ. Σὺ δ' ἐξεσώθης πῶς κασιγνήτων μόνη;
ΚΡ. Βρέφος νεογνὸν μητρὸς ἦν ἐν ἀγκάλαις.

Ion. Age: quid autem? Estne verum hoc, an falso rumor *circumfertur?*
Cre. Quidnam interrogas? non enim ocio destituor.
Ion. Pater *tuus* Erechtheus mactavitne tuas sorores?
Cre. Ausus est mactare *Virgines* victimas pro patria.
Ion. Quomodo vero tu sola sororum servata es?
Cre. Infans recens-nata matris eram in ulnis.

apertione, et illarum pœna, ab irata Pallade inflicta, vid. ad notam proxime sequentem. *Barnes.*

277. σκόπελον — πέτρας.] Non defendam ex v. 715. utpote mendoso. Satis forte erit dixisse, σκόπελον a σκέπτομαι derivatum esse, idemque valere, quod σκοπιὰν, i. e. *speculam.* Alioqui non displicet πατρὸς: vid. v. 937. et v. 1399. De historia convenit Euripidi cum Pausania, p. 16. l. 5. ut et Hygino Astron. Poët. Lib. II. c. 13. Ab Ovidio aliter narratur. *Musg.*

Τοιγὰρ θανοῦσαι σκόπελον ἥμαξαν πέτρας.] Σκόπελον πέτρας pro σκόπελον πετρήεντα, vel simpliciter pro πέτραν, quæ valde prærupta et inaccessa erat; quare nihil ego Johannis Brodæi auctoritate commoveor, qui castigandum vult in πάτρας. Quin hæc petra aliquando emphatice Κεκροπία πέτρα vocabatur, ut infra v. 936. Ἄκουε τοίνυν, οἶσθα Κεκροπίας πέτρας πρόσβοῤῥον ἄντρον, et ob mirum et præcipitem descensum et continuationem in plurali numero Μακραὶ πέτραι, et absolute Μακραὶ et πέτραι, de qua re vid. Joh. Meursii Athen. Attic. Lib. II. c. 6. et supra v. 11. De hac rupe præcipites se dabant Cecropis filiæ, Erichthonii arculam inspicere ausæ; ita enim Pausanias Attic. fol. 16. lin. 5. Ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Ἀγλαύρου τέμενός ἐστιν· Ἀγλαύρῳ δὲ καὶ ταῖς Ἀδελφαῖς, Ἕρσῃ καὶ Πανδρόσῳ, δοῦναί φασιν Ἀθηνᾶν Ἐριχθόνιον, καθεῖσαν ἐς κιβωτὸν, ἀπειποῦσαν εἰς τὴν παρακαταθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν· Πάνδροσον μὲν δὴ λέγουσι πείθεσθαι· τὰς δὲ δύο (ἀνοῖξαι γὰρ σφίας τὴν κιβωτὸν) μαίνεσθαί τε, ὡς εἶδον τὸν Ἐριχθόνιον, καὶ κατὰ τῆς Ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὑτὰς ῥίψαι. *Barnes.*

θοροῦσαι, *desilientes,* conjicit Reisk. *Beck.*

278. Interpungo: τί δαὶ τόδ'; ἆρ' ἀληθὲς. *Musg.*

279. οὐ κάμνω σχολῇ.] Heath. reddit: *Otio non destituor. Beck.*

280. ἔθυσε] Historiam plene enarrant Suidas v. Παρθένοι. Hyginus Fab. 46. Meminere etiam Demosthenes in Epitaphio, Cicero pro P. Sextio, c. 21. et alii plures. *Musg.*

Πατὴρ Ἐρεχθεὺς σὰς ἔθυσε συγγόνους;] Demaratus apud Stobæum (ita citat Brodæus, cum tamen in Stobæi Excerptis non appareat): Ἀθηναίων πρὸς Εὔμολπον, τῶν Θρᾳκῶν βασιλέα, πόλεμον ἐχόντων, Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀττικῆς προεστάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν τὴν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνῃ θύσῃ. Περιγενόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας, Πραξιθέᾳ, τῇ γυναικὶ, τὴν πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν, εἶθ' οὕτω τὴν κόρην προσαγαγὼν τοῖς βωμοῖς ἀνεῖλε· καὶ συμβαλὼν τὸν πόλεμον, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς νίκης. Demosthenes in Epitaphio, Ἐρεχθεῖα τὰς αὑτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς πρόδηλον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι, testis est. Cui M. Tullius pro P. Sextio adhæret, ut paulo post videbimus. Hyacinthiæ autem cognominatæ sunt, quod in pago Hyacintho immolatæ tradantur. *Brodæus.*

281. Ἔτλη πρὸ Γαίας σφάγια Παρθένους κτανεῖν.] Harum sororum nomina supra memoravi, ad v. 270. videl. Procrin, Orithyiam, Chthoniam et Creusam; præter

ΙΩΝ. Πατέρα δ' ἀληθῶς χάσμα [illegible]τὸν κρύπτει χθονός;
ΚΡ. Πληγαὶ τριαίνης Ποντίου σφ' ἀπώλεσαν.
ΙΩΝ. Μακραὶ δὲ χῶρός ἐστ' ἐκεῖ κεκλησμένος;
ΚΡ. Τί δ' ἱστορεῖς τόδ'; ὥς μ' ἀνέμνησας τινός.
ΙΩΝ. Τιμᾷ σφε Πύθιος ἀστραπαί τε Πύθιαι;
ΚΡ. Τιμᾷ; τί μήν; ὡς μή ποτ' ὤφελόν σφ' ἰδεῖν;

Ion. Patrem vero tuum verene hiatus terræ occultat?
Cre. Ictus tridentis Neptuni ipsum perdiderunt.
Ion. Locus vero istic est nuncupatus Macræ?
Cre. Quid vero interrogas hoc? ut mihi revocâsti in memoriam quiddam?
Ion. Honorat illum *locum* Pythius, et fulgura Pythia?
Cre. Honorat, Quid in memoriam revocas? Utinam nunquam illum locum [aspexissem.

289. Τιμᾷ, τιμᾷ, ὡς μή ποτ' ὤφ. σ' εἰσιδών.

Protogeniam et Pandoram; et harum quidem Procris Cephalo, Deionei filio, in matrimonium cessit, Chthonia Butæ, Erichthonii filio juniori, Creusa Xutho, Æoli filio; Orithyia vero ad Ilissum amnem a Borea rapta erat. Quare necesse est, ut virgines relinquerentur Protogenia et Pandora tantum, quæ ultro se jugulandas [illegible] in Bœotio bello, ob salut[illegible]; unde Cicero in Oratione pro S[illegible]: "Mortem etiam, [illegible] virgines Athenis, regis Erechthei [illegible] pro patria contemsisse [illegible]tur, ego vir consularis, tantis rebus gestis, timere[illegible] Quod virgines dixit, id emphatice dictum scias, ut et hic Euripides παρθένους vocat κατ' ἐξοχήν: ita enim Hesychius: Παρθένοι, τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, καὶ ἐτίμων. Vide Johannis Meursii Cecropiæ, c. 14. p. 30. Cœl. Rhodig. Lib. XIII. c. 7. Apollodor. Lib. III. c. 14. §. 4. Quod vero Hesychius addit, καὶ ἐτίμων, id religiosum honorem notat, Cicero enim dicit, *Erechtheum cum filiabus numinum vice coli.* Et earum templum Ἑκατόμπεδον vocabatur. Hesych. Ἑκατόμπεδον, νεὼς ἐν τῇ Ἀκροπόλει Παρθένοις κατασκευασθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων. *Barnes.*

283. νεῶγον] De hac voce vid. supra ad v. 31. *Barnes.*

283. Eumolpum, Neptuni et Chiones filium, prœlio sustulerat Erechtheus, unde pœnas postea a Neptuno luit terræ motu oppressus. Apollodor. Lib. III. c. 14. sect. 4. *Musg.*

Πληγαὶ τριαίνης Ποντίου σφ' ἀπώλεσαν.] Neptunus, Erechtheo iratus, ob Eumolpum, filium suum, ab eo cæsum, tridente suo Macras rupes percussit, unde Erechtheus mari obrutus periit, (ut hoc in loco ostendit poëta) eo videl. ipso in loco, quo Creusa ab Apolline fuerat compressa. De hoc Erechthei interitu ex ira Neptuni ita Apollodorus, Lib. III. c. 14. §. 4. et 5. Γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν (τῶν παρθένων) τῆς μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον· Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος, Κέκροψ, ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων, ἐβασίλευσεν. *Barnes.*

[illegible] Μακραὶ δὲ χῶρός ἐστ' ἐκεῖ κεκλησμένος;] De hoc loco vid. supra ad v. 13. *Barnes.*

Lectoris acumini commendat hunc et seq. ver. R. P. Præf. in Hecub. clxvi. *Burn.*

288. ἀστραπαὶ Πύθιαι de radiis solaribus interpretantur Brodæus et Heathius. Mihi huc pertinere videntur ἀστραπαὶ δι' Ἅρματος, de quibus sic Hesychius: Ἀθηναῖοι, ὁπότε δι' Ἅρματος αὐτοῖς ἀστράψειεν, ἔπεμπον εἰς Δελφοὺς θεωροὺς τοὺς λεγομένους Πυθιαστάς. vid. et Strab. Lib. IX. p. 404. ubi docet, Ἅρμα vicum fuisse in confiniis Atticæ Tanagris vicinum; fulgura autem hæc in urbe observata fuisse ἀπὸ τῆς ἐσχάρας τοῦ Ἀστραπαίου Διός: ἔστι δὲ αὕτη ἐν τῷ τείχει μεταξὺ τοῦ Πυθίου καὶ τοῦ Ὀλυμπίου. De Pythio Suidas: Πύθιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησι. Pausanias: μετὰ δὲ τὸν ναὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, πλησίον ἄγαλμά ἐστι Ἀπόλλωνος Πυθίου, p. 17.

ΙΩΝ. Τί δὲ στυγεῖς σὺ τοῦ θεοῦ τὰ φίλτατα;
ΚΡ. Οὐδέν· ξύνοιδ' ἄντροισιν αἰσχύνην τινά.
ΙΩΝ. Πόσις δὲ τίς σ' ἔγημ' Ἀθηναίων, γύναι;
ΚΡ. Οὐκ ἀστὸς, ἀλλ' ἐπακτὸς ἐξ ἄλλης χθονός.
ΙΩΝ. Τίς; εὐγενῆ νιν δεῖ πεφυκέναι τινά.
ΚΡ. Ξοῦθος, πεφυκὼς Αἰόλου Διός τ' ἄπο.
ΙΩΝ. Καὶ πῶς ξένος σ' ὢν ἔσχεν, οὖσαν ἐγγενῆ;

Ion. Quid vero? Odisti tu Deo gratissima *loca?*
Cre. Nequaquam. Dedecus quoddam *admissum in illis* antris scio.
Ion. Maritus vero quis te duxit Atheniensium, mulier?
Cre. Non civis, sed advena ex aliena terra.
Ion. Quis? nobilem aliquem ipsum fuisse oportet.
Cre. Xuthus, ab Æolo Joveque genus trahens.
Ion. Et quomodo peregrinus existens te indigenam existentem habuit?

291. Οὐδὲν, ξέν'· οἶδ' ἄντρ.

Veteres fulgurandi potestatem arcui Apollinis tribuisse, colligi potest ex Apollon. Rhod. Lib. IV. versus finem:

Δεξιτερῇ χρύσειον ἀνέσχεθες ὑψόθι τόξον
Μαρμαρέην δ' ἀπέλαμψε βιὸς περὶ πάντοθεν αἴγλην.

In qua re narranda Apollodorus verbo καταστράπτων usus est, ut pulchre vidit Galeus, locum Lib. I. cap. 9. sic emendans: Ἀπόλλων — τοξεύσας τῷ βέλει εἰς τὴν θάλασσαν κατήστραψεν. Vulgo κατέστρεψεν. Hinc credibile est, quum Apollo Horatio audit *fulgente decorus arcu* (Carm. Sec.), participium *fulgente* pro *fulgurante* accipiendum esse, ut in locis citatis Ernestio Clav. Ciceron. Nec aliter adhibuit Claudianus in Stilichon. III. 60.

Venturi quoties affulget Apollinis arcus.

Hæ igitur arcus Apollinei fulgurationes videntur esse Euripidi memoratæ ἀστραπαὶ Πύθιαι. *Musg.*

ἀστραπὰς Πυθ. vel ad radios solis alludere, vel ad fulgura illa, præsagia responsorum, censet Prev. *Beck.*

289. Versus mendosus, quem sic utcunque restituas:

τιμᾷ· τί δ' ἱμείρεις; μή ποτ' ὤφελόν σφ' ἰδεῖν.

Musg.

Τιμᾷ; τί μοι; ὡς μή ποτ' ὤφελόν σφ' ἰδεῖν;] Ita, Scaligero præeunte, lego. Olim horrendo errore erat: Τιμᾷ, τιμᾷ, ὡς μή ποτ' ὤφελόν σ' εἰσιδεῖν, metro misere luxato, sensu prorsus nullo. De qua tamen re nihil omnino Stephanus cum suis MSS. Nihil omnino Canterus cum suis conjecturis; ne erroris quidem nos admonuit. De aliis, quod prætermiserint, non est mirum; Duportus, versum redundare videns, σφ' ἰδεῖν legebat, sicut et Scaliger; secundum autem τιμᾷ solus Scaliger in τί μοι vertendum duxit; Σφὶ autem pro αὐτὸν ad locum respicit, ut versu præcedenti: τιμᾷ σφι Πύθιος, &c. i. e. χῶρον. *Barnes.*

Reisk. lectionem veterem, Τιμᾷ, τιμᾷ, probam censet, confertque Homericum illud: Ἄρες, Ἄρες, βροτολοιγέ. *Beck.*

Olim cum magno versus detrimento legebatur

τιμᾷ, τιμᾷ, ὡς μήποτ' ὤφελόν σ' εἰσιδεῖν.

cujus lectionis depravationem Barnesius non sustulit, sed auxit. Verum tamen videtur, quod in fine versus reposuerunt Scaliger et Duportus — σφ' ἰδεῖν. Reiskius veterem lectionem

τιμᾷ, τιμᾷ —

sinceram esse arbitrabatur, versu Homerico: Ἆρες, Ἄρες βροτολοιγὲ ad metri vitium defendendum abusus. Musgravius

ΙΩΝ. Πότερα θεατὴς, ἢ χάριν μαντευμάτων;
ΚΡ. Κείνου τε Φοίβου θ' ἓν θέλων μαθεῖν ἔπος.
ΙΩΝ. Καρποῦ δ' ὕπερ γῆς ἥκετ', ἢ παίδων πέρι;
ΚΡ. Ἄπαιδες ἐσμὲν, χρόνι' ἔχοντ' εὐνήματα.
ΙΩΝ. Οὐδ' ἔτεκες οὐδὲν πώποτ', ἀλλ' ἄτεκνος εἶ;
ΚΡ. Ὁ Φοῖβος οἶδε τὴν ἐμὴν ἀπαιδίαν.
ΙΩΝ. Ὦ τλῆμον, ὡς τἄλλ' εὐτυχοῦσ', οὐκ εὐτυχεῖς.
ΚΡ. Σὺ δ' εἶ τίς; ὥς σου τὴν τεκοῦσαν ὤλβισα.
ΙΩΝ. Τοῦ θεοῦ καλοῦμαι δοῦλος εἰμί τ', ὦ γύναι.
ΚΡ. Ἀνάθημα πόλεως, ἤ τινος πραθεὶς ὕπο;
ΙΩΝ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἓν, Λοξίου κεκλήμεθα.
ΚΡ. Ἡμεῖς σ' ἄρ' αὖθις, ὦ ξέν', ἀντοικτείρομεν.

Ion. Utrum spectator, an vaticinii causa?
Cre. Illiusque, Phœbique responsum unum scire cupiens.
Ion. Num pro terræ frugibus venitis, an de liberis?
Cre. Sine liberis sumus, quamvis diuturnam lecti consuetudinem habentes.
Ion. Nec quidquam unquam peperisti; sed sine liberis es?
Cre. Phœbus novit meam sterilitatem.
Ion. O misera, quæ cæteris *in rebus* cum sis felix, *in hâc* non es felix!
Cre. Tu vero quisnam es? Ut tuam matrem judico beatam!
Ion. Dei vocor servus, et sum, O mulier.
Cre. Donariumne civitatis, an ab aliquo venditus?
Ion. Non scio, nisi hoc unum, Apollinis vocor.
Cre. Nos igitur, O hospes, te quoque vicissim miseramur.

313. τίνος.

ρωνίας, Καρωνίας πλησίον. Plura de hoc antro vide infra ad notam proxime sequentem in fine. *Barnes.*

Reisk. vulgatum σηκοὺς tuetur, et explicat στρέφει ἑαυτὸν ἐς σηκοὺς, *vertit se ad ædes.* Conjicit tamen etiam ἐκστρέφει, *everrit quasi suo corpore antrum Trophoni'.* *Beck.*

Σηκοὺς δ' ἐνστρ.] Ἐνστρέφεται τῷ τοῦ Τροφωνίου σηκῷ. *Scholiast.*

304. Laudat Ammon. V. Θεωρὸς, et legit Πότερον. *Beck.*

305. Κείνου τε Φοίβου θ' ἓν θέλων μαθεῖν ἔπος.] Prudentiores homines, ne forte sacerdotum dolis caperentur, non unum modo, sed duo simul, aut plura oracula consulebant; ut veritatem a pluribus confirmatam haberent, aut ex multorum discrepantia falsa evincerent singula. Ita Crœsus apud Herodotum, tentatis non paucis, Delphicum prætulit. Demosthenes tamen et hoc oraculum Φιλιππίζειν dixit; et exemplum habemus sacerdotis et ipsius oraculi donariis corrupti apud Herodotum Lib. V. c. 63. de Pisistratidis. Item Lib. VI. edit. Stephan. p. 404. De Trophonii autem specu hoc quoque notandum, fuisse ibidem fontem unum, qui diceretur Λήθη, cujus aquam haurirent descensuri, ut omnium, quæ ante vidissent, obliviscerentur; item alium, qui Μνημοσύνη vocabatur; ut, hausta inde aqua, omnium recordarentur, quæ visuri erant.

[redacted]

ΙΩΝ. Ὡς μὴ εἰδόθ᾽, ἥτις μ᾽ ἔτεκεν, ἐξ ὅτου τ᾽ ἔφυν.
ΚΡ. Ναοῖσι δ᾽ οἰκεῖς τοῖσδέ γ᾽, ἢ κατὰ στέγας;
ΙΩΝ. Ἅπαν θεοῦ μοι δῶμ᾽, ἵν᾽ ἂν λάβῃ μ᾽ ὕπνος.
ΚΡ. Παῖς δ᾽ ὢν ἀφίκου ναὸν, ἢ νεανίας;
ΙΩΝ. Βρέφος λέγουσιν οἱ δοκοῦντες εἰδέναι.
ΚΡ. Καί τις γάλακτί σ᾽ ἐξέθρεψε Δελφίδων;
ΙΩΝ. Οὐ πώποτ᾽ ἔγνων μαστόν· ἣδ᾽ ἔθρεψέ με.
ΚΡ. Τίς, ὦ ταλαίπωρ᾽; ὡς νοσοῦσ᾽ εὗρον νόσους.
ΙΩΝ. Φοίβου προφῆτις, μητέρ᾽ ὡς νομίζομεν.
ΚΡ. Ἐς δ᾽ ἄνδρ᾽ ἀφίκου τίνα τροφὴν κεκτημένος;
ΙΩΝ. Βωμοί μ᾽ ἔφερβον οὐπιών τ᾽ ἀεὶ ξένος.
ΚΡ. Τάλαινά σ᾽ ἡ τεκοῦσ᾽, ἥτις ποτ᾽ ἦν ἄρα.

Ion. Ut qui nesciam, quæ me peperit, et ex quo natus sim.
Cre. Habitasne in istis templis, vel in *aliqua* domo?
Ion. Ubivis *est* mihi domus, ubi me somnus occupârit.
Cre. Puerne existens *in hoc* templum venisti, an adolescens?
Ion. Infantem *venisse* dicunt, qui scire putantur.
Cre. Quæ vero te lacte enutrivit ex Delphicis?
Ion. Nunquam cognovi mammam: Quæ vero me aluit.
Cre. Quænam, O ærumnose? Ut laborans inveni morbum!
Ion. Phœbi sacerdos, matris loco habemus.
Cre. Venisti vero ad virilem ætatem quam educationem adeptus?
Ion. Aræ me aluerunt, et semper-accedens hospes.
Cre. Misera, te quæ peperit, quæcunque fuerit tandem.

322. ἢ δ᾽ ἔθρ.

Vid. Coel. Rhodigin. Lib. XX. c. 10. ad finem. *Barnes.*

310. Mallem: ὦ τλῆμον. ὡς τἄλλα γ᾽ εὐτυχοῦσα, τοῦτ᾽ οὐκ εὐτυχεῖς. Prima duo vocabula extra metrum posita sunt. *Reisk.*

316. Ὡς μὴ εἰδόθ᾽,] Est συνίζησις duarum longarum syllabarum, de qua Eustathius in illud Homeri Iliad. λ΄. v. 349. Ἦ οὐχ ἅλις, ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις; Sic Helen. v. 922. Τά τ᾽ ὄντα, καὶ μὴ, τὰ δὲ δίκαια μὴ εἰδέναι. In quem locum vide quæ nos.

ἐξ ὅτου] Ἐξ οὗτινος. Vid. Supplic. v. 852. *Barnes.*

318. Ἅπαν θεοῦ μοι δῶμ᾽,] An legendum ἁπανταχοῦ μοι δῶμ᾽. Vulgatam certe non admodum intelligo. *Musg.*

319. ἀφίκου ναὸν,] Εἰς ναόν. Vide supra ad v. 301. *Barnes.*

322. ἢ δ᾽ ἔθρεψέ με.] Abrumpitur hic sermo, deinde v. 324. post Creusæ responsum absolvitur. *At matris loco habemus Phœbi sacerdotem, quæ me aluit.* Male vulgo ἥδ᾽ ἔθρεψέ με. *Hæc me aluit.* *Musg.*

Οὔπω ποτ᾽] Syllabam πω Miltonus et Duportus ad versus commodum addidere, felicius, ut mihi videtur, quam Scaliger vocem τινα. *Barnes.*

Reisk. conjicit: οὐ πώποτ᾽ ἔγνων. *Beck.*

ΙΩΝ. Ἀδίκημά του γυναικὸς ἐγενόμην ἴσως.
ΚΡ. Ἔχεις δὲ βίοτον; εὖ γὰρ ἤσκησαι πέπλοις.
ΙΩΝ. Τοῖς τοῦ θεοῦ κοσμούμεθ', ᾧ δουλεύομεν.
ΚΡ. Οὐδ' ἦξας εἰς ἔρευναν ἐξευρεῖν γονάς;
ΙΩΝ. Ἔχω γὰρ οὐδὲν, ὦ γύναι, τεκμήριον.
ΚΡ. (Φεῦ·) πέπονθέ τις σῇ μητρὶ ταὖτ' ἄλλη γυνή.
ΙΩΝ. Τίς; εἶπον· εἴ μοι ξυλλάβοις, χαίροιμεν αν.
ΚΡ. Ἧς οὕνεκ' ἦλθον δεῦρο, πρὶν πόσιν μολεῖν.
ΙΩΝ. Ποῖόν τι χρῄζουσ'; ὡς ὑπουργήσω, γύναι
ΚΡ. Μάντευμα κρυπτὸν δεομένη Φοίβου μαθεῖν.
ΙΩΝ. Λέγοις ἄν· ἡμεῖς τἄλλα προξενήσομεν.

Ion. Fo rtasse fui probrum alicujus mulieris.
Cre. Habesne Opes? bene enim ornatus es vestibus.
Ion. Dei *donis* ornamur, cui servimus.
Cre. Non contendisti ad inquisitionem, ut invenires *tuos* parentes?
Ion. Nullum enim indicium, O mulier, habeo.
Cre. Heu! Quædam alia mulier passa est eadem cum tuâ matre.
Ion. Quænam? Dic: si mihi operam commodâris, lætaremur.
Cre. *Illa*; cujus causa veni huc, priusquam accedat maritus.
Ion. Quamnam *rem* cupiens, ut *tibi*, mulier, inserviam?
Cre. Oraculum occultum ex Phœbo cupiens cognoscere.
Ion. Dic. Nos cætera procurabimus.

333. ταῦτ'. 334. ξυλλάβῃ.

324. Barnesii conjecturam ἣν contrariam esse iis, quæ v. 316. dixerat Ion, monet Heath. Nec mutatione opus esse. Vertit: *Phœbi sacerdos, eam in matris loco ducimus. Beck.*

προφῆτιν, legit Reisk. *Beck.*

326. ὑπτιὼν] Ὁ ἱπτιών. *Barnes.*

327. Τάλαινά σ' ἡ τεκοῦσ' ἄρ', ἥτις ἦν ποτε,] Confer v. 566. *Vulgo* Τάλαινά σ' ἡ τεκοῦσ' ἥτις ποτ' ἦν ἄρα. *Por.*

Τάλαινά σ' ἡ τεκοῦσ', ἥτις ποτ' ἦν ἄρα.] Scaliger legit: Τάλαινά γ' ἄρά σ' ἡ τεκοῦσ', ἥτις ποτ' ἦν. *Barnes.*

328. Ἀδίκημά του] Του pro τινός. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἀδίκημα γοῦν γυναικός. *Beck.*

334. εἴ μοι ξυλλάβῃ,] *Si mihi operam tuam commodaveris.* Male interpretes: *si me juvaret. Musg.*

338. τἄλλα] Ita MS. G. Ed. Ald. δ' ἄλλα. *Musg.*

340. ἡ θεός, i. e. Αἰδώς. Cujus aram Athenis fuisse tradit Pausanias, p. 15. l. 12. *Musg.*

ἀργὸς ἡ θεός.] Ἡ Αἰδὼς δηλονότι. Κατὰ τὸ Ὁμηρικόν· Αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτῃ. *Barnes.*

ἡ θεός.] Ἡ Αἰδώς. *Scholiast.*

343. πατρός.] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. πάρος. *Musg.*

λάθρα πατρός.] Λάθρη Homero, ideoque ultimam habet longam. Nec ἰῶτα habet subscriptum. Cum casu autem legitur, ut *clam* Latine: dicimus enim clam absolute et clam patre. Sic supra v. 14. Ἀγνῶς πατρί· quanquam alii volunt ibi ἀγνὼς, ut sit nomen. *Barnes.*

[redacted]

ΚΡ. Ἄκουε δὴ τὸν μῦθον. — ἀλλ' αἰδούμεθα.
ΙΩΝ. Οὔτ' ἄρα πράξεις οὐδέν· ἀργός ἡ θεός.
ΚΡ. Φοίβῳ μιγῆναί φησί τις φίλων ἐμῶν.
ΙΩΝ. Φοίβῳ γυνὴ γεγῶσα; μὴ λέγ', ὦ ξένη.
ΚΡ. Καὶ παῖδά γ' ἔτεκε τῷ θεῷ λάθρα πατρός.
ΙΩΝ. Οὐκ ἔστιν· ἀνδρὸς ἀδικίαν αἰσχύνεται. (341)
ΚΡ. Ὅ φησιν αὐτή· καὶ πέπονθεν ἄθλια.
ΙΩΝ. Τί χρῆμα δράσασ', εἰ θεῷ συνεζύγη;
ΚΡ. Τὸν παῖδ', ὃν ἔτεκεν, ἐξέθηκε δωμάτων. (344)
ΙΩΝ. Ὁ δ' ἐκτεθεὶς παῖς ποῦ 'στιν; εἰσορᾷ φάος;
ΚΡ. Οὐκ οἶδεν οὐδείς· ταῦτα καὶ μαντεύομαι.

Cre. Audi jam *meum* sermonem; sed nos pudet *hæc dicere.*
Ion. Ergo nihil ages. Dea ignava est *verecundia.*
Cre. Quædam mea amica dicit se concubuisse cum Phœbo.
Ion. An mulier cum deo? ne dixeris, O hospes.
Cre. Et puerum peperit Deo clam patre.
Ion. Non est: hominis stuprum dissimulat.
Cre. *Imo* quod inquit ipsa, id etiam est passa infelix.
Ion. Quid agens, siquidem deo juncta fuit?
Cre. Filium, quem peperit, exposuit foras.
Ion. Hic filius expositus ubi est? aspicitne lucem?
Cre. Nemo scit; et *ob* hæc *ipsa* oraculum consulo.

345. ἀθλία. 348. Ὅδ' ἐκτ.

343. s. ΚΡ. Καὶ παῖδά γ' ἔτεκε τῷ θεῷ λάθρα πάτρος.
ΙΩΝ. Οὐκ ἘΣΤΙΝ· ἈΝΔΡΟΣ ἀδικίαν αἰσχύνεται.

Sic vulgo corrupte legitur. Fortasse legendum:

Οὐκ ἔστ'· Ὁ ΓΑΡ ΘΕΟΣ ἀδικίαν αἰσχύνεται.

Non est ut ais. Deus enim ab injuria purus. Hoc est quod Plato ait in Theæteto: Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος καὶ οὐκ ἔστιν ὁμοιότερον οὐδὲν ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. *Jacobs.*

344. Οὐκ ἔστιν·] Non memini, qui sic locutus sit. Legendum forte: οὐ πιστόν· ἀνδρὸς ἀδικίαν — Confer tamen Alcest. v. 555. *Musg.*

Οὐκ ἔστιν·] Scaliger ἔς τιν'. Non bene, ut mihi videtur. *Barnes.*

345. Lego et distinguo:

ὅ φησιν, αὐτό· καὶ πέπονθεν ἄθλια.

Quod dicit, tale est, vel *ejusmodi est. Quin et passa est calamitosa. Musg.*

Vulgatam ita exponit Heath.: *Quod dicit ipsa,* (scilicet hoc est) *et miserabilia etiam passa est. Beck.*

346. Τί χρῆμα δράσασ',] Interpretor, quasi esset παθοῦσα. *Quomodo fieri potest, ut calamitosa perpessa sit, siquidem cum Deo concubuit,* πράττω pro πάσχω est apud nostrum Hecub. v. 1007. ubi vide Scholiast. Iphig. in Taur. v. 669. *Musg.*

εἰ positum hic videtur pro ἐπεὶ, sed mallem ὡς. *Reisk.*

ΙΩΝ. Εἰ δ' οὐκέτ' ἔστι, τίνι τρόπῳ διεφθάρη;
ΚΡ. Θῆράς σφε τὸν δύστηνον ἐλπίζει κτανεῖν.
ΙΩΝ. Ποίῳ τόδ' ἔγνω χρωμένη τεκμηρίῳ;
ΚΡ. Ἐλθοῦσ', ἵν' αὐτὸν ἐξέθηκ', οὐχ εὗρ' ἔτι.
ΙΩΝ. Ἦν δὲ σταλαγμὸς ἐν στίβῳ τις αἵματος;
ΚΡ. Οὔ φησι· καίτοι πόλλ' ἐπεστράφη πέδον.
ΙΩΝ. Χρόνος δὲ τίς τῷ παιδὶ διαπεπραγμένῳ;
ΚΡ. Σοὶ ταυτὸν ἥβης, εἴπερ ἦν, εἶχ' ἂν μέτρον.
ΙΩΝ. Ἀδικεῖ νιν ὁ θεός· ἡ τεκοῦσα δ' ἀθλία.
ΚΡ. Οὔκουν ἔτ' ἄλλον ὕστερον. τίκτει γόνον.
ΙΩΝ. Τί δ', εἰ λάθρα νιν Φοῖβος ἐκτρέφει λαβών;
ΚΡ. Τὰ κοινὰ χαίρων, οὐ δίκαια δρᾷ, μόνος.
ΙΩΝ. Οἴ μοι· προσῳδὸς ἡ τύχη τῷ 'μῷ πάθει.
ΚΡ. Καὶ σ', ὦ ξέν', οἶμαι μητέρ' ἀθλίαν ποθεῖν.
ΙΩΝ. Ναί· μή γ' ἐπ' οἶκτόν μ' ἔξαγ', οὗ λελήσμεθα.

Ion. Si igitur non amplius superest, quomodo periit?
Cre. Putat bestias interfecisse illum miserum.
Ion. Quonam indicio utens cognovit hoc?
Cre. Cum venisset *eo*, ubi eum exposuerat, non invenit iterum.
Ion. Erantne aliquæ stillæ sanguinis in via?
Cre. Negat, quamvis diligenter solum pervestigavit.
Ion. Quod vero tempus ab interfecto puero elapsum est?
Cre. Haberet eandem mensuram ætatis, quam tu, si viveret.
Ion. Injuria afficit *eam* Deus: mater vero *est* misera.
Cre. Nunquam deinde genuit aliam sobolem.
Ion. Quid vero si furtim sublatum Phœbus ipsum alat?
Cre. Gaudens de re communi solus, non facit juste.
Ion. Heu! congrua est fortuna meæ calamitati.
Cre. Et te, O hospes, existimo matrem miseram desiderare.
Ion. Ne me ad dolorem, cujus obliti sumus, provoces.

364. καὶ μή γ'.

351. Θῆράς σφε τὸν δύστηνον ἐλπίζει κτανεῖν.] Hic ἐλπίζω simpliciter pro νομίζω et προσδοκῶ, ut Mosch. Idyll. IV. v. 54. — πάντων γὰρ ὀϊζυρώτατα τέκνα Γείνασθαί σε θεῷ τε καὶ ἀνέρι θνητῷ ἔολπα. Sic Hesiod. Ἔργ. v. 271. Ἀλλὰ τά γ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία τερπικέραυνον. Moschopulus: οὐδαμῶς ἐλπίζω, ἀντὶ τοῦ νομίζω. Vide, quæ nos supra ad Supplices, v. 800. et ad Helen. v. 1522. *Barnes.*

352. ἔγνω] Emendatio est H. Steph. Ed. Ald. ἔγνως. *Musg.*

357. Σοὶ ταυτὸν ἥβης, εἴπερ ἦν, εἶχ' ἂν μέτρον.] Hunc locum videtur Virgilius respicere Æn. Lib. III. v. 490. *Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.* Ἥβης μέ-

ΚΡ. Σιγῶ· πέραινε δ' ὧν σ' ἀνιστορῶ πέρι.
ΙΩΝ. Οἶσθ' οὖν, ὃ κάμνει τοῦ λόγου μάλιστά σοι;
ΚΡ. Τί δ' οὐκ ἐκείνῃ τῇ ταλαιπώρῳ νοσεῖ;
ΙΩΝ. Πῶς ὁ θεὸς, ὃ λαθεῖν βούλεται, μαντεύσεται;
ΚΡ. Εἴπερ καθίζει τρίποδα κοινὸν Ἑλλάδος.
ΙΩΝ. Αἰσχύνεται τὸ πρᾶγμα· μὴ 'ξέλεγχέ νιν.
ΚΡ. Ἀλγύνεται δέ γ' ἡ παθοῦσα τῇ τύχῃ.
ΙΩΝ. Οὐκ ἔστιν, ὅστις σοι προφητεύσει τάδε.
Ἐν τοῖς γὰρ αὑτοῦ δώμασιν κακὸς φανεὶς
Φοῖβος δικαίως τὸν θεμιστεύοντά σοι
Δράσειεν ἄν τι πῆμ'· ἀπαλλάσσου, γύναι·
Τῷ γὰρ θεῷ τἀναντί' οὐ μαντευτέον.
Ἐς γὰρ τοσοῦτον ἀμαθίας ἔλθοιμεν ἂν,
Εἰ τοὺς θεοὺς ἄκοντας ἐκπονήσομεν
Φράζειν, ἃ μὴ θέλουσιν, ἢ προβωμίοις

Cre. Taceo: pertexe vero *illa* de quibus interrogo te.
Ion. Scisne igitur, quæ pars tui laboret maxime?
Cre. Quid vero non illi miseræ laborat?
Ion. Quomodo Deus, quod latere cupit, oraculo deteget?
Cre. Si quidem insidet communi tripodi Græciæ.
Ion. Pudet eum hujus rei, ne exquire ab ipso.
Cre. Quæ vero passa est, ob hanc dolet.
Ion. Non est, qui tibi vaticinetur ista.
In suo enim templo accusatus tanquam turpis
Phœbus, juste eum, qui oracula tibi redderet,
Afficeret aliquo malo. Discede, mulier.
Non enim Deo contraria ex oraculo quærenda sunt.
In summum enim dementiæ veniremus,
Si deos invitos cogere vellemus
Dicere quæ volunt, aut ante aram factis

τρον, pubertatis flos. Hesiod. Ἔργ. v. 131. Ἀλλ' ὅταν ἡβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο. Theogn. v. 1115. Ἥβης μέτρον ἔχοιμι. Homerus Iliad. λ'. v. 225. Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον. Eustath. Δῆλον δὲ καὶ ὅτι τὸ ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον, περίφρασίς ἐστι τοῦ ἡβῆσαι. *Barnes.*

360. Τί δ' εἰ λάθρα νιν] Λάθρα pro λάθρη. Vid. supra ad v. 340. *Barnes.*

364. Καὶ] Legendum: καί. μή γ' ἐπ' οἶκτον — Sic v. 1009. καί· κἀπὶ καιρῷ. *Musg.*

373. Ἐν τοῖς] Male huic versui in Ed. Ald. Creusæ persona præfigitur. *Musg.*

374. Harpocration: θεμιστεύειν, ἀντὶ τοῦ χρησμῳδεῖν. *Musg.*

377. τοσοῦτον] Videtur huic etiam voci convenire, quod Hesychius de τόσσον dicit, sc. quod λέγεται καὶ ἐπὶ θαυμασμοῦ. Re-

Σφαγαῖσι μήλων, ἢ δι' οἰωνῶν πτεροῖς.
Ἃ'ν γὰρ βίᾳ σπεύδωμεν ἀκόντων θεῶν,
Οὐκ ὄντα κεκτήμεσθα τἀγάθ', ὦ γύναι·
Ἃ δ' ἂν διδῶσ' ἑκόντες, ὠφελούμεθα.
ΧΟ. Πολλαί γε πολλοῖς εἰσὶ συμφοραὶ βροτῶν,
Μορφαὶ δὲ διαφέρουσιν. ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς
Μόλις ποτ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπων βίῳ.
ΚΡ. Ὦ Φοῖβε, κἀκεῖ κἀνθάδ' οὐ δίκαιος εἶ
Ἐς τὴν ἀποῦσαν, ἧς πάρεισιν οἱ λόγοι.
Σύ γ' οὐκ ἔσωσας τὸν σὸν, ὃν σῶσαί σ' ἐχρῆν,

Mactationibus ovium, aut per auguria avium.
Quæ enim vi urgemus invitis Diis,
Inutilia bona, O mulier, consequimur,
Quæ vero volentes dederint, *illis* juvamur.
Cho. Multæ profecto sunt multorum mortalium calamitates:
Formæ vero *ipsarum inter se* differunt. Unam vero felicem
Vix unquam inveniet aliquis *in* hominum vita.
Cre. O Phœbe, et illic, et hic non justus es
In illam absentem, cujus adsunt sermones.
Tu enim non servâsti tuum *filium*, quem oportebat a te servari:

382. ἀνόνητα κεκτήμεθα.

lative certe intelligi locus non patitur. *Musg.*

378. ἄκοντας] Ed. Ald. ἑκόντας. *Musg.*

380. Reisk. reponit: ἢ καὶ οἰωνῶν, aut sic: μήλων σφαγαῖς, ἢ, νὴ Δί', οἰωνῶν πτεροῖς. *Beck.*

Rescribendum puto πτεροῖν; alias particulæ διὰ sua constructio non constat. *Heath.*

381. Ἃ'ν γὰρ] Ita legendum pro ἃ ἂν, Stephano, Cantero, Scaligero, comprobantibus; et ipso etiam poëta paulo post, ἃ δ' ἂν, quæ verba huic loco opponuntur, ut sit hic sensus et ordo: ἃ γὰρ ἡμεῖς ἂν ζητῶμεν, ἀεκόντων θεῶν, ἀνόνητα μὲν ἀγαθὰ κεκτήμεθα· ἃ δ' ἂν οἱ θεοὶ διδῶσιν ἑκόντες, ἐξ αὐτῶν ὠφελούμεθα. Σπεύδω autem quod sit μεταβατικὸν aliquando, probavimus ad Iphigen. Taur. v. 1353. et Supplic. v. 172. Vide Henrici Stephani Annotat. in hunc locum. Ἀκόντων, pro ἀεκόντων, ideoque priorem producit. *Barnes.*

Reisk. præfert, quod est in antiquis edd. ἂν γάρ. *Beck.*

382. ἀνόνητα] Emendatio est H. Stephani [et Reiskii.] Ed. Ald. ἄκοντα. *Musg.*

ἀνόνητα] Ita pro ἄκοντα Henricus Stephanus recte legebat. *Barnes.*

ἀνόνητα κεκτήμεσθα emendat Reisk.

384. Ex incerto, Stob. Grot. quem sequitur Valcken. Diatr. 229. *Burn.*

384—386. Apud Stob. Grot. XCVIII. p. 409. *Burn.*

384. Πολλαί γε πολλοῖς, etc.] Ita vertit Hugo Grotius: *Multæ miseriæ genus in humanum incidunt, Varia videri: Nec reperta est hactenus Vita ulla, cujus perpetim felix tenor.* *Barnes.*

385. ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς] Stobæus Tit. XCVIII. ἓν δ' ἄνευ τύχης, pro quo reponit Grotius ἵνα δ' ἄνευ τύχης. *Musg.*

Heath. monet, ex Stobæi lectione colligi posse, poëtam scripsisse:

Οὔθ' ἱστορούσῃ μητρὶ, μάντις ὢν, ἐρεῖς,
Ὡς, εἰ μὲν οὐκέτ' ἔστιν, ὀγκωθῇ τάφῳ,
Εἰ δ' ἐστὶν, ἔλθῃ μητρὸς εἰς ὄψιν ποτέ.
Ἀλλ' οὖν ἐᾷν χρὴ τἄδικ', εἰ πρὸς τοῦ θεοῦ
Κωλυόμεσθα μὴ μαθεῖν, ἃ βούλομαι.
Ἀλλ', ὦ ξέν', — εἰσορῶ γὰρ εὐγενῆ πόσιν
Ξοῦθον πέλας δὴ τόνδε, τὰς Τροφωνίου
Λιπόντα θαλάμας, — τοὺς λελεγμένους λόγους
Σίγα πρὸς ἄνδρα, μή τιν' αἰσχύνην λάβω,
Διακονοῦσα κρυπτὰ, καὶ προβῇ λόγος,

Nec interroganti matri, vates existens, dices.
Ut si quidem non superest amplius; tumuletur sepulcro:
Si vero vivit, veniat matri in conspectum tandem.
Temere improba omittere decet, si a Deo
Prohibemur cognoscere, quæ volumus.
Sed, O hospes (video enim generosum maritum
Xuthum prope accedentem hunc, (Trophonii jam
Relicto Antro) dictos sermones
Taceto apud maritum, ne quod probrum suscipiam,
Ministrans arcana, et efferatur sermo

393. Ἀλλ' ἐᾷν χρὴ τάδ', εἰ.

ἵνα δ' ἂν εὐτυχῇ
Μόλις ποτ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπου βίον.
Beck.

386. βίῳ.] MS. G. βίον, superscripto βίῳ. Stobæus ubi supra ἀνθρώπου βίον. Locum sic restituendum puto:

— ἵνα δ' ἂν εὐτυχῇ
Μόλις ποτ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπου βίον.
Musg.

389. Σύ γ' οὐκ ἔσωσας τὸν σὸν, ὃν σῶσαί σ' ἐχρῆν] Hic versus πολύσιγμος est, ut Medeæ v. 476. Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι. Et Iphigen. Taur. v. 766. Τὸ σῶμα σώσας, τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί. et v. 785. Ἄρτεμις ἔσωσέ μ', ἣν ἔθυσ' ἐμὸς πατήρ. *Barnes.*

393. Ἀλλ' ἐᾷν χρὴ τάδ',] Emendo levi mutatione ἄλλως ἐᾷν χρὴ τἄδικ'. *Injusta penitus negligere oportet.* ἄλλως ἐᾷν, ut εἰκῇ ἐᾷν, Electr. v. 379. Facilis fuit lapsus in ἀλλ', quippe quod in MSS. per compendium scribi solet ἀλλ'. τἄδικ' de vi Creusæ illata nemo, quin recte dicatur, dubitet. vid. v. 375. Quin et de furtivo concubitu dicitur, supra v. 328. et 344. *Musg.*

Ἀλλ' ὡς ἐᾷν χρὴ ταῦτά γ'] Olim versus misere laborabat: legebatur enim: Ἀλλ' ἐᾷν χρὴ τάδ', εἰ πρὸς τοῦ θεοῦ. Canterus nihil opis tulit, ne notavit quidem. Scaliger notavit, sed nihil auxilii dedit; Duportus legit: Ἀλλ' οὖν ἐᾷν μοι χρὴ τάδε, etc. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἀλλ' οὖν (ἐᾷν γὰρ χρὴ, etc.) *Beck.*

395. Ἀλλ', ὦ ξέν', εἰσορῶ γὰρ, etc.] Sensus verborum et ordo est talis: Ἀλλ', ὦ ξέν', εἰσορῶ γὰρ εὐγενῆ πόσιν, Ξοῦθον, πέλας δὴ τοῦτον, τὸν Τροφωνίου θαλάμας λιπόντα, σὺ οὖν τοὺς λόγους σίγα, καὶ μὴ ἐξένεγκον πρὸς ἄνδρα, etc. In quem sensum et Latinam versionem emendavi. *Barnes.*

396. τ. τὰς Τροφωνίου λιπόντα θαλάμας,] De Trophonii antro vide quæ nos supra ad v. 303. Quod θαλάμη autem antrum significet, et proprie animalis bruti, vid.

Οὐχ ᾗπερ ἡμεῖς αὐτὸν ἐξειλίσσομεν.
Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας,
Κἂν ταῖς κακαῖσιν αἱ 'γαθαὶ μεμιγμέναι,
Μισούμεθ'· οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν.

ΞΟΥΘΟΣ.

Πρῶτον μὲν ὁ θεὸς τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων
Λαβὼν ἀπαρχὰς χαιρέτω, σύ τ', ὦ γύναι.
Μῶν χρόνιος ἐλθών σ' ἐξέπληξ' ὀῤῥωδίᾳ;
ΚΡ. Οὐδέν γ'· ἀφίκου δ' ἐς μέριμναν. ἀλλά μοι
Ipsa apud se casum hunc acerbe feret,

ἢν δ' εἰς τὸ πρῶτον πόλεος ὁρμηθεὶς ζυγὸν
ζητῶ τις εἶναι — — .

Debet igitur altera esse: *si privato loco contentus, nihil novi moliatur*. Atqui hoc non incommode exprimetur, si locum, de quo agitur, ita constituamus:

καὶ τοῦτ' ἔχων τοὔνειδος, ἀσθενὴς μένων,
μηδέν τι κινῶν, οὐδὲν ἂν κικλήσομαι.

Dissentit ab his Tyrwhittus, et sic potius emendandum putat:

μηδὲν καὶ οὐδὲν οὐδένων κικλήσομαι.

Musg.

πόλεος] Ita scribo pro Attico *πόλεως* ob versum. *Barnes.*

598. *Ζητῶ τις εἶναι,*] *Aliquis esse, primas obtinere.* Ita Demosthenes: *Πλούσιοι πολλοὶ συνεστηκότες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δοκεῖν τινες εἶναι δι' εὐπορίαν προσειληφότες.* Cicero ad Atticum: fac, ut omnia ad me perscribas, meque (ut facis) velis esse aliquem. Hæc Brodæus, quibus addo illud Act. viii. v. 9. *Ἀνὴρ δέ τις, ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας, λέγων, εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν.* *Barnes.*

599. *λυπρὰ γὰρ τὰ κρείσσονα·*] *Λυπρὰ* pro *λυπηρὰ*, quod plus semel reperitur: sic Med. v. 598. *Μή μοι γένοιτο λυπρὸς εὐδαίμων βίος.* Scholiast. *Λυπρὸς, ἀντὶ τοῦ λυπηρὸς κατὰ ἔλλειψιν τοῦ η.* etc. Sensus dicti: Invidiæ obnoxii sunt potentiores; et urunt inferiores præ dolore. *Barnes.*

600. Reisk. conjicit: *δυνάμενοί τ' εἰσιν σοφὰ*, aut alias *σοφοὶ* accipiendum pro *proceres urbis.* *Beck.*

603. *ψόφου*] Ita MSS. Steph. Legendum forte *ψόγου.* Theogn. v. 287. *ἐν γάρ τοι πόλει ὧδε κακοψόγῳ ἁνδάνει οὐδέν.* Ed. Ald. *φόβου*, unde facias etiam *στρόβου*, *maledicentiæ.* Hesychius: *στροβὸς, λοιδορία, ὄνειδος.* *Musg.*

604. Anapæsti vitandi caussa Heath. scribit: *Τῶν δ' αὖ τι λογίων.* *Beck.*

Τῶν δ' αὖ λογίων] Metri causa legendum *εὐγενῶν τι*, quod et sensum præbet bonum. *Faehse.*

605. *φρουρήσομαι*] *Observabor, custodiar.* Plato Alcibiad. II. *ὑπὸ συκοφαντῶν πολιορκούμενοι πολιορκίαν οὐδὲν ἧττω τῆς ὑπὸ τῶν πολεμίων διετέλεσαν*, p. 454. Ed. Ficin. *Musg.*

607. *Οἱ τὰς πόλεις ἔχοντες, ἀξίωμά τι,*] Ita legendum pro *Οἳ—ἔχουσι κἀξιώματα*, ex Stobæo p. 310. (173. Grot.) ubi ad Glaucum referuntur hic et sequens versus. *Por.*

Πῶς δ' οὐχ ὑπ' αὐτῆς εἰκότως μισήσομαι,
Ὅταν παραστῶ σοὶ μὲν ἐγγύθεν ποδὸς,
Ἡ δ', οὖσ' ἄτεκνος, τὰ σὰ φίλ' εἰσορᾷ πικρῶς,
Κᾆτ' ἢ προδοὺς σύ μ' ἐς δάμαρτα σὴν βλέπῃς,
Ἢ τἀμὰ τιμῶν, δῶμα συγχέας ἔχῃς;
Ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων τε θανασίμων
Γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς.
Ἄλλως τε τὴν σὴν ἄλοχον οἰκτείρω, πάτερ,
Ἄπαιδα γηράσκουσαν· οὐ γὰρ ἀξία,

Quomodo ei non invisus ero,
Quando assistam quidem ad pedem tuum,
Illa vero sine liberis existens tuas *res* charas acerbe intuebitur?
Deinde aut tu me negligens, respicies tuam uxorem,
Aut *res* meas honorans, domum vero confundens habebis,
Quotcunque neces et venenorum letalium
Mulieres invenerunt viris exitia.
Præterea etiam tuam conjugem miseror, pater,
Absque liberis senescentem: non enim *est* digna,

613. deest δ'. 618. deest τε.

610. Γυναῖκά θ' ὡς ἄτεκνον,] Hic iterum ὡς pro εἰς, vel πρός. Vid. quæ nos ad Bacch. v. 1277. *Barnes.*

613. Πῶς οὐχ] Ita optime Canterus. Ed. Ald. πῶς δ' οὐχ. *Musg.*

Πῶς οὐχ ὑπ' αὐτῆς] Τὸ δ', quod male irrepserat inter πῶς et οὐχ, extrusimus iterum. Vid. Gulielm. Canter. Novar. Lect. Lib. V. c. 11. *Barnes.*

614. ποδὸς, non incommode explicari potest. Cogitavi tamen πολὺς, *multum et frequenter. Beck.*

618. Nec metro satisfacit θανασίμων, nec sensui, quod reponit Piersonus Verisim. p. 11. θανατηφόρων. Ratio est, quod σφαγὴ de beneficiis nunquam usurpetur, tantum de morte ferro illata. Legendum, ni fallor:

ἢ τἀμὰ τιμῶν, δῶμα συγχέας Τ', ἔχῃς
ἴσας σφαγὰς δὴ, φαρμάκων ΤΕ θανασίμων
γυναῖκες εὗρον ἀνδράσι διαφθοράς.

Interpretor: *aut me magni faciens, domum vero conturbans, in omne genus cædis et veneficii incidas, quæcunque a fœminis in maritorum perniciem excogitata sunt.* Tyrwhitto locus integer fore videtur, si, inserto τε ante θανασίμων, duo posteriores versus interrogative accipiantur. *Musg.*

Ὅσας σφαγὰς] Ὅσος hic pro πόσος usurpatur, indefinitum pro interrogativo, ut Theocrit. Idyll. 4. v. 55. Ὁσσίχον ἐστὶ τὸ τύμα, καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάσδει. *Barnes.*

Heath. metri causa reponit φαρμάκων τε θανασίμων, ut hic genitivus a sequente διαφθορὰς pendeat. Sed jam Struchtmeier. Anim. Crit. p. 143. docuerat, θανασίμων apud Eurip. habere secundam syllabam longam. *Beck.*

Leg. Ὅσας φαγὰς (i. e. βρώσεις), *quot bucellas venenatas invenerunt mulieres in exitium maritorum. Reisk.*

622. ἀπαιδίαν νοσεῖν.] Quia dicimus νόσον νοσεῖν, etiam alius accusativus poni potest, per appositionem, vel alias a priori gubernatus, ut νόσον νοσεῖν, Ἀπαιδίαν δηλονότι; atque ita ἀπαιδίαν νοσεῖν, subaudi νόσον. De hoc accusativo suorum verborum vid. quæ nos ad Iphigen. Aul. v. 1182. Distinguitur autem ἀπαιδία, *orbitas*, et ἀπαιδευσία, idem quod ἀπαιδευσία, igno-

Εἴποις ἂν, ὡς ὁ χρυσὸς ἐκνικᾷ τάδε,
Πλουτεῖν τε τερπνόν· οὐ φιλῶ ψόφους κλύειν,
Ἐν χερσὶ σώζων ὄλβον, οὐδ' ἔχειν πόνους.
Εἴη γ' ἐμοὶ ζῆν μέτρια μὴ λυπουμένῳ.
Ἃ δ' ἐνθάδ' εἶχον ἀγάθ', ἄκουσόν μου, πάτερ·
Τὴν φιλτάτην μὲν πρῶτον ἀνθρώπων σχολὴν
Ὄχλον τε μέτριον· οὐδέ μ' ἐξέπληξ' ὁδοῦ
Πονηρὸς οὐδείς. κεῖνο δ' οὐκ ἀνασχετὸν,

Sed fortasse dices, quod aurum hæc superat,
Et dulce *est* habere divitias: non amo audire opprobria,
In manibus servans divitias, neque habere labores.
Sit mihi vivere mediocriter sine tristitia.
Quæ vero hic habuerim bona, audi, pater:
Primum quidem gratissimum hominibus ocium,
Turbamque mediocrem; neque me deturbavit de via
Improbus quisquam: illud autem non tolerabile,

632. ψόφους] Alii, Brodæo teste, ψόγους. *Musg.*

634. ζῆν μέτρια] Scaligeri supplementum est ζῆν. In Ed. Ald. et MSS. imperfectus est versus. *Musg.*

Εἴη γ' ἐμοὶ ζῆν μέτρια μὴ λυπουμένῳ.] Quum olim deesset vocula inter ἐμοὶ et μέτρια, Scaliger ζῆν inserendum judicabat; potest et τὰ bene stare. Duporti lectio frigidior aliquando: εἴη τ' ἐμοί γε μέτρια. Grotius et Canterus nihil hic notarunt; de Stiblino itaque et Porto nil mirum. *Barnes.*

Reisk. ex ed. vet. vult: εἴη γ' ἐμοὶ μὲν μέτρια. *Beck.*

635. R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxiii. et clxxiv. ubi ἄκουέ μου, si ea MS. bonæ notæ, accipiendum. *Burn.*

639. Εἶχον ἰδοῦ] Conferendus sermo Charmidis apud Xenophontem in Convivio, in quo dicit, sibi, ad paupertatem redacto, ὑπανίστανται ἤδη θάκων, καὶ ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι. Id scilicet jubebat sycophantiarum metus. *Musg.*

κακίοσιν conjicit Heath. *Beck.*

640. MSS. in hoc versu non variant. Legendum videtur:

θεῶν δ' ἐν εὐχαῖς ἢ λόγοισιν ἦ —

ἦ, *eram*, pro ἦν, ut Aristoph. Plut. v. 77. ubi vide Berglerum. λόγοι θεῶν interpretor *sermones de Diis*, ut λόγος τῶν παίδων apud Josephum est *sermo de pueris:* Lib. XVI. cap. ult. γόους et λόγους a librariis permutari non novum est. Exempla vide ad Phœn. v. 1355. iterumque ad Suppl. v. 1165. ubi tres MSS. γόους pro λόγους. Ionem denique inter preces et sermones de Diis ætatem fere egisse, easque in vitæ suæ descriptione conjunxisse, quod alioqui minime absurdum foret, verisimillimum facit Calasiridis de se ipso testimonium: Heliod. Æthiop. p. 108. Ed. Bourdelot. ἡ γὰρ πρὸς ἱεροῖς ἦν, ἢ ἐν θυσίαις ἐξηταζόμην, ἃς πολλὰς καὶ παντοίας ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ξένος τε καὶ ἐγχώριος λεὼς τῷ θεῷ χαριζόμενοι δρῶσιν, ἢ φιλοσοφοῦσι διαλεγόμενοι. οὐκ ὀλίγος δὲ ὁ τοιοῦτος βίος συῤῥεῖ περὶ τὸν νεὼν τοῦ Πυθίου. Satisne hæc indicant, quid post εὐχαῖς apud Euripidem desideretur? Sequentia sic lego:

— βροτῶν
ὑπηρετῶν χρείαισιν, οὐ γοωμένοις.

ὑπηρετῶν χρείαις, ut apud Josephum ταῖς ταῖς ἐξυπηρετεῖν χρείαις, Lib. XIII. c. 3. sect. 1. vid. et Act. Apostol. cap. v. MSS. Steph. ad hunc versum ὑπηρετοῦν et γοώμενος dant pro ὑπηρετῶν et γοωμένοις. *Musg.*

Θεῶν δ' ἐν εὐχαῖς ἦγον αἰῶν', ἢ βροτῶν] Olim hic versus misere se habebat, *videl.*

Κρείσσω νομίζω τἀνθάδ', ἢ τἀκεῖ, πάτερ.
Ἔα δ' ἐμαυτῷ ζῆν· ἴση γὰρ ἡ χάρις,
Μεγάλοισι χαίρειν, σμικρά θ' ἡδέως ἔχειν.
ΧΟ. Καλῶς ἔλεξας, εἴπερ, οὓς ἐγὼ φιλῶ,
Ἐν τοῖσι σοῖσιν εὐτυχήσουσιν λόγοις.
ΞΟΥ. Παῦσαι λόγων τῶνδ', εὐτυχεῖν δ' ἐπίστασο·
Θέλω γὰρ, οὗπέρ σ' εὗρον, ἄρξασθαι, τέκνον,
Κοινῆς τραπέζης δαῖτα πρὸς κοινὴν πεσὼν,
Θῦσαί θ', ἅ σου πρὶν γενέθλι' οὐκ ἐθύσαμεν.
Καὶ νῦν μὲν ὡς δὴ ξένον ἄγων σ' ἐφέστιον,
Δείπνοισι τέρψω· τῆς δ' Ἀθηναίων χθονὸς
Ἄξω θεατὴν δῆθεν, ὡς οὐκ ὄντ' ἐμόν.
Καὶ γὰρ γυναῖκα τὴν ἐμὴν οὐ βούλομαι

Meliora existimo quæ hic *sunt*, quam quæ illic, pater.
Sinas igitur me mihi vivere, æqualis enim est gratia,
Magnis gaudere, parvisque jucunde frui.
Cho. Recte dixisti, si modo *illi*, quos ego amo,
His tuis verbis felices sint futuri.
Xu. Mitte hos sermones; et felix esse disce:
Volo enim *ibi*, ubi te inveni, auspicium facere, fili,
Communis mensæ convivium ad commune veniens,
Sacrificioque facto tua natalia celebrare, quæ prius non celebravimus,
Nunc autem te, sicut hospitem ducens domesticum,
Exhilarabo convivio, et Atticæ terræ
Ducam velut spectatorem, tanquam non existentem meum *filium*.
Meam enim conjugem non volo

bus eram occupatus, nec tristis lætis, i. e. hominum precibus atque sacris, eorumque rebus et tristibus et lætis aderam lætus atque volens. *Faehse.*

641. Ὑπηρετῶν et γαμμένους ex ed. vet. præfert Reisk. *Beck.*

650. εἴπερ οὓς ἐγὼ φιλῶ,] Chorus famularum Creusæ, qui semper illius partibus favere introducitur, videtur hic Xutho et Ioni bene velle, at revera dominæ suæ metuens, hæc ait, cui, ut hæc res sit grata futura, secum dubitat. Usitatum autem est iis, qui tecte et ænigmatice loquuntur, vel seipsos, vel alium aliquem, singularem personam plurali numero designare. Vid. infra ad v. 751. et v. 877. et v. 1056. *Barnes.*

οὓς ἐγὼ φιλῶ,] Ambiguitatem horum verborum Prev. in versione sustulit, et ad Creusam retulit. Xuthus opinari potuit, ea ad se quoque pertinere. *Beck.*

655. γενέθλια] Diem natalem, quo Juno præcipue, Jupiter, Genius colebantur. Servius: Antiqui natalem tantum dicebant, juniores natalem diem. Ridiculum. Plautus: Non meministi, me in aurem ad te afferre natali die? *Lucretius: Quapropter neque natali privata videtur esse die natura animæ.* Horat. Carmin. Lib. IV. Od. 11. *Jure solennis* mihi sanctiorque Pæne natali *proprio; quod ex hac Luce Mæcenas meus affluentes Ordinat* annos. Vid. de natalibus conviviis infra ad v. 804. *Barnes.*

Λυπεῖν ἄτεκνον οὖσαν, αὐτὸς εὐτυχῶν.
Χρόνῳ δὲ καιρὸν λαμβάνων προσάξομαι
Δάμαρτ', ἐᾷν σε σκῆπτρα τἄμ' ἔχειν χθονός.
Ἴωνα δ' ὀνομάζω σε, τῇ τύχῃ πρέπον,
Ὅθ' οὕνεκ' ἀδύτων ἐξιόντι μοι θεοῦ
Ἴχνος συνῆψας πρῶτος. ἀλλὰ τῶν φίλων
Πλήρωμ' ἀθροίσας, βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ
Πρόσειπε, μέλλων Δελφίδ' ἐκλιπεῖν πόλιν.
Ὑμῖν δὲ σιγᾷν, δμωΐδες, λέγω τάδε,
Ἢ θάνατον εἰπούσαισι πρὸς δάμαρτ' ἐμήν.
ΙΩΝ. Στείχοιμ' ἄν· ἓν δὲ τῆς τύχης ἀπεστί μοι·
Εἰ μὴ γὰρ, ἥτις μ' ἔτεκεν, εὑρήσω, πάτερ,
Ἀβίωτον ἡμῖν· εἰ δ' ἐπεύξασθαι χρεὼν,

Tristitia-afficere existentem sterilem, cum ipse sim felix.
Tempore vero occasionem accipiens adducam
Conjugem, ut sinat te habere mea sceptra terræ.
Ionem vero nomino te, *nomine* fortunæ convenientem,
Eo quod egredienti mihi ex templo Dei
Tu primus occurristi. Quare amicorum
Cœtum congregans, jucundo sacrificio
Saluta, relicturus Delphicam civitatem.
Vobis vero, ancillæ, edico ut taceatis hæc:
Aut si uxori meæ dixeritis, *denuncio* mortem.
Ion. Proficiscar ego: sed unum mihi ad fortunam deest.
Nisi enim inveniam, quæ me peperit, pater,
Insuavis vita nobis *erit:* Si *quid* vero votis est expetendum,

660. *αὐτὸς εὐτυχῶν.*] Οὐκ ἔστ' ἄπαις ὤν· *ἀπαιδίαν γὰρ οὐ σμικρὸν ἀτύχημα οἱ παλαιοὶ ἐνόμιζον.* *Barnes.*

664. Ὅθ' *οὕνεκα*] Horum vocabulorum alterutrum redundat; Synonyma enim sunt, et ἐκ *παραλλήλου* poni grammaticis dicuntur: eleganter tamen Atticis utraque simul usurpantur. Ita Soph. Electr. v. 46. Ἄγγελλε δ' ὅρκῳ προστιθεὶς, ὅθ' οὕνεκα Τέθνηκ' Ὀρέστης. et Eurip. Helen. v. 590. Ἑλένῃ προσφερὴς ὅθ' οὕνεκ' εἶ. Eodem modo dictum volunt *τυχὸν ἴσως*, et *δεύτερον αὖθις*. *Barnes.*

665. ss. ἀλλὰ τῶν φίλων Πλήρωμ' ἀθροίσας, *βουθύτῳ σὺν ἡδονῇ* Πρόσειπε, *μέλλων* Δελφίδ' ἐκλιπεῖν πόλιν.] Mos erat apud Veteres, ut, qui peregre profecturi essent, vino et conviviis amicos suos exciperent, sacrificiis autem Deos colerent: aliquando etiam, ut domi manentes, præsertim si digniores paulo essent, profecturos mensa et poculis honorarent, boni ominis gratia. Quin et peregre profectos, et post diutinam absentiam redeuntes, amici, aut parentes et cognati, laute illos excipere solebant. Hinc et hodiernus academiarum nostrarum mos obtinet; et convivium illud viaticum dicitur *a Foy*, a Gallico, ut puto, voy, unde *voyage*, iter pedestré; ut Anglice, per mare factum iter denotat. *Barnes.*

668. *δμωΐδες,*] Olim *δμωΐδεσι* scriptum erat, manifesto errore: nec dubium erat, legi debere vel *δμωΐσιν*, vel *δμωΐδες*, quæ vox ultima cum propius ad veteris scrip-

Ἐκ τῶν Ἀθηνῶν μ' ἡ τεκοῦσ' εἴη γυνὴ,
Ὥς μοι γένηται μητρόθεν παῤῥησία.
Καθαρὰν γὰρ ἤν τις ἐς πόλιν πέσῃ ξένος,
Κἂν τοῖς λόγοισιν ἀστὸς ᾖ, τό γε στόμα
Δοῦλον πέπαται, κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
ΧΟ. Ὁρῶ δάκρυα μὲν καὶ πενθίμους στροφή.
Ἄλλας γε στεναγμάτων εἰσβολὰς,
Ὅταν ἐμὰ τύραννος εὐπαιδίαν
Πόσιν ἔχοντ' ἴδῃ,
Αὐτὴ δ' ἄπαις ᾖ καὶ λελειμμένη τέκνων.

Utinam sit Attica mulier quæ me peperit,
Ut mihi sit a matre libertas loquendi.
Si quis enim hospes inciderit in puram civitatem,
Quanquam nomine civis sit, tamen os
Servile obtinet, et non habet loquendi libertatem.
Cho. Video quidem lacrymas, et alia lugubria
Luctuum exordia,
Quando mea domina sobolem
Maritum *suum* habere sciet,
Ipsa vero sterilis fuerit, et carens liberis:

679. στεναγμῶν.

tionis vestigia perveniret, in textum a nobis ideo admittitur. *Barnes.*

673. Ἐκ τῶν Ἀθηνῶν μ' ἡ τεκοῦσ' εἴη γυνὴ,] En! iterum pium poëtæ artificium, qua omnem suas Athenas ornandi occasionem arripit; et hoc tamen non sine causa valde probabili; Athenis enim victurus Atheniensem mulierem sibi matrem potius optat, ut sic saltem ex materna parte esset indigena et γνήσιος Ἀττικός. Hoc autem pulchrum præterea est προπαρασκεύασμα, ad futuram περιπέτειαν explicandam; quando nempe apparet, Ionis matrem non Atheniensem modo, sed Erechthidarum nobilissimam. *Barnes.*

677. πέπαται,] Ita MSS. E. G. ut jam emendaverat Canterus. Ed. Ald. πέπανται. Hæret Barnesius in quantitate vocis πέπαται, sed immerito. Penultimam enim producit eadem analogia, qua πεπόταται, præteritum verbi ποτάομαι. *Musg.*

Δοῦλον πέπανται,] Gulielmus Canterus Novar. Lection. Lib. VII. c. 3. pro πέπανται legendum putat πέπαται, imo contendit; affirmans, πέπανται hoc in loco sensui pæne repugnare. Nos e contra πέπαται versui non pæne, sed omnino, repugnare contendimus, quia penultima brevis est, ut ex conjugatione colligitur: a πέπαμαι enim simplici μ' dicitur; quanquam et in Anthologia πέπαμμαι legitur, sed hoc πέπασται facit, quod et poëtice et metri necessitate dicitur pro πέπαται. Hoc probat insuper Aristophanes in Avibus, fol. 405. Ὃς ὑφαντοδίνητον ἔσθος οὐ πέπαται. Jam vero ut πέπανται sensui nihil repugnet, audias hunc locum ita verbatim a nobis explicatum: Ἢν γάρ τις ξένος καὶ ἐπείσακτος ὢν εἰς πόλιν πέσῃ καθαρὰν καὶ αὐτόχθονα, καὶ πολίτης γίνηται, καὶ ἀστὸς δὴ τῷ λόγῳ νομίζηται, τὸ μὲν αὐτοῦ στόμα δοῦλον ὂν πέπανται, ἢ αὐτὸς κατὰ τὸ στόμα δοῦλον πέπανται, καὶ ἐκεῖ λέγειν, καὶ οὐκ ἔχει παῤῥησίαν. *Barnes.*

678. a. Ita metrum horum versuum constitui vult Heath.

Τίν', ὦ παῖ πρόμαντι Λατοῦς ἔχρη-
σας ὑμνῳδίαν;
Πόθεν ὁ παῖς ὅδ' ἀμφὶ ναοὺς σέθεν
Τρόφιμος ἐξέβα, γυναικῶν τίνος;
Οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα,
Μή τιν' ἔχῃ δόλον.
Δειμαίνω συμφορὰν,
Ἐφ' ὅ ποτε βάσεται
Ἄτοπος· ἄτοπα γὰρ παραδίδωσί μοι,
Τῷδέ ποτ' εὔφημα.

O fili Latonæ vaticine, quod tu
Oraculum edidisti?
Unde adolescens iste circa tua templa
Nutritus adolevit, ex qua muliere *natus?*
Non enim mihi arrident oracula,
Ne quem habeant dolum.
Metuo casum hunc,
Quorsum sit evasurus
Insolens: inamœna enim denunciat mihi,
Huic vero auspicata.

684. εἰς ὑμν. 691. ἄτοπα μέν.

Ὀρῶ δάκρυα μέν σου, καὶ πενθίμους asynartetus ex dochmaicis.
Ἄλλας γε στεναγμῶν εἰσβολὰς antispasticus dimeter hypercatalectus.

et in antistropha:

Φίλαι, πότερ' ἐμῷ δεσπότῃ τάδε
Τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομαι.

Beck.

679. γε στεναγμῶν] Metrum postulare videtur στεναγμάτων, deleto γε. *Musg.*

680. ἐμὰ τύραννος] Ὁ καὶ ἡ τύραννος, ἐμὰ δέσποινα. *Barnes.*

681. ἴδῃ] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. εἴδῃ.

Forte, γηρύμαντις, i. e. γηρύων μαντείαν, *proclamans vaticinium. Reisk.*

684. εἰς ὑμνῳδίαν;] Delendum εἰς, quod sententiam æque ac metrum corrumpit. [monente jam Heath.] *Musg.*

εἰς ὑμνῳδίαν;] Ἐν ὑμνῳδίᾳ. Quod oraculum, metro constans, edidisti? Τοὺς φωνικοὺς χρησμοὺς, ait Aristophanis Scholiastes, ἐξαμέτρους εἶναι. Pausanias in Phocicis: Μεγίστη καὶ παρὰ πλείστων ἐς Φημονόην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ Ἑξάμετρον ᾖσε. Adi Plutarchum in Opusculo: Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν. Hinc ego emendavi Scholiasten ad Orest. v. 1093.—ubi olim: Καὶ ἴσχει Κασταλίαν, καὶ Φημῖνον, ὃν φασὶ πρῶτον Ἑξαμέτρῳ χρῆσαι. Lego Φημονόην, ἣν. *Barnes.*

687. s. Οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα, Μή τιν' ἔχῃ δόλον.] De oraculorum fraudibus vid. quæ nos supra ad v. 305. et Antonii Van Dalen Dissertationem de Oraculis Ethnicorum. *Barnes.*

689. Versus est Ionicus a minore dimeter catalectus ex molosso et trochaica κατακλεῖδι. Similis acatalectus est, v. 717. *Heath.*

690. Plene distinguendum ad finem versus. *Heath.*

691. ἄτοπος·] Ad Phœbum refero. *Musg.*

Ἔχει δόλον τύχαν θ' ὁ παῖς
Ἄλλων τραφεὶς ἀφ' αἱμάτων.
Τίς οὐ τάδε ξυνοίσεται;
Φίλαι, πότερ' ἐμᾷ δεσποίνᾳ ἀντιστρ.
Τάδε τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομεν,
Πόσιν, ἐν ᾧ τὰ πάντ' ἔχουσ' ἐλπίδων
Μέτοχος ἦν τλάμων;
Νῦν δ' ἡ μὲν ἔρρει συμφοραῖς, ὁ δ' εὐτυχεῖ,
Πολιὸν εἰσπεσοῦσα γῆρας, πόσις δ'

Habet vero opes, et felicitatem hic puer,
Ab alio nutritus sanguine.
Quis non his assentietur?
O amicæ, utrum meæ dominæ
Hæc aperte in aurem clara voce dicemus
De marito, in quo omnia habens *reposita*, spei
Particeps erat misera?
Nunc enim illa quidem obruitur malis, hic vero felix est,
Ad canam senectam perveniens. Maritus vero

697. εἰς οὖς.

Ut antithetico respondeat, legendum est:

Ἄπιστος ἄρ' ἄπιστα μὲν iambicus dimeter brachycatalectus. *Heath.*

692. τῷδ' potest esse pro τῷδε, ut Suppl. 165. Herc. Fur. 665. Nisi malis τῷ δ' εἰπόντ' εὔφημα. *Musg.*

693. Ἔχει δόλον, τύχαν θ'] An legendum ἔχει δ' ὄλβον· τύχαν θ'. Hippol. v. 1113. τύχαν μετ' ὄλβου. Tyrwhitto placebat δόμον, τύχαν θ', quod non deterius. *Musg.*

695. ξυνοίσεται;] MSS. Steph. ξυνήσεται. Malim ξυνοίεται ab οἴομαι, *opinor.* Nec spreverim: τίς, ὤ, τάδε ξυνήσεται; *Quis hæc gratulabitur?* *Musg.*

696. ss. Φίλαι, πότερ' ἐμᾷ δεσποίνᾳ τάδε τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομεν, Πόσιν] Ὁ Νοῦς· ὦ φίλαι, πότερον ἡμεῖς ταῦτα τῇ Κρεούσῃ διαδηλώσομεν, εἰς ἀκοὴν προφέρουσαι πόσιν, ἤγουν τὰ κατὰ τὸν πόσιν, ἐν ᾧ τὰ ἑαυτῆς πάντα ἔχουσα, ἐλπίδων πάλαι καλῶν καὶ παιδοποιῶν μετέσχεν, ἡ νῦν τλήμων, καὶ ἐλέους ἀξία. Scaliger, qui constructionem τοῦ πόσιν non vidit, legendum putabat pro τάδε, τάνδε, et pro πόσιν, πόσιν, quasi idem esset, ac πεῦσιν, vel πύσμα, quod affirmare vix ausim: quum potius πόσις sit *corruptio*, a πύθω, corrumpo; et raro tamen occurrat. Sed manum de tabula. *Barnes.*

698. Post hunc versum excidit aliquid. Accusativus πόσιν non habet, a quo regatur. *Reisk.*

702. Ἀπίστος] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. ἄπιστος. Legendum, ni fallor, ἄτηκτος, a τήκω, *liquefacio*, quod verbum ad animorum conjunctionem significandam non raro adhibetur. vid. Orest. v. 796. Suppl. v. 1039. Fragm. Incert. v. 320. suppeditatum a Clem. Alexandr. p. 620. Hesychius: συντέτηκα, προσκέκαυμαι. Cicero Epist. ad Atticum, Lib. X. Ep. 8. *sit στοργὴ, sit summa σύντηξις.* Plura dat Barnesius ad Anacreont. v. 1283. *Musg.*

πόσις δ' Ἀπίστος φίλων.] Cum olim ἀπίστος scriptum esset, omnes omnino id vocis monstri loco reputabant, Scaliger obelo notat; sed dubius animi, nihil de suo profert. Jam vero sensus hujus loci omnino hic esse debet: *Misera* Creusa

'Ατίστος φίλων.
Μέλεος, ὃς θυραῖος ἐλθὼν δόμους
Μέγαν ἐς ὄλβον οὐκ ἔσωσεν τύχας.
Ὄλοιτ', ὄλοιθ' ὁ πότνιαν
Ἐξαπαφὼν ἐμάν*
Καὶ θεοῖσιν μὴ τύχοι
Καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ
Πυρὶ καθαγνίσας· τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται
Τυραννίδος, τυραννίδος

Ab amicis non emollitur.
Miser, qui veniens externus in domus
Magnas opes, non servavit felicem.
Pereat, pereat *ille*, qui dominam
Decepit meam,
Et diis nunquam
Læta-flamma-consumptam placentam
In igne consecret. Meam vero sciet utique
Regni, regni

704. ἔσωσε. 705. Ὄλοιτ' ὦ, π. 710, 11. * * * φίλα τυρ. τυρ.

perit; Maritus ejus, Xuthus, *adeo potens est, ut ab amicis ejus reprehendi, in judicium vocari, aut puniri, ac in ordinem redigi, nequeat.* Quare pro ἀτίστος ego ἀκίχητος omnino legendum puto; producta tamen antepenultima ut Euripidi solitum in κιχάνω (vid. Alcest. v. 433. et Helen. v. 597.) Et sic ad amussim respondet suo pari in stropha: Ἔχρησας εἰς ὑμνῳδίαν. *Barnes.*

Lectionem ἀτίστος illustrat Abresch. ad Æsch. I. p. 394. Reisk. mavult ἄτιστος, *incurius*, ab ἀτίζω. *Beck.*

703. Mendi mihi suspectus est et hic et proxime sequens versus. Lego:

μέλεος, ὃς θυραῖος ἦλθεν δόμων
μέγαν ἐς ὄλβον, οὐκ ἴσας εὐτυχίας.

Musg.

704. Heath. metri causa scribit ἔσωσεν, tum etiam τύχας mavult in accusat., qui ab ἔσωσε regatur.

Reisk. conjicit: οὐκ ἐσόσσευ τύχας, *non respicit casus fortunæ.* *Beck.*

705. Ὄλοιτ' ὦ] Ita Ed. Ald. Annotat Stephanus: "in vet. non ὦ legitur, sed ὁ." *Musg.*

708. Καλλίφλογα] *Pulchra flamma consumtam*, i. e. auspicatam. De ignispiciis vide citata ad Phœn. v. 1271.

Musg.

709. Hiatum sic supplet Barnesius:

τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται
[Δέσποινα πιστόν τε
νοοῦ τε φιλοδέσποτον.
τῆς γὰρ πάλαι κύρω] φίλα
Τυραννίδος, Τυραννίδος.

Musg.

τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται] Cum post hæc verba tres toti versiculi desiderarentur, ut Canterus observat, et cum illo Scaliger, aliique; nos pro more nostro lacunam quoquo modo supplevimus respectu semper ad sensum et phrasin poëtæ et metri leges habito; ut per omnia respondeant suis paribus in stropha præcedenti; hoc tamen nequaquam divino nostro poëtæ ausim adscribere; quare, ut profaniores paulo, cancellis quibusdam separatos, uncinis nimirum inclusos, exhibeo. Jure autem expostulare possumus, cur Henr. Stephanus, qui tot Manuscriptos veteres

* * * φίλα.
Ἦ δὴ πέλας δείπνων κυρεῖ
Παῖς καὶ πατὴρ νέος νέων,
Ἵνα τε δειράδες Παρνασοῦ πέτρας ἐπῳδός.
Ἔχουσαι σκόπελον οὐράνιόν θ' ἕδραν,
Ἵνα Βάκχιος, ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύ-
κας, λαιψηρὰ πη-

* * * amica.
Nempe jam accedens ad convivium vadit
Filius et pater novus novum,
Ubi juga Parnassi speculam pro termino
Habent, aëriasque sedes:
Ubi Bacchus ardentes tollens
Tædas celeriter salit

712. πιλάσας. Ab hoc v. incipit ἐπῳδός. 714. τε deest.

Codices in levioribus multo negotiis passim citare solet, nihil hic ad supplendam hanc lacunam viderit, ne notarit quidem; licet aperte sensus damnum patitur: Ut nihil dicam de versibus, quia nondum in eum ordinem a Cantero fuerant redacti. Quare non ego nimium ignotis Manuscriptis tribuere soleo, nisi nomine notentur et bona fide designentur, aut omni dubio procul satis noscantur, et etiamnum consulenda videantur, ut nostrum toties in tribus prioribus tragœdiis laudatum Manuscriptum Collegio Corporis Christi Cantabrigiæ etiamnum reservatum. *Barnes.*

Reisk. repudiat supplementum Barn., sensumque esse dicit: *Meum vero pectus sciet amica reginæ*; i. e. ero ejus amicus.

709. s. Non reddidit Prev. ob lacunam, quæ hic conspicitur. *Beck.*

711. s. Δέσποινα πιστόν τι, Νέον τι φιλοδέσποτον· Τῆς γὰρ πάλαι κυρῶ] Hæc omnia ad sensum implendum ex meo, ob Manuscriptorum penuriam, addidi; de qua re in nota præcedenti. Vid. Helen. v. 1474. *Barnes.*

712. Legendum Ἦδη, et κύρει, a κύρω priori longa, metri caussa. *Reisk.*

714. s. πέτρας Ἔχουσαι] Ita Ed. Ald. Barnesius, lectore non monito, ἔχουσι dedit, quod altero non deterius. Lego: πέτρας ἔχουσι σκόπελον. *ubi juga Parnassi specula terminantur*, vel *in speculam desinunt*. Apicem hunc sic describit Pausanias: ἀπὸ δὲ τοῦ Κωρυκίου χαλεπὸν ἤδη καὶ ἀνδρὶ εὐζώνῳ πρὸς τὰ ἄκρα ἀφικέσθαι τοῦ Παρνασσοῦ· τὰ δὲ νεφῶν τέ ἐστιν ἀνωτέρω τὰ ἄκρα, p. 349. Hinc, credo, Euripides sequenti versu οὐράνιον ἕδραν vocat. *Musg.*

716. ἀμφιπύρους] Emendatio est H. Stephani. Ed. Ald. ἀμφιπέρους. *Musg.*

716. ss. Ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας, λαιψηρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοις ἅμα συμβάκχαις.] Hic locus ad Φανὰς illas Bacchicas respicit, de quibus nos supra ad v. 552. et Rhes. v. 940. Quibus adde, quæ illis congrua huc apposuit Brodæus: Mons Parnassus non tantum Apollini sacer est, verum etiam Baccho. Lucanus: Mons Phœbo Bromioque sacer. Fatetur libro Saturnalium primo, capite decimo octavo, Macrobius. Hæc ille, quem tamen et nos locum tetigimus ad Bacch. v. 404. Vide etiam supra hujus Fabulæ, v. 554. *Barnes.*

718. σὺν Βάκχαις.] Barnesius, errore typographico, συμβάκχαις. De re Pausanias, ubi supra: καὶ αἱ Θυιάδες ἐπὶ τούτοις τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι μαίνονται. *Musg.*

720. Νέαν-ἀμέραν] *Juventutem*. vid. ad Phœn. v. 550. *Musg.*

δᾶ νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις.
Μήποθ' ὅδ' εἰς ἐμὰν πόλιν ἵκοιθ' ὁ παῖς,
Νέαν δ' ἁμέραν ἀπολιπὼν θάνοι.
Στενομένα γὰρ ἂν πόλις ἔχοι σκῆψιν
Ξενικὸν εἰσβολάν.
Ἅλις ἅλις ὁ πάρος ποτ' ἀρχαγὸς ὢν
Ἐρεχθεὺς ἄναξ.

Noctivagis una cum Bacchis.
Utinam hic puer nunquam veniat in meam civitatem:
Forte moriatur relinquens ætatem juvenilem.
Gemens enim civitas haberet prætextum,
Peregrini invectionem.
Satis, satis *est* qui olim princeps fuit
Rex Erechtheus.

719. ὅδ' deest. 723. Ἅλις, ἃς ὁ πάρος ἀρχ. ὤν.

Νέαν ἁμέραν de *nova fortuna* interpretatur Gronov. Obs. 1, 2. *Beck.*

721. Στενομένα] Interpretor: βαρυνομένα, *oppressa*. Quo sensu στενόμενος bis apud Homerum legitur. *Musg.*

721. ss. Constituit Heath. ita:

Στενόμενα γὰρ ἂν πόλις ἔχοι σκῆψιν asynartetus ex dochmaicis.
Ξενικὸν εἰσβολάν. Ἅλις, ἅλις ὁ πάρος idem.
Ἀρχαγὸς ὢν Ἐρεχθεὺς ἄναξ. antispasticus dimeter hypercatalectus.
Beck.

Sensum, quem lectio codd. offert, non satis esse clarum monet Prev. atque adeo ipsam lectionem suspectam. Vertit ita, ut maxime probabile videbatur: "Athènes le recevroit avec douleur dans son sein; et les mânes du grand Erechthée s'indigneroient de voir un étranger usurper les droits de son sang." *Beck.*

722. Ξενικὸν εἰσβολάν] Scaliger legit ξεινικὸν, nulla necessitate; est enim ξενικὸν Atticum pro eodem. *Barnes.*

723. Ἅλις ἃς] Tyrwhitti emendatio est pro ἀλίσας. Idem pro ὢν optime reponit ἦν. Mihi porro legendum videtur τὸ πάρος:

ἅλις, ἃς τὸ πάρος ἀρχαγὸς
ἦν Ἐρεχθεὺς ἄναξ.

Pro ἀλίσας emendabat Scaliger: ἅλις, ἅλις. *Musg.*

Ἅλις, ἅλις] Ita cum Scaligero legimus pro ἀλίσας, quod nullo cum sensu prius aderat. Canterus legendum voluit, ἅλις ἴσθ', pro ἅλις ἐστὶ, non, ut mihi videtur, æque bene, quod ad versum, aut emphasin. Hæc dicta sunt eodem modo, quo Theocritus de Homero dixit Idyll. XVI. v. 20. Ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος. Ita Erechthidarum familiæ amans Chorus, et superinducti hujus peregrini Xuthi pertæsus, inquit emphatice: Ἅλις, ἅλις, ὁ πάρος Ἀρχαγὸς ὢν Ἐρεχθεὺς ἄναξ· ἀρκεῖ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις ὁ παλαιὸς Ἐρεχθεὺς καὶ οἱ διαδόχοι αὐτοῦ. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἅλις ὁ σοὶ πάρος. *Beck.*

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Creusa, adhuc ignorans, quidnam spei de sobole procreanda accepisset, Pædagogum vetulum, Erechthidarum antiquum alumnum, excitat, ut una cum illa vellet Apollinis oracula sciscitari. Tum vero Chorus famularum tristis intervenit, ex quibus tandem accipit Creusa, marito suo novum filium ab Apolline datum. Hinc luctus, ira et lacrymæ. Dolet domina cum sene et famulis. Pædagogus Ionem hunc a Xutho olim susceptum furtivo concubitu conjectat, simulque in eum ut dominæ proditorem invehitur, quem itaque dolo una cum adolescentulo interficiendum suadet, ne generosorum Erechthidarum hæreditas ad illegitimos successores deveniat. Creusa, jam pro certo se habere putans, fidem a viro proditam, et ipsa corporis sui labem ex stupro contractam, natumque inde puerum crudeliter expositum, non sine accusatoria in Apollinem querela, palam fatetur. De hac re apertius senex quærit, moxque de adolescente interficiendo cum domina consultat, atque ipse sibi hujus cædis patrationem ultro deposcit. Chorus his Creusæ consiliis lætum precatur successum, Xuthumque ut peregrinum et adulterum detestatur. Phœbum quoque ipsum oblique perstringit, qui horum scelerum auctor et firmator exstitit. Fœminas denique, quibus licentius homines adulterii probra inurant, defendit, cum non minus hoc vitio, imo etiam perditius, laborent viri; id quod Xuthi exemplo satis declarat.

ΚΡ. Ὦ πρέσβυ παιδαγώγ' Ἐρεχθέως, πατρὸς
Τοὐμοῦ ποτ' ὄντος, ἡνίκ' ἦν ἔτ' ἐν φάει,
Ἔπαιρε σαυτὸν πρὸς θεοῦ χρηστήρια,
Ὥς μοι συνησθῇς, εἴ τι Λοξίας ἄναξ

Cre. O senex pædagoge Erechthei patris
Mei quondam existentis, dum esset adhuc in *hac* luce,
Attolle teipsum ad Dei oracula,
Ut mecum læteris, si quod Apollo rex

725. Hic Erechthei pædagogus tum ad minimum centum annos habuit. *Beck.*

727. Ἔπαιρε σαυτὸν πρὸς Θεοῦ χρηστήρια,] Ex hoc loco patet, ad Oraculum non nisi per adscensum perveniri; ut mox magis etiam confirmatur, v. 739. Αἰπεινά μοι μαντεῖα. Et sane Delphicum templum stetit ad radices montis Parnassi. *Barnes.*

730—732. Apud Stob. Grot. cxiv. p. 469. ubi φίλοισιν ἢ — Barnes. Fragm. Inonis, p. 472. *Burn.*

730. Stobæus Tit. CXIV. σὺν τοῖς φίλοισιν, omisso γάρ. *Musg.*

Σὺν τοῖς φίλοις γὰρ] Duportus in margine suo notat, ad τοῖς: vel σοῖς; male; neque σοῖς enim hic locum haberet. Quod Stobæus legit, Σὺν τοῖς φίλοισιν, omisso γὰρ, hoc non fit ex diversitate exemplarium; sed quia γὰρ, quod in hoc loco erat necessarium, cum sola citatur sententia, tuto abesse potest. Quod vero apud Stobæum medius horum trium versuum alias legatur, et alius plane sit: Εἰ δ' ἄρα συμβαίνοι τι δυσχερέστερον, et alias nos observavimus, sensum unius alicujus versus diversim exprimi, sive id a poëta, sive ab aliis post factum. Vid. Phœniss. v. 929. Henr. Stephanus ex memoria dicit Plutarchum in tertio pro εἰσβλέψαι legere ἐμβλέψαι, quare inter varias lectiones repono. *Barnes.*

731. Ὃ μὴ, Stob. Grot. cxiv. p. 469. *Burn.*

Ἃ μὴ γένοιτο] Hujus versus loco sequentem exhibet Stobæus, ubi supra:

εἰ δ' ἄρα συμβαίνοι τι δυσχερέστερον.

Musg.

732. εἰσβλέψαι] Malim ἐμβλέψαι: quæ Stobæi lectio est, ubi supra, et Plu-

Θέσπισμα παίδων ἐς γονὰς ἐφθέγξατο
Σὺν τοῖς φίλοις γὰρ ἡδὺ μὲν πράσσειν καλῶς,
Ὃ μὴ γένοιτο δ', εἴ τι τυγχάνοι κακὸν,
Ἐς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐσβλέψαι γλυκύ.
Ἐγὼ δέ σ', ὥσπερ καὶ σὺ πατέρ' ἐμόν ποτε,
Δέσποιν' ὅμως οὖσ' ἀντικηδεύω πατρός.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ὦ θύγατερ, ἄξι' ἀξίων γεννητόρων
Ἤθη φυλάσσεις, κοὐ καταισχύνασ' ἔχεις
Τοὺς σοὺς, παλαιοῦ γ' ἐκ γένους αὐτόχθονος.
Ἕλχ', ἕλκε πρὸς μέλαθρα καὶ κόμιζέ με.
Αἰπεινά μοι μαντεῖα· τοῦ γήρως δέ μοι

Oraculum de liberorum genitura dixerit.
Cum amicis enim dulce *est* esse fortunatum.
Contra vero si quid acciderit mali, quod absit,
Dulce *est* intueri in oculos hominis benevoli.
Ego enim te, ut tu quoque olim meum patrem,
Quamvis domina sim, colo patris loco.

PÆDAGOGUS.

O filia, dignos claris majoribus
Mores servas, neque dedecoras
Tuos antiquos majores Aborigines.
Trahe, trahe *me* ad ædes et duc me,
Ardua enim mihi oracula: senectutis igitur meæ

737. Τοὺς σοὺς παλαιοὺς ἐκγόνους αὐτόχθονας. 739. Αἰπ. δέ μοι.

tarchi Op. Mor. p. 119. Ed. H. Steph. *Musg.*

737. ἐκγόνους] Qui παλαιοὶ erant tempore Creusæ, quomodo ἔκγονοι ejus erant? An ἔγγονοι melius conveniat, non dixerim: Grammatici enim et hoc de *sobole*, vel *posteris*, accipiunt. Videndum igitur, an legi debeat ἐγγενεῖς, quæ certe vox *consanguineos omnes* complectitur. vid. supra v. 63. Soph. Antig. v. 670. *Musg.*

ἐκγόνους αὐτόχθονας.] Quod Athenienses αὐτόχθονες dicti fuerint, et quare, ostendimus supra ad v. 432. Quod vero Erechtheus, vel Erichthonius, (vid. supra v. 270.) quem præcipue hic notat poëta per ἐκγόνους αὐτόχθονας, e terra fuerit ortus, ac proinde αὐτόχθων, probatum dabimus infra ad v. 1426. *Barnes.*

Reisk. emendat εὐγενεῖς. nam ἐκγόνους non dici posse *majores, avos;* quæ tamen debeat hic vocis significatio esse.

Heath. subaudit προγόνους, ut constructio sit: τοὺς σοὺς παλαιοὺς προγόνους, ὄντας ἐκγόνους αὐτόχθονας. *Beck.*

739. Αἰπεινὰ δέ μοι μαντεῖα·] Ita Ed. Ald. Primus Barnesius ejecit δέ. Valckenærio ad Phœn. v. 466. pro μοι placebat τοι (deleto δέ). De situ templi Delphici sic Pausanias, p. 325. l. 20. Δελφοῖς δέ ἡ πόλις ἄναντες διὰ πάσης παρέχεται σχῆμα. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ τῇ πόλει τῇ ἄλλῃ καὶ ὁ ἱερὸς περίβολος τοῦ Ἀπόλλωνος. οὗτος δὲ μεγέ-

Συνεκπονοῦσα κῶλον ἰατρὸς γενοῦ.
ΚΡ. Ἕπου νυν· ἴχνος δ' ἐκφύλασσ', ὅπου τιθῇς.
ΠΑΙ. [Ἰδού·] τὸ τοῦ ποδὸς μὲν βραδὺ, τὸ τοῦ δὲ νοῦ ταχύ.
ΚΡ. Βάκτρῳ δ' ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός.
ΠΑΙ. Καὶ τοῦτο τυφλὸν, ὅταν ἐγὼ βλέπω βραχύ.
ΚΡ. Ὀρθῶς ἔλεξας· ἀλλὰ μὴ πάρεις κόπῳ.
ΠΑΙ. Οὔκουν ἑκών γε, τοῦ δ' ἄκοντος οὐ κρατῶ.
ΚΡ. Γυναῖκες, ἱστῶν τῶν ἐμῶν καὶ κερκίδος

Adjuvans pedem sis mihi medica.
Cre. Sequere nunc, observaque vestigium ubi ponas.
Pæd. Ecce! Pes quidem tardus, animus vero promptus.
Cre. Baculo innitere in flexuosum iter terræ.
Pæd. Et hoc cæcum *est*, quando exiliter ego video.
Cre. Recte dixisti: sed ne fatiscas lassitudine.
Pæd. Non quidem volens; sed quod abest, non possideo.
Cre. Mulieres, meæ telæ et radii

741. Ἕπ. νῦν — τιθεῖς. 743. μὴ 'παρεσκ. του.

θυ μέγας, καὶ ἀναπέταται τοῦ ἄντρου ἐστί. Justinus Lib. XXIV. c. 6. *Templum Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe undique impendente — Media saxi rupes in formam theatri recessit — In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet.* Conferri potest et Livius Lib. XLII. c. 15. *Musg.*

740. ἰατρὸς γενοῦ.] Statius de Laii umbra ex vulnere claudicanti: *medica firmat vestigia virga.* Lib. II. c. 11. *Musg.*

Reisk. conjicit: συνεπιστρέφουσα. *Beck.*

741. τιθεῖς.] Secunda persona a τιθέω. vid. ad. Herc. Fur. v. 710. Ed. Ald. τιθεὶς. MSS. Steph. τιθῇς. *Musg.*

ἴσου τιθεῖς.] Ita repono pro τιθεὶς, verbum pro participio. Ita Brodæus legit, ita Scaliger, ita sensus postulat legi. Duportus τιθῇς scribit, graviori variatione; quod tamen Henr. Stephanus ex Vet. Codicibus confirmatum dedit. Fit autem a τιθέω ἀντὶ τοῦ τίθημι. Vid. Scholia ad Estheram nostram v. 2. *Barnes.*

Hic pro τιθεῖς et v. 1545. pro προστιθεῖς cod. Reg. exhibet τιθεὶς, προστιθεὶς, auctore Br. ad Lys. 895. tanquam participia essent. *Beck.*

742. Ἰδού.] Quoad carmen hoc vocabulum otiosum est in hoc loco; ut alia alibi ejusmodi, nempe: φεῦ, ὦ μῆτερ, etc. et ἆ, ἆ, sicut abunde patet in hisce tragœdiis; uti prius observavimus ad Hecub. v. 1098. *Barnes.*

Reisk. scribit: τὸ δὲ τοῦ νόου. *Beck.*

743. περιφερῆ στίβον] Interpretor, *callem flexuosum:* quales utique esse solent in locis clivosis. *Musg.*

περιφερῆ στίβον χθονὸς.] Codex Heinsio-Scaligerianus adscriptum habet in margine: παραφερῆ στίβον ποδός. *Barnes.*

Βάκτρῳ δ' ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός.

in hæc explicando interpretes trepidant, miror neglectam esse a recentioribus lectionem libri Heinsio-Scaligeriani, a Barnesio in notis expromtam

— παραφερῆ στίβον ποδός.

Ultimum certe verum existimo. Στίβος ποδὸς *pedis* est *vestigium*, sive *planta pedis;* quæ periphrasis nihil differt ab ea, qua Euripides usus est, v. 791. τῷ συνῆψ' ἴχνος ποδός. Vocabulum στίβος hoc sensu adhibet Sophocles in Philoct. v. 29. — στίβου γ' οὐδεὶς τύπος. Idem verbum pro ἴχνος, tanquam ejus synonymum, ponitur ap. Xenoph. in Exp. Cyri. Lib. I. 6. 1. Ἐντεῦθεν προϊόντων ἐφαίνετο ἴχνη ἵππων καὶ

Εἶεν· τί δρῶμεν, θάνατος ὧν κεῖται πέρι;
ΚΡ. Τίς ἥδε μοῦσα, χὠ φόβος τίνων πέρι;
ΧΟ. Εἴπωμεν, ἢ σιγῶμεν, ἢ τί δράσομεν;
ΚΡ. Εἴφ'· ὡς ἔχεις γε συμφοράν τιν' εἰς ἐμέ.
ΧΟ. Εἰρήσεταί τοι, κεἰ θανεῖν μέλλω διπλῆ.
Οὐκ ἔστι σοι, δέσποιν', ἐπ' ἀγκάλας λαβεῖν
Τέκν', οὐδὲ μαστῷ σῷ προσαρμόσαι τάδε.
ΠΑΙ. Ὦ μοι, θάνοιμι, θύγατερ. ΚΡ. Ὦ τάλαιν' ἐγώ.
Συμφορᾶς ἔλαβον, ἔπαθον ἄχος,

Esto: quid agemus *de rebus*, de quibus mors *nobis* proposita *est*?
Cre. Quænam *est* ista cantilena? et de quibus hic metus *est*?
Cho. Dicemus, an tacebimus, aut quid agemus?
Cre. Dicito; quippe habes aliquid triste de me.
Cho. Dicetur, etiamsi bis mihi moriendum sit.
Non licet tibi, domina, in ulnas capere
Liberos, neque uberibus tuis applicare unquam.
Pæd. Hei mihi! utinam morerer, filia. *Cre.* O me miseram!
Accepi calamitatis, patior dolorem,

765. Ἀβίωτον, ὦ φ.

versus Creusæ tribuendus sit, et ad hunc modum legendus:

ΚΡ. Ἀλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσεῖς;
ΧΟ. Εἶεν· τί δρῶμεν. —

Musg.

Ἀλλά γε τί] Cum olim Ἀλλὰ τί, versu claudicante, legebatur, Scaliger γε inserendum duxit: unde satis carmen suffulcitur. *Barnes.*

Reisk. rescribit: ὠμοῖσι θεσφάτοισι, *sævis præceptis domini.* *Beck.*

761. Οὐκ ἔστι σοι, δέσποιν', ἐπ' ἀγκάλαις λαβεῖν
τέκν'· οὐδὲ μαστῷ σῷ προσαρμόσαι ΤΑΔΕ

Non sic scripsisse videtur Euripides, sed potius

— οὐδὲ μαστῷ σῷ προσαρμόσαι ΠΟΤΕ

Memini hac opportunitate Fragmenti Euphorionis ap. Stobæum. S. LXXVI. p. 451. Gesn. 333. Grot. quod medicam manum implorat:

Τέκνον μή σύ γε μητρὸς ἀπ' ἀνθρώποις ἀμέρσῃς
Ἡλίους ἥτις σὲ τριηκοσίους ἰφόρησε,
Τέκνον, ὑπὸ ζώνῃ φοβερὰς δ' ὠδῖνας ἀνέτλην
Εἰς φάος ἐρχομένου· λαρὸν ἐπὶ χείλεσι πρῶτος
μαστὸν ἐπισχομένῃ· λευκῷ ΔΕ Σ' ΕΛΟΙΣΑ γάλακτι.

Gesnerus conjecit: σ' ἔθρεψα. quod Grotius in textum recepit. Et certe sic loquuntur poëtæ. Euripides in Troad. v. 760.

διακενῆς ἄρα
ἐν σπαργάνοις σὲ μαστὸς ἐξέθρεψ' ὅδε.

Cum tamen hæc emendatio longius absit a vulgatæ scripturæ ductibus, quam ut librarios tam graviter aberrasse verisimile sit, veram Euphorionis manum a Gesnero restitutam esse dubito. Tu mecum scribe:

λαρὸν δ' ἐπὶ χείλεσι πρῶτον
μαστὸν ἐπισχομένη λευκῷ Σ' ΕΠΛΗΣΑ γάλακτι.

Βίοτον, ὦ φίλαι.
ΠΑΙ. Διοιχόμεσθα, τέκνον.
ΚΡ. Αἶ αἶ αἶ αἶ.
Διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα με πνευ-
μόνων τῶνδ᾽ ἔσω.
ΠΑΙ. Μή πω στενάξῃς —ΚΡ. Ἀλλὰ πάρεισι γόοι.
ΠΑΙ. Πρὶν ἂν μάθωμεν — ΚΡ. Ἀγγελίαν τίνα
μοι;
ΠΑΙ. Εἰ ταὐτὰ πράσσων δεσπότης τῆς συμφορᾶς
Κοινωνός ἐστιν, ἢ μόνη σὺ δυστυχεῖς.

Per vitam, O amicæ.
Pæd. Periimus, O filia.
Cre. Væ, væ, væ, væ.
Penetrans dolor sauciavit me
Intra pulmones hosce.
Pæd. Nondum ingemiscas. *Cre.* Verum adsunt luctus.
Pæd. Priusquam discamus. *Cre.* Quem nuncium mihi loqueris?
Pæd. An eadem patiens dominus, miseriæ
Particeps sit *ejusdem*, an tu sola calamitosa sis.

772. ταῦτα.

gemellum est hoc Theocriti Eid. XXVI. 3.

ἀμφοτέρως λάβοισα καὶ ἱμπλήσασα γάλακτος.

In Euphorionis loco, γάλακτος legas an γάλακτι nihil interest. Verba enim copiam notantia utrumque casum adsciscunt, docente Abreschio in Animad. ad Æsch. Lib. II. p. 133. *Jacobs.*

763. Ὦ μοι,] Post hunc versum iteratur in Aldina, v. 759. *Musg.*

764. Συμφορὰς ἔλαβον,] Olim συμφορᾶς legebatur, quod non æque arrisit; si enim genitivi esset singularis, nulla foret aggravatio, sed potius deminutio insignis: Quia λαμβάνω cum genitivo μέρος denotat. Quare in accusativo plurali legimus, Brodæo Scaligeroque præeuntibus. *Barnes.*

764. s. Dividit Heath. ita:

Συμφορᾶς ἔλαβον, ἔπαθον Euripideus.
Ἄχος ἀβίωτον, ὦ φίλαι iambicus dimeter.
Beck.

Cohæret συμφορᾶς ἄχος. Ex vet. lectione βίοτον efficio μιαρόν. *Reisk.*

765. ἀβίωτον,] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. et MSS. βίοτον. Malim etiam ἄχθος pro ἄχος, ut constructio sit ἄχθος συμφορᾶς. Barnesio placebat συμφορὰς accusativo plurali. *Musg.*

768. s. Constituit Heath. ita:

Διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα glyconius.
Μὲ πνευμόνων τῶνδ᾽ ἔσω periodus catal.
Beck.

770. s. ΠΡ. Μήπω στενάξῃς.
ΚΡ. Ἀλλὰ πάρεισι γόοι.
ΠΡ. Πρὶν ἂν μάθωμεν —
ΚΡ. Ἀγγελίαν ΤΙΝΑ ΜΟΙ.

Inepta lectio, quam miror D.D. V.V. minime suspectam fuisse. Satis quidem commode Latinus interpres: *Quem nuntium mihi dicis expectandum?* Sed ejusmodi emblematibus nihil est quod explicari nequeat. Nos potius huic loco, cri-

ΧΟ. Κείνῳ μὲν, ὦ γεραιὲ, παῖδα Λοξίας
Ἔδωκεν, ἰδίᾳ δ᾽ εὐτυχεῖ ταύτης δίχα.
ΚΡ. Τόδ᾽ ἐπὶ τῷδε κακὸν ἄκρον ἔλακες ἔλακες,
Ἄχος ἐμοὶ στένειν.
ΠΑΙ. Πότερα δὲ φῦναι δεῖ γυναικὸς ἔκ τινος
Τὸν παῖδ᾽, ὃν εἶπας, ἢ γεγῶτ᾽ ἐθέσπισεν;
ΧΟ. Ἤδη πεφυκότ᾽ ἐκτελῆ νεανίαν
Δίδωσιν αὐτῷ Λοξίας· παρῆν δ᾽ ἐγώ.
ΚΡ. Πῶς φής;
Ἄφατον, ἄφατον, ἀναύδητον λόγον ἐμοὶ θροεῖς.
ΠΑΙ. Κἄμοιγε. ΚΡ. Πῶς δ᾽ ὁ χρησμὸς ἐκπεραίνεται;
Σαφέστερόν μοι φράζε, χὤστις ἔσθ᾽ ὁ παῖς.

Cho. Illi quidem, O senex, filium Apollo
Dedit: seorsim vero beatus est sine hac.
Cre. Hoc vero summum malum supra illud locuta es, locuta es,
Dolorem mihi lugendum.
Pæd. Utrum vero nasci oportet ex aliqua muliere
Filium, de quo dixisti, an jam natum vaticinatus est?
Cho. Jam natum, *et* perfectum adolescentem
Dedit ipsi Phœbus. Aderam autem ego.
Cre. Quid ais?
Infandam, infandam, non dicendam rem narras.
Pæd. Et mihi· *Cre.* Quomodo vero oraculum ad finem perducitur,
Clarius mihi dicito, et quis sit hic puer.

776. Τὸ δ᾽ ἐπὶ et ἔλακες semel.

ticam, qua indiget, adhibeamus opem. Corrigo:

ΠΡ. Πρὶν ἂν μάθωμεν —
ΚΡ. Ἀγγελίαν ΤΙΝ᾽; ΟΙ᾽ΜΟΙ.

Voculam οἴμοι huic loco minime alienam, immo accommodatissimam esse, nemo facile dubitabit. Ne vero de metro timeas, versus est choriambicus dimeter catalecticus, qui Bacchium in clausula requirit. *Jacobs.*

772. πράσσειν] Pro πάσχειν. Et vice versa πάσχω, pro πράσσω. Vid. Schol. ad Hecub. v. 612. Item quæ nos ad Supplic. v. 268. et Heracl. v. 241. *Barnes.*

775. ταύτης] Ἀποδεικτικῶς, Κρεούσης. Præsens enim cum fuerit, sufficit demonstrativum de quopiam dici. Sic infra v. 806. Σκηνὰς ἐς ἱερὰς τῆσδε λαθραίως πόσις. *Barnes.*

778. Πότερα δὲ φῦναι δεῖ] Emendatio est Scaligeri. Ed. Ald. πότερα διαφῦναι δεῖ. *Musg.*

Πότερα δὲ φῦναι δεῖ γυναικὸς ἔκ τινος] Πότερα pro πότερον Attice, Scaliger autem legebat δὲ φῦναι δεῖ, pro veteri διαφῦναι δεῖ, adeo recte, ut nihil dubitaverim illius lectionem in textum admittere, alia tamen hic pro more nostro reservata. *Barnes.*

780. ἐκτελῆ νεανίαν] Adultum Juvenem. Ita Hesiod. Ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν. Idem ἐντελὴς sonat. *Barnes.*

786. ἐκ θεοῦ] Subaudi ναοῦ. Vide, quæ dedit Brodæus ad v. 406. *Musg.*

ΧΟ. Ὅτῳ ξυναντήσειεν, ἐκ θεοῦ συθεὶς,
Πρώτῳ πόσις σὸς, παῖδ' ἔδωκ' αὐτῷ θεός.
ΚΡ. Ὀτοτοτοτοῖ.
Τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον, ἄτεκνον ἔλαβεν ἄρα βίοτον, ἐρη-
μίᾳ δ' ὀρφανοὺς δόμους οἰκήσω.
Τίς οὖν ἐχρήσθη; τῷ συνῆψ' ἴχνος ποδὸς
Πόσις ταλαίνης; πῶς δὲ, ποῦ νιν εἰσιδών;
ΧΟ. Οἶσθ', ὦ φίλη δέσποινα, τὸν νεανίαν,
Ὃς τόνδ' ἔσαιρε ναόν; οὗτός ἐσθ' ὁ παῖς.
ΚΡ. Ἀν' ὑγρὸν ἀμπταίην
Αἰθέρα πρόσω γαίας Ἑλλανίας,
Ἀστέρας ἑσπερίους,

Cho. Cui venisset obviam, ex Dei *templo* egressus,
Primo maritus tuus, *hunc* ipsi filium dedit Deus.
Cre. Heu, heu, heu.
Quod ad me attinet, prolis expertem, prolis expertem prehendit
Execratio vitam. *In* solitudine autem orbas domos habitabo.
Quis igitur significatus est oraculo? cuinam occurrit
Maritus *mei* miseræ? Quomodo? Ubinam ipsum aspiciens?
Cho. Nôsti, chara domina, adolescentem illum,
Qui hoc verrebat templum? iste est ille filius.
Cre. Utinam volitem per humidum aërem
Ultra Græcam terram
Stellas *ad* Hesperias,

792. πῶς δέ που νιν. 795. Ἀν πταίην. 796. πρόσω.

ἐκ Θεοῦ συθεὶς,] Subaudi ναοῦ. Vid. quæ nos supra ad v. 406. *Barnes.*

789. Constructio, siquidem vere scribitur locus, sic instituenda est: τὸ δ' ἐμὸν ἔλαβεν ἄτεκνον βίοτον, ubi τὸ ἐμὸν elliptice est, pro τὸ ἐμὸν μέρος. Sic Herc. Fur. v. 164. ἔχει δὲ τοὐμὸν οὐκ ἀναίδειαν. Aristoph. Thesm. v. 111. εὐσέπτως δὲ τοὐμὸν δαίμονας ἔχει σεβίσαι. Barnesius, Brodæum secutus, legit, mutato accentu, ἀρὰ. *Musg.*

ἀρὰ] Ita cum Brodæo legendum puto; non ἄρα, ut ante. *Barnes.*

789. s. Heath. ita constituit:

Τὸ δ' ἐμὸν, ἄτεκνον	ithyphallicus.
Ἔλαβεν ἄρα βίοτον·	iambicus dimeter brachycatalectus.
Ἐρημίᾳ δ' ὀρφανοὺς	periodus catal.
Δόμους οἰκήσω.	dochmaicus.

789. ἄρα, *ergo* reponit Reisk. *Beck.*

791. τῷ συνῆψ' ἴχνος ποδός;] Τίνι συνῆψε πόδα; ἴχνος ποδὸς, ἀντὶ τοῦ πόδα, Ἓν διὰ δυοῖν. *Barnes.*

792. εἰσιδών;] Emendatio est Scaligeri. Ed. Ald. εἴσιδε. [quod præfert Heath.] *Musg.*

Πόσις ταλαίνης; Πῶς δέ; ποῦ νιν εἰσιδών;] Quum olim erat: Πῶς δέ που νιν εἴσιδε, nullo sensu, aut certe admodum frigido, video, in Scaligeriano Codice ita interpunctum et scriptum, ut nos dedimus: Πῶς δέ; ποῦ νιν εἰσιδών; ut ad πόσις referatur εἰσιδὼν, quam lectionem, nemo sanus, qui non amplectetur. *Barnes.*

Οἷον οἷον ἄλγος ἔπαθον.
ΠΑΙ. Ὄνομα δὲ ποῖον αὐτὸν ὀνομάζει πατὴρ,
Οἶσθ', ἢ σιωπῇ τοῦτ' ἀκύρωτον μένει;
ΧΟ. Ἴων', ἐπείπερ πρῶτος ἤντησεν πατρί.
ΠΑΙ. Μητρὸς δὲ ποίας ἐστίν; ΧΟ. Οὐκ ἔχω φράσαι.
Φροῦδος δ', ἵν' εἰδῇς πάντα τἀπ' ἐμοῦ, γέρον,
Παιδὸς προθύσων ξένια καὶ γενέθλια,
Σκηνὰς ἐς ἱερὰς τῆσδε λαθραίως πόσις,
Κοινῇ ξυνάψων δαῖτα παιδὶ τῷ νέῳ.
ΠΑΙ. Δέσποινα, προδεδόμεσθα—σὺν γάρ σοὶ νοσῶ—

Qualem, qualem patior dolorem!
Paed. Quo vero nomine ipsum nominavit pater,
Nôsti? an silentio hoc incertum manet?
Cho. Ionis, quoniam primus obviam venit patri.
Paed. Matre vero ex qua est? *Cho.* Non possum dicere:
Sed abiit, ut omnia scias, quæ ego scio, senex,
Pro filio sacrificaturus xenia, et genethlia,
In sacris tabernaculis clam hacce maritus,
Communiter celebraturus epulum cum filio.
Paed. Domina, proditi sumus, tecum enim doleo,

799. Ὄνομα δὲ ποῖον αὐτὸν ὀνομάζει πατὴρ,] Hinc constat, apud Veteres patrum fuisse potius, quam matrum, filiis suis nomina imponere; ut etiam ex Zachariæ et Johannis Baptistæ historia constat. Præterea hinc colligendum, adoptivis filiis, aut noviter inventis, nomen tum datum esse, cum primo inventi fuerint, aut adoptati; Unde et adoptivi nativitatem suam celebrabant eo die, quo adoptati fuerant. Sic Ælius Spartianus in Adriano: *Quinto*, inquit, *Iduum Augusti Legatus Syriæ* literas *adoptionis accepit*, *quando* natalem adoptionis *celebrari jussit.* Vide infra ad v. 804. Παιδὸς προθύσων ξένια καὶ γενέθλια. *Barnes.*

800. ἀκύρωτον] *Nondum ab ipso patre constitutum. Musg.*

ἀκύρωτον] Inconfirmatum, irritum: Τῇ γὰρ ὀνομασίᾳ κεκύρωται, σιωπῇ δὲ ἀκύρωτον μένει παιδὸς ὄνομα. *Barnes.*

804. Παιδὸς προθύσων] Sacrificia μηνυτικὰ, εὐχαριστικὰ, ξένια, καὶ γενέθλια, jam Diis solvebat Xuthus, ut Apollinis judicium agnosceret, et filii natalem celebraret. Nec novum est, natales et anniversaria convivia celebrari; Passim id testantur et Exoticæ literæ et Sacræ; quæ non modo de Herodis natali memorant, Euripidis ætate longe posterius celebrato, Matthæi, c. xiv. v. 6. et Marc. c. vi. v. 21. sed etiam de Pharaonis natali, Gen. c. xl. v. 20. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, ἡμέρα γενέσεως ἦν Φαραὼ, καὶ ἐποίει πότον πᾶσι τοῖς παισὶν αὐτοῦ. Et hoc ferme annis mille Euripidis tempore erat antiquius. De gentibus ita Alex. ab Alex. Genial. Dier. Lib. II. c. 22. *Nec solum urbis natalem, sed singulorum dies natalitios Pulte fritilla, mero, libis, floribus et thure, sacra a Genio, sine animali Hostia læti libentesque concelebrarunt. Quibus diebus effudisse cruorem, aut animal mactasse, mali portenti erat et fædi auspicii: Namque erant hilaritatis et lætitiæ pleni dies.* Vide Andr. Tiraquelli Annotat. ad locum: Vide quæ nos supra ad v. 655. et v. 799. *Barnes.*

805. Constructio est: προθύσων ἐς σκηνὰς ἱερὰς, *immolaturus in sacris tabernaculis vel tentoriis.* Tale est, quod citatur

Τοῦ σοῦ πρὸς ἀνδρὸς, καὶ μεμηχανημένως
Ὑβριζόμεσθα, δωμάτων τ' Ἐρεχθέως
Ἐκβαλλόμεσθα. καὶ σὸν οὐ στυγῶν πόσιν
Λέγω, σὲ μέντοι μᾶλλον, ἢ κεῖνον, φιλῶν,
Ὅστις σε γήμας ξένος ἐπεισελθὼν πόλιν
Καὶ δῶμα, καὶ σὴν παραλαβὼν πάγκληρίαν,
Ἄλλης γυναικὸς παῖδας ἐκκαρπούμενος
Λάθρα πέφηνεν· ὡς λάθρα δ', ἐγὼ φράσω·
Ἐπεί σ' ἄτεκνον ᾔσθετ', οὐκ ἔστεργέ σοι
Ὅμοιος εἶναι, τῆς τύχης τ' ἴσον φέρειν,

A tuo viro, et consulto
Injuria-afficimur, et domo Erechthei
Ejicimur. Et hoc, tuum non odio prosequens maritum,
Dico, sed quod te magis, quam illum amo:
Qui cum duxisset te veniens hospes in civitatem,
Et domum, et totam-hæreditatem tuam accipiens,
Ex alia muliere pueros procreans
Clam deprehenditur: quomodo vero clam, ego dicam.
Postquam te sensit esse sterilem, non sat habuit tibi
Similis esse, et fortunæ parem *conditionem* ferre,

ex Æschine: εἰς τὴν ἐκκλησίαν καθίζομαι, *in concione sedeo.* Dionys. Halicar. Lib. IV. οἱ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ Τυράννου εἰς τὸ στρατόπεδον, *qui in castris a Tyranno relicti fuerant.* vid. et Soph. Ajac. v. 80. Si jungas φροῦδος ἐς σκηνὰς ἱερὰς, quis non de tentoriis hisce, ut de re permanenti, cogitet, cum tamen extemporanea fuisse constet ex v. 1133, 4. *Musg.*

Σκηνὰς ἐς ἱερὰς] Solennibus festis in deorum honorem celebratis, juxta sacras ædes, cum frequentior esset hominum concursus, tabernacula quædam subitanea erigebant, Σκηναὶ dicuntur Græcis, ad convivas recipiendos; quale illud Judæorum festum tabernaculorum dictum, Græce Σκηνοπηγία, de qua videsis Hospinianum de Judæor. Fest. Lib. I. c. 7. et 13. Σκηναὶ δὲ οὐ μόνον ἐκ ξύλου, ἀλλ' ἐκ σινδόνων καὶ πίλων, καὶ ἔστιν ὅτε ἐκ δερμάτων, καὶ τοιούτων τινῶν γίνονται, οἰκήσεις οὖσαι αὐτοσχέδιοι καὶ πρόσκαιροι. Est etiam verbum theatricum. Scena autem, (ut Hospinianus de Origine Festorum, fol. 38. Lib. II. c. 1.) a Græco nomine σκηνὴ, quod tabernaculum ex ramis et frondibus inumbrationis causa constructum significat, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, hoc est umbra. Cumque sub hujusmodi tabernaculis Attica juventus, quum adhuc vicatim ageret, carmina quædam incondita decantaret, fabulasque ageret, factum est, ut, in urbe collectis Atheniensibus, nomen hoc retinuerit contabulatio illa, quæ inter utrumque theatri cornu erat protensa; in qua a mimis fabulæ edebantur.

τῆσδε] Ταύτης, ἤγουν Κρεούσης. Vide supra ad v. 775. *Barnes.*

806. δαῖτα] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. παῖδα. *Musg.*

Κοινῇ ξυνάψαι δαῖτα παιδὶ τῷ νέῳ.] Cum olim per errorem legeretur παῖδα pro δαῖτα, nullo omnino sensu, Brodæus legebat πόδα, quæ lectio (licet alias πόδα ξυνάπτειν eleganter pro *congredi* occurrit) nec versui, nec sensui satisfacit; H. Stephan. recte ex Vet. Cod. δαῖτα restituit; nec enim πόδα συνάπτειν tantum dicitur et πόλεμον et μάχην, sed et γάμον, et hinc δαῖτα. *Barnes.*

808. μεμηχανημένως] Non novum est Græcis et adject. et adverb. e verbis fieri,

Λαβὼν δὲ δοῦλα λέκτρα, νυμφεύσας λάθρα,
Τὸν παῖδ' ἔφυσεν, ἐξενωμένον δέ τῳ
Δελφῶν δίδωσιν ἐκτρέφειν· ὁ δ' ἐν Θεοῦ
Δόμοισιν ἄφετος, ὡς λάθοι, παιδεύεται.
Νεανίαν δ' ὡς ᾔσθετ' ἐκτεθραμμένον,
Ἐλθεῖν σ' ἔπεισε δεῦρ' ἀπαιδίας χάριν.
Κᾆθ' ὁ Θεὸς οὐκ ἐψεύσαθ', ὅδε δ' ἐψεύσατο,

Sed adjungens sibi aliquam servam, clam congressus
Hunc puerum genuit: ablegatum vero peregre alicui
Delphorum tradidit educandum: hic vero in Dei
Templo dimissus educatur, ut latitaret.
Ut vero sensit adolescentem adolevisse,
Persuasit tibi ut venires huc sterilitatis gratia.
Et Deus non mentitus est, iste vero est mentitus,

ut in hoc loco; sic et μεμιγμένως, mistim, et διδικαιωμενέστερος alicubi legitur ab interpretibus ad Lucæ c. XVIII. v. 14. sic ἐρρωμενέστερος. *Barnes.*

1014. Ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς,] Eleganter dicitur pro ὁ δεύτερος. Sic Helen. v. 409. πολλοὺς ἀριθμοὺς ἤγνυται ναυαγίων. Isocrates in Busiride: πάντας δὲ τοὺς ἀριθμοὺς περιλαβών. *Musg.*

Ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς,] Ὁ δεύτερος τῶν σταλαγμῶν ἀριθμὸς, pro ὁ δεύτερος σταλαγμός. Hic ἀριθμὸς eleganter redundat;

ΚΡ. Χωρίς· κακῷ γὰρ ἐσθλὸν οὐ συμμίγνυται.
ΠΑΙ. Ὦ φιλτάτη παῖ, πάντ' ἔχεις, ὅσων σε δεῖ.
ΚΡ. Τούτῳ θανεῖται παῖς· σὺ δ' ὁ κτείνων ἔσει.
ΠΑΙ. Ποῦ; καὶ τί δράσας; σὸν λέγειν, τολμᾶν δ' ἐμόν.
ΚΡ. Ἐν ταῖς Ἀθήναις, δῶμ' ὅταν τοὐμὸν μόλῃ.
ΠΑΙ. Οὐκ εὖ τόδ' εἶπας· καὶ σὺ γὰρ τοὐμὸν ψέγεις.
ΚΡ. Πῶς; ἆρ' ὑπείδου τοῦθ', ὃ κἀμ' εἰσέρχεται;
ΠΑΙ. Σὺ παῖδα δόξεις διολέσαι, κεἰ μὴ κτενεῖς.
ΚΡ. Ὀρθῶς· φθονεῖν γάρ φασι μητρυιὰς τέκνοις.
ΠΑΙ. Αὐτοῦ νυν αὐτὸν κτεῖν', ἵν' ἀρνήσῃ φόνους.

Cre. Seorsim. Cum malo enim bonum non miscetur.
Pæd. O charissima filia, omnia habes, quibus est tibi opus.
Cre. Hoc morietur puer *Ion*: tu vero interfector eris.
Pæd. Ubi, et quid faciens? tuum est, imperare, meum vero obsequi.
Cre. Athenis, domum cum venerit meam.
Pæd. Non recte hoc dixisti: nam et tu meum *consilium* vituperas.
Cre. Quomodo igitur? suspicaris, quod etiam mihi in mentem venit?
Pæd. Tu filium videberis interfecisse, etiamsi non interfeceris.
Cre. Recte, dicunt enim novercas invidere privignis.
Pæd. Hic ipsum interfice itaque, ut negare possis cædem.

1026. Αὐτοῦ νῦν.

nec exemplo caret. Male itaque Brodæus: Placet ἄῤῥυθμος. *Barnes.*

Reisk. emendat: ὁ δεύτερος δ' αὖ ῥυσμὸς, *alter autem liquor*, fluxus, gutta. *Beck.*

1015. Ex præcedd. edd. Heath. et Reisk. reponunt ἰὸς pro ἰόν. *Beck.*

1016. κραθέντ' αὐτὸν,] Ita recte Barnesius. Constructio est: αὐτὸν δὲ (i. e. τὸν δεύτερον σταλαγμὸν) εἰς ἓν κραθέντα ἰχῶρι εἰσφορεῖς; Ed. Ald. κραθὲν ταυτόν.

Legendum, auctore Cl. Snapio Collegii Regalis apud Cantabrigienses olim Præposito:

Εἰς ἓν δὲ κραθέντ' αὐτὸν, ἢ χωρὶς, φορεῖς;

Cujus perelegantis sane emendationis notitiam Viro eruditissimo Thomæ Morell S. T. P. debeo. *Musg.*

Εἰς ἓν δὲ κραθέντ' αὐτὸν ἰχῶρ' εἰσφορεῖς] Scaliger pro ἓν legit ἕνα, non recte; dicimus enim εἰς ἓν συνελθεῖν, *in unum coire.* Κραθέντ' autem pro κραθέντα recte Canterus legit, Nov. Lection. Lib. I. c. IX. Masculini enim generis ὁ ἰχὼρ, primamque producit, et est Homerica dictio, divorum quasi sanguinem notans. *Barnes.*

1016. s. Εἰς ἓν — συμμιγν.] De industria hos duo versus præterit Prev., forte, quia spurios esse censuit. *Beck.*

1022. καὶ σὺ γὰρ τοὐμὸν ψέγεις.] Τοὐμὸν, ἤγουν βούλευμα. Respicit locum supra v. 983. ubi Creusa illius consilium rejecerat, ut ille nunc Creusæ: Quare proximo versu, nempe 984. dixit: Οἴμοι· κακίζῃ· φέρε σύ νυν βούλευέ τι. *Barnes.*

1023. ἆρ'] Τὸ ἆρα πρὸς τὴν χρείαν τοῦ μέτρου καὶ δίχα τοῦ ἐρωτᾷν καὶ περισπᾶται καὶ ὀξύνεται. *Scholiast.*

1025. φθονεῖν γάρ φασι μητρυιὰς τέκνοις.] Huc refer illud Callimachi: Στάλαν Ματρυιῆς, μικρὰν λίθον, ἔστεφε κοῦρος, Ὡς βίον, ἠλλάχθαι τὸν τρόπον οἰόμενος· Ἡ δὲ τάφῳ κλινθεῖσα, κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα· Φεύγετε Μητρυιῆς καὶ τάφον, οἱ πρόγονοι. De hac re puto illud ortum, et de noverca su-

ΚΡ. Προλάζυμαι γοῦν τῷ χρόνῳ τῆς ἡδονῆς.
ΠΑΙ. Καὶ σόν γε λήσεις πόσιν, ἅ σε σπεύδει λαθεῖν.
ΚΡ. Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον; χειρὸς ἐξ ἐμῆς λαϐὼν
Χρύσωμ' Ἀθάνας τόδε, παλαιὸν ὄργανον,
Ἐλθὼν, ἵν' ἡμῖν βουθυτεῖ λάθρα πόσις,
Δείπνων ὅταν λήγωσι καὶ σπονδὰς θεοῖς
Μέλλωσι λείϐειν, ἐν πέπλοις ἔχων τόδε,
Κάθες βαλὼν ἐς πῶμα τῷ νεανίᾳ,
Ἰδίᾳ δὲ, μὴ γὰρ πᾶσι, χωρίσας ποτὸν
Τῷ τῶν ἐμῶν μέλλοντι δεσπόζειν δόμων.

Cre. Anticipo certe tempore voluptatem.
Pæd. Et tuum latebis maritum *in iis*, *in* quibus te studet latere.
Cre. Scis igitur quid facias? ex mea manu accipe
Aureum opus hocce Palladis, vetus vasculum.
Proficiscaris, ubi nobis clam sacrificat maritus,
Cumque cœnæ finem fecerint, et libamina diis
Volent libare, habens hoc in veste,
Dimitte conjiciens in poculum adolescentis:
Privatim vero, non tu omnibus, separans potum,
Illi, qui futurus est dominus meæ domus.

1035. μὴ πᾶσι.

mendum: *Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.* Exstat autem illud epigramma inter Callimachi Opera, et in Anthologiæ, Lib. I. c. 30. *Barnes.*

1026. κτεῖν',] Ita Barnesius, anapæsti vitandi causa. Ed. Ald. κτεῖνον. *Musg.*

Αὐτοῦ νυν αὐτὸν κτεῖν', ἵν' ἀρνήσῃ φόνους.] Ita νυν, non νῦν, legendum ob versum, et κτεῖν' melius, quam κτεῖνον, hic facit. *Barnes.*

Αὐτοῦ νυν] Νῦν ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ παραπληρωματικοῦ συνδέσμου. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ βραχὺ αὐτὸ παραλήγεται καὶ ὀφείλει ἐξύνεσθαι. *Scholiast.*

1028. λαϐεῖν.] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. λαθεῖν, quod Edd. deinceps receperunt sensu frigido, ne dicam inepto, quod et hic male remansit. Legendum fortasse:

καὶ σόν γε τίσεις πόσιν, ἃ σε σπεύδει παθεῖν.

Et maritum Tuum ulcisceris, quæ Te pati cupit. Musg.

λαβεῖν etiam Reisk. probat, et constructionem esse vult: καὶ λήσεις (sc. λαϐοῦσα) σὸν πόσιν, ἅ σε λαβεῖν (h. e. ἀφελεῖν) σπεύδει. *Beck.*

1029. Οἶσθ' οὖν, ὃ δρᾶσον;] Attica phrasis, de qua vide quæ nos ad Helen. v. 1232. *Barnes.*

1030. Distinguo: χρύσωμ' Ἀθάνας τόδε, παλαιὸν ὄργανον. Quæcunque ex auro conficiuntur vascula, vel alia, χρυσώματα vocantur. vid. Polluc. Lib. VII. sect. 103. X. sect. 174. Plut. in Æmilio Paullo, p. 488. Ed. H. Steph. Athenæum, Lib. V. c. 7. infra v. 1451. *Musg.*

Χρύσωμ' Ἀθάνας] Attici phialas *aureas* χρυσίδας, argenteas ἀργυρίδας vocant. Demosthenes Κατὰ Τιμοκράτους: Οὐδὲ χρυσίδες τέτταρες. Pindarus in Olympiac. Μέτειν ἀγῶνα πρεσβυτέρων ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν.

Ἀθάνας] Quicquid affabre factum est, id Minervæ, aut Vulcano, tribui solet. Ita Joh. Brodæus, nec inepte: Hic vero

Κἄνπερ διέλθῃ λαιμὸν, οὔποθ' ἵξεται
Κλεινὰς Ἀθήνας, κατθανὼν δ' αὐτοῦ μενεῖ.
ΠΑΙ. Σὺ μέν νυν εἴσω προξένων μέθες πόδα·
Ἡμεῖς δ', ἐφ' ᾧ τετάγμεθ', ἐκπονήσομεν.
Ἄγ', ὦ γεραιὲ πούς, νεανίας γενοῦ
Ἔργοισι, κεἰ μὴ τῷ χρόνῳ πάρεστί σοι.
Ἐχθρὸν δ' ἐπ' ἄνδρα στεῖχε δεσποτῶν μέτα,
Καὶ συμφόνευε καὶ συνεξαίρει δόμων.
Τὴν δ' εὐσέβειαν εὐτυχοῦσι μὲν καλὸν
Τιμᾶν, ὅταν δὲ πολεμίους δρᾶσαι κακῶς
Θέλῃ τις, οὐδεὶς ἐμποδὼν κεῖται νόμος.
ΧΟ. Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος, ἃ τῶν — στροφὴ α'.

Et si modo transierit guttur, nunquam veniet
Ad inclytas Athenas: sed mortuus hic manebit.
Pæd. Tu quidem mitte pedem intra domum hospitum;
Nos vero id faciemus, ad quod ordinati sumus.
Age, O senilis pes, juvenis fias
Factis, etiamsi tempore non possis.
Hostilem autem ad virum perge cum dominis,
Et simul interfice, et simul eum tolle ex ædibus.
In rebus enim secundis bene se habet pietatem
Colere: quando vero hostibus nocere
Aliquis vult, nulla lex obstat.
Cho. O Trivia filia Cereris, quæ

χρύσεμ' Ἀθάνας dicitur, quod a Minerva donabatur Erichthonio. *Barnes.*

1031. βουδυτεῖ] Τὰς βόας θύει. *Barnes.*

1035. μὴ πᾶσι,] Supplet Barnesius: μὴ γὰρ πᾶσι. Malim: μὴ σὺ πᾶσι. *Musg.*

Ἰδίᾳ δὲ, μὴ γὰρ πᾶσι] Cum hactenus inter μὴ et πᾶσι deesset syllaba, ego γὰρ addidi; Scaliger μηδὲ legit. Judicent alii. *Barnes.*

1039. Σὺ μέν νυν εἴσω προξένων μέθες πόδα·] De proxenis Delphicis, quorum erat, hospites oraculi gratia ventitantes domo excipere, hæc intelliguntur. Quod Πρόξενοι autem publice designabantur etiam aliis in locis, ad legatos et insignes viros excipiendos, item de Proxenis, Astoxenis, Doryxenis et Idioxenis. vide Eustathium in Homer. fol. 405. lin. 11. et deinceps, præclare disserentem. item fol. 485. lin. 15. et ex illo Cœl. Rhodigin. Lection. Antiq. Lib. XI. c. 10. *Barnes.*

1045—1047. Vid. Stob. Grot. Lib. IV. p. 207. *Burn.*

1045. ss. Τὴν δ' Εὐσέβειαν, Εὐτυχοῦσι μὲν, καλὸν Τιμᾶν· ὅταν δὲ πολεμίους δρᾶσαι κακῶς Θέλῃ τις, οὐδεὶς ἐμποδὼν κεῖται νόμος.] Hunc locum ex H. Grotii versione ita loquentem audisis: *In Sorte læta colere pietatem decet: At hostibus nocere si cupias tuis, Lex nulla prohibet, nullus hic obstat pudor.* Non hæc ex Euripidis mente dicta scies, si compares cum illa sententia, Phœniss. v. 534. Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, Τυραννίδος πέρι Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Quæ tamen verba ipse poëta, ut impia, mox damnat, sub Chori persona: ut ad eum locum probavimus. Virgilius fere idem nobiliori personæ affigit, Corœbo nempe, heroi Trojano,

Νυκτιπόλων ἐφόδων ἀνάσσεις
Καὶ μεθαμερίων, ὅδωσον
Δυσθανάτων κρατήρων πλη-
ρώματ', ἐφ' οἷσι πέμπει
Πότνια, πότνι' ἐμὰ
Χθονίας Γοργοῦς λαιμοτόμων
Ἀπὸ σταλαγμῶν
Τῷ τῶν Ἐρεχθειδᾶν
Δόμων ἐφαπτομένῳ·
Μηδέ ποτ' ἄλλος ἄλλων ἀπ' οἴκων
Πόλεως ἀνάσσοι
Πλὴν τῶν εὐγενετᾶν Ἐρεχθειδᾶν.

Nocturnis insultibus dominaris
Et diurnis, ducito
Tristem ferentium-mortem poculorum
Plenitudinem *ad eos*, contra quos mittit
Veneranda, veneranda mea *domina*,
Terrigenæ Gorgonis gutturis
Secti ex guttis,
Adversus illum, qui Erechthidarum
Invadit familiam.
Nec unquam alius ex aliena familia
Imperet urbi,
Præter nobiles Erechthidas.

Æn. Lib. II. v. 390. *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?* At certe hoc neque Christianis, neque hominibus Philosophis, prudentibusque et piis, fuit usquequaque comprobatum; quicquid poëtæ nobiles, qui naturam imitantur, nonnullis personis pro characteris illorum ratione aliquando affigere placuerunt. *Barnes.*

1048. Εἰνοδία θύγατερ Δάματρος,] Quod poëta Proserpinam hic, Cereris filiam, Εἰνοδίαν vocat, hoc est Triviam, quod nomen Hecatæ competit, ut ostendimus ad Helen. v. 569. id fit, quia unica dea Luna tot deorum personas induebat; nempe aliquando Juno, Hecate, Trivia, Proserpina, Luna, Diana, eadem erat res. De qua re videsis Cœl. Rhodigin. Lib. XX. c. 6. Hecaten autem nunc præcipue vocat, quod veneficiis ea dea præficiebatur, et ad ejus lucem veneficas herbas colligere solebant sagæ, unde Hecateides herbæ dicebantur tales; et Ovidius dixit de Minerva, Arachnen in venenosam araneam transmutante: *Postea discedens succis Hecateidos herbæ Sparsit; et extemplo tristi medicamine tactæ Defluxere comæ*, etc. Nunc autem Chorus optat successum venifico seni contra Ionem, qui malis artibus in dominæ suæ hæreditatem videbatur immissus. *Barnes.*

1049. Auctor Libri περὶ ἱερῆς νούσου: ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται, καὶ φόβοι, καὶ παράνοιαι, καὶ ἀναπηδήσιες ἐκ τῆς κλίνης, καὶ φόβητρα, καὶ φεύξιες ἔξω, Ἑκάτης φασὶν (οἱ ἐπῳδοὶ) εἶναι ἐπιβουλὰς, καὶ ἡρώων ἐφόδους. Confer Helen. v. 568, 9. Suidam v. Ἑκάτην et v. Ἔμπουσα. *Musg.*

1055. Versus est Ionicus a minore dimeter acatalectus ex pæone tertio, cui in antistr. opponitur Ionicus, et ditrochæo. *Heath.*



Εἰ δ' ἀτελὴς θάνατος σπουδαί τε δεσποί- ἀντιστρ. α΄.
νας, ὅ τε καιρὸς ἄπεισι τόλμας,
Ἅ τε νῦν φέρετ' ἐλπὶς, ἢ θη-
κτὸν ξίφος, ἢ λαιμῶν ἐξά-
ψει βρόχον ἀμφὶ δειρὴν,
Πάθεσι πάθεα δ' ἐξ-
ανύτουσ' εἰς ἄλλας βιότου
Μορφὰς κάτεισιν·

Si vero mors imperfecta, conatusque dominæ,
Et successus incepto defuerit,
Ut nunc se habet opinio nostra, vel acutum
Gladium, vel jugulo
Innectet laqueum circa collum suum.
Perturbationes autem perturbationibus
Finiens, ad alias
Vitæ formas deveniet.

1064. 5. δαίμων ἐξάψειν. 1065. δέρην.

1056. Τῷ τῶν Ἐριχθειδᾶν] Hic apertissime constat de illa re, qua de supra toties monuimus, videl. v. 648. 751. et 876. nempe quod tecte loquentes de aliqua persona, aliquando plurali numero utimur; ita enim cum v. 1052. ἐφ' οἷσι πέμπει dixit, per τῷ nunc idem explicat; Ion enim solus utrinque designatur.
Barnes.

1063. Ἅ τε νῦν φέρετ' ἐλπὶς,] Hanc scripturam nemo facile expediat. An legendum:

ᾇ γε νῦν φέρετ' ἐλπὶς —

Ut nunc se habet opinio nostra. Ἐλπὶς, *opinio*, cum verbis motum significantibus recte conjungi, testatur simile in Helena exemplum, i. e. εἰς τ' αὐτὸ κἀμοὶ δόξα χωρεῖ, v. 757, 8. vid. et Hecub. v. 116.

Quæ sequuntur, Criticos jamdudum exercuerunt. Pro δαίμων Scaliger λαιμῶν, quod non recipit sententia, cum idem jam per δείρην exprimatur. Fortasse verum fuerit:

— ἢ θη-
κτὸν ξίφος αἰθύμεν, ἢ 'ξά-
ψαι βρόχον ἀμφὶ δείρην.

αἰθύμεν pro αἰθύσσειν. Vide Scholia in Epicteti Enchiridion, Ed. Heyn. Confer et Hippol. v. 770. et seq. Pro ἐξάψειν viderat Reiskius legendum esse ἐξάψει.
Musg.

1064. s. ἢ λαιμῶν ἐξάψειν] Quum olim δαίμων scriberetur, Canterus τλάμων legebat, sed longe felicius Josephus Scaliger λαιμῶν, quod in textum recepimus.
Barnes.

Post θηκτὸν deest futurum aliquod, μάρψει, aut προσπεσεῖται, aut simile.
Reisk.

1065. δείρην metri causa Heath. reposuit, et verba ita struenda docuit: ἡ δὲ ἐλπὶς νῦν φέρεται Κρέουσαν ἢ θηκτὸν ξίφος διὰ λαιμῶν ὦσαι, ἢ ἐξάψειν βρόχον ἐκ λαιμῶν ἀμφὶ δείρην, καὶ αὐτὴ ἡ Κρέουσα ἐξανύτουσα πάθεα πάθεσιν κάτεισιν εἰς ἄλλας μορφὰς βιότου. *Hoc etiam nunc exspectandum est, ut vel gladium acutum per guttur adigat, vel ut gutturi laqueum aptet circa collum. Illa vero cum dolores doloribus terminaverit, ad alias vitæ formas descendet.* V. Dorvill. ad Charit. p. 394. ss.
Beck.

Reisk. scribit: ἀμφιδέταν, *orbem restis vincientem et stringentem undique.* *Beck.*

Leg. ἐξάψει, scil. Creusa. Quodsi ἐξάψειν retineri placeat, scribendum erit ἔμμεν ἂν φέρει ἐλπὶς, *spes me fert, eam esse*

Οὐ γὰρ δόμων γ' ἑτέρους
Ἄρχοντας ἀλλοδαπούς
Ζῶσά ποτ' ὀμμάτων ἐν φαενναῖς
Ἀνέχοιτ' ἂν αὐγαῖς
Ἃ τῶν εὐπατριδᾶν γεγῶσ' οἴκων.
Αἰσχύνομαι τὸν πολύυμνον — στροφὴ β'.
Θεὸν, εἰ περὶ Καλλιχόροισι παγαῖς
Λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων

Non enim suæ domus alios
Dominos alienigenas
Vivens unquam oculorum in lucidis
Tolerabit splendoribus,
Quæ ex nobili familia nata est.
Pudet me propter hymnis celeberrimum *Bacchum*
Deum, si circa fontes Callichori
Facem spectatricem Eicadum,

aut stricturam gladium, aut innodaturam sibi restim; aut post φέρεται comma ponendum, et sic legendum: ἅ τι νῦν φέρεται, *et quæ nunc machinationes turbidæ doloque commiscentur et consuuntur*, ἐλπὶς, *tunc est spes*, ἢ θηκτόν νιν συμμάρψειν (vel βάψειν) ξίφος. *Reisk.*

1066. s. ἐξανύτουσ'] Idem, quod ἐξανύουσ', ab ἀνύτω, idem, quod ἀνύττω et ἀνύσσω et ἀνύω. Vide, quæ nos ad Bacch. v. 1089. *Barnes.*

1067. s. εἰς ἄλλας βιότου Μορφὰς κάτεισιν] Hic Scaliger φορὰς pro μορφὰς legit, ex aliquo MS. ut credo: nam versui convenientius est. Canterus μονὰς legebat, loco non animadverso, nec loquendi more. Ἄλλας βιότου μορφὰς, hic pro θάνατον, *mortem vitæ contrariam* usurpat poëta, eleganter sane; De qua tamen loquendi consuetudine videsis ejusdem Canteri Novar. Lection. Lib. I. c. 10. *Barnes.*

1068. ἄλλας βιότου Μορφὰς] *Mortem* interpretatur Barnesius; quam philosophi forte *aliud vitæ genus* esse tradiderint, *aliam vitæ formam* vix, credo, dixerunt. Legendum, ni fallor: εἰς ἁπλᾶς βιότου μορφὰς, *ad simplex vitæ odium. Musg.*

1074. s. Αἰσχύνομαι τὸν — Θεὸν,] Verto: *Pudorem mihi incutit Deus.* Sic αἰσχύνομαι μέν σ', ὦ γέρον, supra v. 952.

τὸν πολύυμνον. i. e. τὸν πολυύμνητον, *qui cantibus multum celebratur.* Quo sensu Venus πολύυμνος dicitur Orpheo Hymn.

LIV. 1. Bacchum hoc loco intelligi, recte monet Barnesius, ab Homero jam ante πολύυμνον vocatum, Hymn. in Bacchum, v. 7. Bacchum vero præ reliquis Diis sibi pudorem incutere dicit, quod is in Mysteriis Eleusiniis conjunctim cum Cerere colebatur: Unde Scholiastes Aristophanis: συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος. ad Ran. v. 326. *Musg.*

τὸν πολύυμνον Θεὸν] Bacchum notat, quem Πολυώνυμον vocat Sophocles in Antigone: quippe qui Bacchus, Iacchus, Lyæus, Euius, Dionysius, Dithyrambus, etc. cognominetur. Hæc notavit Johann. Brodæus recte; ita enim et Homerus in Hymno εἰς Διόνυσον Bacchum πολύυμνον vocat, v. 7. Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνδε θεαὶ πολύυμνον ἔθρεψαν. Apollo etiam dicitur Εὔυμνος, πολυώνυμος et πολύυμνος in eodem sensu. Homerus de Apolline, Hymn. Apoll. v. 19. et 207. Πῶς γάρ σ' ὑμνήσω πάντως εὔυμνον ἐόντα. Et Callim. Hymn. Dian. v. 6. Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάττειν, Καὶ πολυωνυμίην· ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ. Item, Hymn. Apoll. v. 69. Ὦ πολλοι πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι· Πολλοὶ δὲ Κλάριον· πάντη δέ τοι οὔνομα πουλύ· etc. Sed de Apolline nunc poëta non loquitur; Chorus enim dicit, se erubescere, si quis externus ibi regnaturus veniat, ubi Bacchi et Cereris sacra mysteria tantopere celebrentur, videl. Athenis suis. *Barnes.*

Ὄψεται ἐννύχιος ἄϋπνος ὤν,
Ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς
Ἀνεχόρευσεν αἰθὴρ,
Χορεύει δὲ Σελάνα
Καὶ πεντήκοντα κόραι
Νηρέος, αἱ κατὰ πόντον

Sit visurus nocturnus, ignobilis existens,
Quando et Jovis stellatus
Choris celebrat æther,
Choris vero Luna,
Et quinquaginta filiæ
Nerei, quæ in Ponto,

1081. κοῦραι,

Per πολύβροτον θεὸν designatur Phœbus. *Heath.*

1075. περὶ] Ita Ed. Ald. Barnesius παρὰ, lectore non monito. περὶ φρέαρ habet Nicander Theriac. v. 486.

Καλλιχόρωσι] Meminit Callimachus Hymn. in Cererem, v. 16. ubi vide Spanhemium. *Musg.*

Heath. confert verba Pausan. 1. p. 93. *φρέαρ τε καλούμενον καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν εἰς τὴν θεόν. Beck.*

1076. θεωρὸν] Malim θεωρὸς. *Si Ion θεωρὸς faces mysticas spectaverit.*

εἰκάδων] Hoc nomine vocabatur una Mysteriorum Dies. Plutarchus in Phocione, p. 1383. Ed. H. Steph. *εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, Μυστηρίων ὄντων, ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσινάδε πέμπουσι.* vide et in Camillo, p. 251. Adde Scholia in Aristoph. Ranas, v. 326. *Musg.*

Λαμπάδα θεωρὸν εἰκάδων] De facibus in his sacris vide ad notam proxime sequentem. Θεωρὸς in hoc loco significat spectatrix. De aliis illius significationibus vide quæ nos ad Hippol. v. 792.

εἰκάδων] Εἰκάδες proprie vicesimæ lunæ, sive vicesimi dies cujusque mensis; Unde Εἰκαδισταὶ *Epicurei* dicebantur, quod illum diem uniuscujusque mensis in honorem magistri sui solennem habebant, qui vicesima luna natus habebatur. De qua re videsis Cœl. Rhodigin. Lib. XX. c. 32. Hoc vero in loco exponendum est, ut recte notat Joh. Brodæus, Εἰκάδων, Mysteriorum Baccho et Cereri communium, quæ vicesimo quoque Augusti mensis die celebrabant Athenienses. Plutarchus in Phocione: Εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, Μυστηρίων ὄντων, ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσινάδε πέμπουσι. Demosthenes Ὀλυνθιακῶν γ΄. Καὶ μετὰ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου, Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, Βοηδρομιὼν, τούτου τοῦ μηνὸς μόλις μετὰ τὰ Μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε. Plutarchus in Camillo: Καὶ μετὰ ταῦτα φρουρὰν Ἀθηναῖοι Μακεδόνων ἐδέξαντο περὶ αὐτὴν τὴν Εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. Scholiastes Aristoph. Ranis: Μία τῶν Μυστηρίων Εἰκάς ἐστιν, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. Attice autem plurali numero effertur; et emphatice, ob Iacchi productionem hac die factam, tota solennitas magnorum mysteriorum dicitur Εἰκάδες, quanquam et quinque ante dies et tres post durabat; hinc Aristoph. Nubibus, v. 16. Ὁρῶν ἄγουσαν, τὴν σελήνην Εἰκάδας. Sed de singulis hujus festi novem diebus videsis Johan. Meursium Eleusin. c. 21. ad c. 31. *Barnes.*

1077. ἐννύχιος] Malim ἐννύχιον, ut cum λαμπάδα concordet.

ἄϋπνος ὤν,] Mirum vero, ni insomnis fuerit, cum mysteria spectaret. Legendum arbitror: *ἀΐδνὸς, ignotus, in tenebris natus.* Athenienses ad mysteria ne peregrinos quidem, nedum vero nothos, admittebant. Apollodorus Lib. II. c. 4.

'Αεννάων τε ποταμῶν
Δίνας χορευόμεναι
Τὰν χρυσοστέφανον κόραν
Καὶ ματέρα σεμνάν·
Ἵν' ἐλπίζει βασιλεύσειν,
Ἄλλων πόνον εἰσπεσὼν,

Perenniumque fluviorum
In gurgitibus educantur,
Aurea corona decoram Proserpinam,
Et matrem venerandam;
Ubi sperat se regnaturum,
Et aliorum labore parta occupaturum,

1085. χρυσοστέφ. 1088. πόνον τ' εἰσπεσῶν.

sect. 12. Schol. in Homer. Iliad. Θ'. v. 368. confer et Plutarch. in vita Thesei, p. 28. Himerius de Xerxe: οὐ λαμβάνω παρὰ ἀνδρας τὸν τελετῆς τόπον, ἐν εἴργει τῆς τελετῆς τῆς ἡμετέρας τὸ κήρυγμα. apud Photium, p. 590. Ed. Hœsch. Plura dat Spanhemius ad Callimachi Apollinem, v. 2. *Musg.*

Ὄψεται ἐννύχιος] Noctu hæc sacra peragi solebant cum facibus, unde versu præcedenti λαμπάδα θεωρὸν Εἰκάδων dixit poëta, et Aristophanes in Ranis: Ἔγειρε φλογέας λαμπάδας· ἐν χερὶ γὰρ ἥκεις τινάσσων, Ἴακχε Νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ Φλογὶ, φέγγεται δὲ λειμών. De hac re vide Meursium Lib. XXI. c. 26. et 27. *Barnes.*

ἄϋπνος] De pervigiliis Bacchanalibus vide quæ nos ad Bacch. v. 133. et Helen. v. 1354. et 1364. *Barnes.*

Ad hæc subaudiendus est Ion, vel potius a v. 1084. repetendus ὁ Φοίβειος ἀλήτης. *Heath.*

Forte, οὐκ ὄψεται. *Reisk.*

1078. ἀστερωπὸς] Ἀστράσι πεποικιλμένος, ἢ ἀστέρας φαίνων καὶ οὐ κρύπτων, ὡς ἥλιος. Ita Hippolyt. v. 852. Καὶ Νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα. *Barnes.*

ἀστερωπὸς αἰθὴρ Markl. ad Suppl. 1003. explicat *astra, quæ in æthere sunt. Beck.*

1079. s. Ἀνεχόρευσεν — Χορεύει] Ab his verbis regi puto accusativos κόραν et ματέρα, v. 1085, s. Neque exemplo caret hæc constructio. vid. Bacch. v. 1142. Pind. Isthm. I. antistr. 1. Sophoclis Antigon. v. 1168. Fingit poëta, quo magnificentior videatur Mysteriorum celebritas, eorum participes esse Lunam, Astra, Nereidas. Metro subveneris legendo δ' ἀνεχόρευσεν. *Musg.*

1081. s. πεντήκοντα κοῦραι Νηρέως] De quinquaginta Nerei filiabus vide quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 428. et Iphigen. Aul. v. 1059. *Barnes.*

1081. Metri causa κόραι scribi vult Heath. *Beck.*

1083. Versus est antispasticus hemiolius ex antispasto pentasyllabo et anapæsto. Nam vocabuli ἀενάων syllaba secunda brevis est — in antithetico autem antispasto opponitur epitritus quartus pentasyllabus. *Heath.*

1084. χορευόμεναι] Parum venuste hic ponitur, cum post κοῦραι (v. 1081.) subaudiendum sit χορεύουσι. Malim igitur κορευόμεναι, *educatæ.* Sic κορευθῆναι, Alcest. v. 323. *Musg.*

Reisk. dubitat, an χορεύεσθαι uspiam significet, *choreas agere*, itaque conjicit γυρευόμεναι. *Beck.*

1087. Ἵν'] *Ubi.* Refertur autem ad fontem Callichorum supra v. 1094. Minime igitur necessarium est cum Cantero legere αἷν.

βασιλεύσειν,] Potest esse vel, ut plerumque, *regnare*, vel sensu rariori, *mysteriis præesse.* βασιλεὺς enim Athenis vocabatur, qui mysteriis Eleusiniis præsidebat.

Ὁ Φοίβειος ἀλάτας.
Ὁρᾶθ', ὅσοι δυσκελάδοισι ἀντιστρ. β.
Κατὰ Μοῦσαν ἰόντες ἀείδεθ' ὕμνοις
Ἀμέτερα λέχεα καὶ γάμους
Κύπριδος ἀθέμιτας ἀνοσίους,

Phœbeius erro.
Videte, quotquot maledicis
Musam dimittentes canitis hymnis
Nostros thalamos, et congressus
Veneris illegitimos, impios:

1090. ἱερᾶσθ'

Pollux Lib. VIII. sect. 90. Hesychius voce βασιλεύς. *Musg.*

Ἵν' ἐλπίζει βασιλεύσειν,] Canterus legendum putat αἷν, quasi ipsis deabus, Cereri et Proserpinæ, imperaturus erat; ego potius ἵν', ut olim scriptum erat, retineo, et Athenis in Latina versione addo; locum enim designat poëta, in quo hæ deæ cultæ erant, ubi et regno inhiare notat Ionem. *Barnes.*

1087. s. Ut antitheticis respondeant, Heath. emendat:

Ἵνα γ' ἐλπίζει βασιλεύσειν anapæstica hephthemimeris.

Ἄλλων πόνον εἰσπεσὼν Ionicus a majore dimeter catalectus.

Beck.

1088. Ἄλλων πόνον] Erechthei scilicet, qui Atheniensium ditioni Eleusinios bello subjecerat. Pausan. p. 36. l. 26. Metrum porro postulat εἰσπεσὼν, deleto τ'. *Musg.*

Ἄλλων πόνον τ' εἰσπεσών,] Quasi nihil agendo incidere in hæreditatem, quam aliorum labores auxerunt in immensum: ita nostræ literæ loquuntur. Deuteron. c. vi. v. 10. Καὶ ἔσται, ὅταν εἰσαγάγῃ σε Κύριος, ὁ Θεός σου, εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσι σοῦ, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, δοῦναί σοι πόλεις μεγάλας καὶ καλὰς, ἃς οὐκ ᾠκοδόμησας, οἰκίας πλήρεις πάντων ἀγαθῶν, ἃς οὐκ ἐνέπλησας, λάκκους λελατομημένους, οὓς οὐκ ἐξελατόμησας, ἀμπελῶνας καὶ ἐλαιῶνας, οὓς οὐ κατεφύτευσας, etc. δηλονότι, ἄλλων πόνῳ πάντα ταῦτα προπαρεσκεύαστο αὐτοῖς. *Barnes.*

1089. Φοίβειος ἀλάτας.] Ἀλάτης dicitur Ion a Choro Atheniensium ancillarum, ob incertos illius lares et familiam; quia visus est olim ex ignota aliqua terra Delphos venisse, et hinc jam Athenas iturus. Non autem recte olim Latina versio explicavit Φοίβειος per Phœbi filius; id enim licet revera esset, nondum Choro innotuerat; quare ego *filius* deleo et *minister* substituo; ut sit Φοίβειος ἀλάτας, ὁ πολύπλανος τοῦ Φοίβου διάκονος καὶ νεωκόρος. *Barnes.*

1090. Ὁρᾶθ',] Ita MS. E. Ed. Ald. ἱερᾶσθ'. *Musg.*

1091. ἰόντες] Malim ἵεντες. *Musam deprimentes maledicis cantibus:* Καθιέντες Μοῦσαν δυσκελάδοις ὕμνοις.

Legendum: Μετὰ Μοῦσαν ἵεντες. Sic μεθιέναι τὴν σοφίαν Lexica ex Xenophonte habent. Julian. p. 207. B. τὴν ὑπόθεσιν ἣν μετῄει. Nonnus: μετῄειν ἱστὸν Ἀθήνης, p. 416. *Musg.*

Reisk. conjicit: κατὰ Μουσᾶν ἵεντες, i. e. οὓς ὕμνους ἀφίετε κατὰ τῶν Μουσῶν, aut, si quis ἰόντες velit retinere, et interpretari, *quibuscum, hymnis* scil. *itis adversi Musis,* saltem κατὰ Μουσᾶν legi debere. *Beck.*

1092. Ἀμέτερα] Male Scaliger ἄμετρα. Pro λέχεα an reponendum metri causa λέκτρα. *Musg.*

Ἀμέτερα] Josephus Scaliger legit ἄμετρα, non usquequaque recte, licet id fere suadere videatur τὸ ἀθέμιτας et ἀνοσίους γάμους: nec enim ἀμέτερα sensui nocet, (et versui necessarium est) ut ex hac nostra paraphrasi apparebit: Ὁρᾶτε καὶ ἀθρήσατε, ὑμεῖς, ὦ Ποιηταὶ καὶ μυθοποιοὶ, ὅσοι

Ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν
Ἄδικον ἄροτρον ἀνδρῶν.
Παλίμφαμος ἀοιδὰ
Καὶ Μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω
Δυσκέλαδος περὶ λέκτρων.

Quantum pietate superemus
Injustam libidinem virorum.
Contrarium jam carmen,
Et Musa in viros eat,
Maledicum de thoris.

1094. εὐσεβείᾳ. 1097. Καὶ Μούσιος ἄνδρας ἴστω. 1098. ἀμφὶ λ.

κατὰ Μοῦσαν καὶ τὴν Μουσικῆς καὶ Ποιητικῆς ὁδὸν βαίνοντες, ἤγουν ἐμμέτρῳ καὶ μυθικῷ λόγῳ χρώμενοι, ἀείδετε καὶ ἐν ᾠδαῖς δυσφήμοις λέγετε τὰ ἡμέτερα, τουτέστι γυναικεῖα λέχη, καὶ τὰ παλλάγματα, καὶ γαμοκλοπίας ἀθεμίστους, καὶ ἀνοσίους· Ἀθρήσατε, ὦ ὑμεῖς οἱ Ποιηταὶ, ὅσον τὸν ἄδικον σπόρον καὶ γένος τῶν ἀνδρῶν νενικήκαμεν τῇ σωφροσύνῃ. Τοιγαροῦν παλινῳδία ἴστω, καὶ Μοῦσα ἡ δύσφημος εἰς τοὺς ἄνδρας ἱστάσθω, καὶ καταστρατευσάτω τῆς λαγνείας αὐτῶν. Καὶ γὰρ ὁ Ξοῦθος, ὁ τοῦ Διὸς παιδὸς, Αἰόλου, παῖς, τὴν ἑαυτοῦ ἀγνωμοσύνην δείκνυσι, καὶ δὴ τὴν τῶν ποιητῶν ἀμνημοσύνην, οἳ μὲν τῶν κακῶν γυναικῶν προθύμως καὶ προχείρως μνημονεύουσι, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἀδικησάντων εἰσὶν ἀμνήμονες. *Barnes.*

ἀβέλτερα λέχεα scribit Reisk. *Beck.*

1093. ἀθέμιτας] Ab ἄθεμις, ὁ καὶ ἡ, ἀθέμιτος τοῦ, pro ὁ ἀθέμιτος, idem, quod ἀθέμιστος et ἀθεμίστιος; et ex hac Euripidis phrasi, γάμους ἀθέμιτας, videtur juridicum illud verbum factum, Ἀθεμιτογαμία, in Justinian. Constit. *Barnes.*

1094. s. κρατοῦμεν Ἄδικον ἄροτον] Κρατέω communiter genitivo gaudet, sed et aliquando accusativo, ut Demosth. Κρατῶ τὴν μάχην, et Plutarch. in Alexandro: κρατήσαντες τοὺς Ῥωμαίους: item cum dativo modi, vel causæ, vel instrumenti, ut hic: εὐσεβείᾳ κρατῶ τινα, et Thucyd. Κρατοῦσι μάχῃ τοὺς Σικανούς. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ὅσον εὐσεβία κρατεῖ παρ' ἄδικον, aut ὅσον εὐσεβίᾳ κράτος παρ' ἄδικον, sed omnino censet, multos versus hic in fine esse mutilos, a librario forte amputatos. *Beck.*

1095. ἄροτρον] Barnesius ἄροτον, nullo, quod sciam, auctore. Verum tamen videtur; nam ἄροτρον, quod apud poëtas verecundiores *membrum virile* designat, minus hic convenit. *Musg.*

Ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.] Ἄδικον σπόρον, καὶ φῦλον, καὶ γένος. De hac figura, videl. metaphora ab agricultura ad generationem ducta, vide quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 3. Male olim ἄροτρον. *Barnes.*

1096. Παλίμφαμος] Emendatio est H. Stephani. Ed. Ald. παλίμφαος. *Musg.*

Παλίμφαμος ἀοιδὰ] Εὔφημος δηλονότι, ἀντὶ τοῦ δυσφήμου. Παλίμφαμος ἀοιδὰ est elegans periphrasis pro παλινῳδία. *Barnes.*

Forte, leg. παλίμφαμος, vel παλίμφατος ἀοιδὰ ἀνοσίοις ἀνδράσι παρίσταται. *cantus enim posterior a superiori diversus adstat viris impiis. Reisk.*

1097. ἴτω] Quod reponit Canterus pro ἴστω, procul dubio verum est, siquidem cum ἀοιδὰ, βοὰ, et similibus solenniter adhibetur. Ion Chius apud Athenæum, Lib. II. p. 463. B. παίζωμεν, ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή. Aristoph. Avibus, v. 858. ἴτω, ἴτω δὲ Πυθίας βοὰ τῷ θεῷ. vid. Æschyl. Sept. c. Theb. v. 972. Soph. Trachin. v. 211. Eurip. Iphig. in Aul. v. 1469. Elect. v. 879. Neque obstat κοῦραι in stropha, quod facile mutatur in κόραι.

In præcedentibus minime cum Cantero probaverim: καὶ Μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω. Nam ἰέναι εἴς τινα, ut ponamus in rei bellicæ enarratione dici posse, hic certe locum non haberet. Non incommodum videtur:

παλίμφαμος ἀοιδὰ
κἀνάρσιος ἀνδράσ' ἴτω.

Epithetum ἀνάρσιος quod hic cum ἀοιδὰ

Δείκνυσιν γὰρ ὁ Διὸς ἐκ
Παίδων ἀμνημοσύναν,
Οὐ κοινὰν τεκέων τύχαν
Οἴκοισι φυτεύσας
Δεσποίνᾳ· πρὸς δ' Ἀφροδίταν
Ἄλλαν θέμενος χάριν
Νόθου παιδὸς ἔκυρσεν.

Ostendit enim ille ex Jovis
Filiis *natus*, ingratitudinem,
Non communem liberorum sortem
Domui procurans
Cum domina: ad Venerem vero
Aliam animum applicans,
Spurium filium adeptus est.

1099. Δείκνυσι.

conjungimus, tibiæ sono a Sophocle tribuitur, v. 651. *Musg.*

Καὶ Μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴστω] Ita legendum omnino doctis viris videtur, Cantero nempe, Scaligeroque, cum olim *μούσιος* scriptum erat, quod Duportus vel *μύσιος*, nullo sensu, vel *μούσιιος* haud satis aperto, emendare conabatur. Idem legit *ἴτω*, sensu satis salvo, sed carmine non item; quare vel *ἴστω* legendum, vel *ἴστω* pro *ἱστάσθω* cum aspero ponatur, quam vocem in paraphrasi nostra superius posita explicavimus, ut et in Latina versione, quam misere hic babitam restitui. *Barnes.*

Etiam Heath. legit *ἴτω*: nam *ἴστω* nunquam pro *ἱστάσθω* poni, nec repugnare correctioni antitheticum versum, si ibi legatur *κόραι*. Versum esse glyconium *πολυσχηματιστον* ex molosso et choriambo. *Beck.*

1098. *ἀμφὶ*] Metrum postulat *περὶ*. Ex Heath. *Musg.*

1099. *Δείκνυσι γὰρ*] Metrum postulat *δείκνυσίν γ'*.

1099. s. *ὁ Διὸς ἐκ Παίδων*] Xuthum intellige: vide supra v. 63. *Musg.*

Reisk. corrigit: *δείκνυσι γὰρ ὅδε*, *exemplo, documento, est hic*, Xuthus, *ὃς εὖ παθὼν ἀμνημοσύναν στέργει*, vel *ἀναιρεῖται*, *qui beneficiis a Creusa ornatus maluit ea beneficiis dare eo, quod domi non communes cum uxore liberos procreavit, sed furtiva iniit conjugia. Beck.*

1100. *ἀμνημοσύναν*,] Malit Canterus *ἀγνωμοσύναν*, quod certe, si MSS. haberent, alteri anteponendum esset. *Musg.*

ἀμνημοσύναν,] Canterus mavult *ἀγνωμοσύναν*. Ego utramque lectionem in paraphrasi modo memorata retinui et exposui. *Barnes.*

1106. Reisk. *κλεινὰν* scribit; nam famulas, quibus constabat Chorus, non recte appellari posse *κλεινὰς γυναῖκας*. *Beck.*

1108. *ἐξέπλησα*,] Emendat Scaliger *ἐξέπλιξα*, quod verti debet: *commovi pedes.* vid. Hesychium v. *πλίξαντα*, et Hom. Odyss. Ζ'. v. 318. Legi etiam potest *ἐξώπλησα*, i. e. *ἐξεμόχθησα*, ab *ὁπλέω*, *laboro. Musg.*

ἐξέπλησα,] Scaliger et hic ingeniose satis legit *ἐξέπλιξα*, *perambulavi*, ut supra quoque ad Helen. v. 1569. pro *πλήσασα* legebat *πλίξασα*, in quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

Heath. vulgatum retinet, et ad *ἐξέπλησα*, *explevi*, supplet *ζήτημα*.

Forte, *ἐξέπνευσα*, *pæne ad animi defectum cucurri.* Si vulgata retineatur, subintelligendum *τὸ προστασσόμενον*, aut *τὴν δουλείαν*, *τὸ ἔργον*, vel simile quid. *Beck.*

1111. *αἱ 'πιχώριοι*] Ita optime Scaliger. Ed. Ald. *αἱ δ' ἐπιχώριοι. Musg.*

ἀρχαὶ δ' αἵδ' ἐπιχώριοι χθονὸς] Ita Italice, podestate, ut Ἀρχὴ Græce. At vero Scaliger legit *αἱ 'πιχώριοι*, tutius sane, quanquam et anapæstum aliquando in quarto

ARGUMENTUM ACTUS QUARTI.

Famulus quidam Creusæ, Choro patefactas dominæ insidias et ejusdem damnationem nuntiat, longaque et eleganti narratione totum Xuthi convivium, adeoque rem omnem, uti acta erat, ordine persequitur. Chorus itaque, novo hoc malo perculsus, infelicem heræ suæ consiliorum eventum exponit. Creusa, ad suos ægre fugiens, ut mortem evadat, Phœbi aram amplectitur. Ion illam isthinc abstrahere conatur frustra.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Κλειναὶ γυναῖκες, ποῦ κόρην Ἐρεχθέως
Δέσποιναν εὕρω; πανταχῆ γὰρ ἄστεος
Ζητῶν νιν ἐξέπλησα, κοὐκ ἔχω λαβεῖν.
ΧΟ. Τί δ' ἔστιν, ὦ ξύνδουλε; τίς προθυμία
Ποδῶν ἔχει σε, καὶ λόγους τίνας φέρεις;
ΘΕ. Θηρώμεθ'· ἀρχαὶ δ' αἱ 'πιχώριοι χθονὸς
Ζητοῦσιν αὐτὴν, ὡς θάνῃ πετρουμένη.
ΧΟ. Οἴμοι, τί λέξεις· οὔτι που λελήμμεθα
Κρυφαῖον ἐς παῖδ' ἐκπορίζουσαι φόνον;
ΘΕ. Ἐγνώσμεθ' ἐξ ἴσου κἀν ὑστάτοις κακοῖς.

FAMULUS.

Inclytæ mulieres, ubi filiam Erechthei
Dominam invenero? passim enim per urbem
Quærens eam ivi, nec possum eam invenire.
Cho. Quid hoc rei est, O conserve? quæ festinatio
Pedum habet te, et quos sermones adfers?
Fam. Investigamur, et magistratus indigenæ
Quærunt eam, ut moriatur lapidata.
Cho. Hei mihi! quid dicis? anne deprehensæ sumus
Molientes clandestinam cædem puero?
Fam. Deprehensi sumus, et juste in extremis malis versamur

poni supra plus semel probavimus. *Barnes.*

1112. πετρουμένη.] *De scopulo præcipitata. Heath.*

πετρουμένη.] Ambiguum esse Prev. monet, et vel indicare posse *lapidibus obrutam* vel *præcipitatam*; in utroque supplicii genere non populi furorem, sed judicum sententiam esse spectandam. *Beck.*

1113. λελήμμεθα] A λαμβάνω, magis Atticum εἴλημμαι. *Barnes.*

Heath. conjicit: Ἦ τι που λελήμμεθα, *anne deprehensæ sumus? Beck.*

1115. ἐξ ἴσου κἀν ὑστάτοις κακοῖς.] Sententiæ et metro laboranti non male succurrit Reiskius, legendo: ἴξισθ' οὖσ' ἐν ὑστάτοις κακοῖς, *scito, te in summo discrimine versari. Musg.*

Ἐγνώσμεθ' ἐξῆς οὖσ' ἐν ἐσχάτοις κακοῖς.]

ΧΟ. Ὤφθη δὲ πῶς τὰ κρυπτὰ μηχανήματα;
ΘΕ. Τὸ μὴ δίκαιον τῆς δίκης ἡσσώμενον
Ἐξεῦρεν ὁ θεὸς, οὐ μιανθῆναι θέλων.
ΧΟ. Πῶς; ἀντιάζω σ' ἱκέτις ἐξειπεῖν τάδε.
Πεπυσμέναι γὰρ, εἰ θανεῖν ἡμᾶς χρεὼν,
Ἥδιον ἂν θάνοιμεν, εἴθ' ὁρᾷν φάος.
ΘΕ. Ἐπεὶ θεοῦ μαντεῖον ᾤχετ' ἐκλιπὼν

Cho. Quomodo vero detecta sunt arcana consilia?
Fam. Injustum inferius Justitia
Effecit deus, nolens eam pollui.
Cho. Quomodo? supplicans rogo, ut dicas ista:
Cum enim audiverimus, sive oporteat nos mori,
Sive videre *solis* lumen, libentius moriemur.
Fam. Postquam abiit oraculo dei relicto

Ita Josephus Scaliger legit, pro corrupto illo, quod prius obtinebat, ἐξ ἴσου κἀν: hoc enim nullo modo per versum stare potuit; κἀν enim ob contractum et latentem diphthongum natura longum est, quo in loco necesse est, ut sit syllaba brevis. Ne quis vero miretur de syntaxi lectionis Scaligerianæ, nonnihil de ea dicendum. Dicitur id quidem Grammaticis Ἀκαταλληλία et Ἑτέρωσις numeri: nec tamen classicis auctoribus ignota figura: de Græcis sæpe probavi supra; de Latinis, etiam Latinissimis, adsunt Catullus et Tibullus, Ciceroque, qui eadem periodo: *insperanti nobis, merenti nobis, præsenti nobis*, etc. dixerunt. Sed et mirum sane videtur, quum mascula sit persona loquens, ὁ Θεράπων Κρεούσης videlicet, fœmininum genus in οὖσ' usurpari: sed dicendum, hæc omnia per Ἐναλλαγὴν Συντάξεως, et διὰ σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, clariora fieri. Primo enim servus loquens tecte de domina sua plurali utitur numero, secundum quod notavimus supra ad v. 1056, etc. Deinde rem plenius aperiens, ut dominæ periculum exponat, seque non de seipso, sed de illa loqui, οὖσα addidit. Sic et advocati clientum suorum personas solent induere, quoties cum adversariis contendunt. Οὕτως οὖν ὁ νοῦς· ἡμεῖς μὲν ἐγνώσμεθα, ἤγουν ἡ Δέσποινα ἡμῶν οὖσα ἔγνωσται ἐν ὑστάτοις κακοῖς. *Barnes.*

Enallagen, quæ est in verbis Ἐγνώσμεθ' οὖσ', nullo modo defendi posse, multis docuit Heath. Ipse emendat: Ἐγνώσμεθ'· ἐξῆς οὖν ἐν ὑστάτοις κακοῖς, *deprehensi sumus: dehinc igitur in malis versamur.*

Olim Reisk. conjecerat: ἐγνώσμεθ' ἐγχειροῦντες ὑστάτοις κακοῖς. *Beck.*

Ἐγνώσμεθ' ἐξῆς οὖσ' ἐν ὑστάτοις κακοῖς.] Quum aliorum studiis, quod ego sciam, res necdum transacta sit, liceat meum qualecunque apponere:

Ἐγνώσμεθ' ἐξίσης ἐν ὑ. κ.

Faehse.

1116. Ὤφθη] Veteres editiones Ἔφθη habebant, et tum Brodæi expositio recte se habuit; *Quo pacto astutiis nostris obviam itum est?* Sed Henricus Stephanus dicit, se vetera sequi exemplaria, in quibus legitur ὤφθη. Et exinde Canterus, aliique post eum, ὤρθη legebant; quanquam et τῷ Ἔφθη debetur nonnihil. *Barnes.*

Ὤφθη] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἔφθη. *Musg.*

1120. ἡμᾶς] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. ὑμᾶς. *Musg.*

1121. εἴθ' ὁρᾷν] Ita Ed. Ald. Recentiores, errore typographico, ἦθ' ὁρᾷν. *Musg.*

Ἥδιον] De media syllaba talium vocum producta, vide, quæ nos ad Bacch. v. 475. *Barnes.*

Heath. legit εἶθ' (i. e. εἶτα), et supplet ἥδιον ἂν βιῷμεν — *aut si vivere concessum sit, vivemus.*

Nec in hac emendatione commodum sensum reperit Reisk. Debuisse enim sic disserere: *postquam audiverimus*, quid et

Πόσις Κρεούσης, παῖδα τὸν καινὸν λαβὼν,
Πρὸς δεῖπνα θυσίας θ', ἃς θεοῖς ὡπλίζετο,
Ξοῦθος μὲν ᾤχετ', ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ
Βακχεῖον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας
Δεύσειε δισσὰς παιδὸς ἀντ' ὀπτηρίων,
Λέξας· σὺ μὲν νῦν, τέκνον, ἀμφήρεις μένων
Σκηνὰς ἀνίστη τεκτόνων μοχθήμασιν.

Maritus Creusæ; filium novum secum ducens,
Ad convivium et sacrificia, quæ parabat diis,
Xuthus quidem abiit *illuc*, ubi ignis emicat dei
Bacchius, ut cæsarum victimarum sanguine Bacchi saxa
Rigaret gemina, pro agnitione filii,
Præfatus: tu quidem, O fili, nunc manens circularia
Tabernacula statue fabrorum operis.

Quare, *moriemur tanto hilarius, si mortem nullo modo effugere possumus.* Si voluisset eam, quamvis absurdam, edere sententiam, quam vulgata subjicit, debuisse dicere εἶθ' ὁρᾷν φάος, ὁρῷμεν ἥδιον πεπονημένοι. *Beck.*

1125. ss. πῦρ πηδᾷ θεοῦ Βακχεῖον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας Δεύσει δισσὰς] De Apolline et Baccho, et utrisque sacro Parnasso, bicipiti monte, satis monuimus supra ad v. 551. Addendum est autem, in his natalibus Bacchum semper honorari una cum illo, quisquis foret ille Deorum, cui sacra facere decretum, aut placitum. *Barnes.*

1126. s. πέτρας—δισσὰς] De his rupibus vide Scholia ad Phœn. v. 234. *Musg.*

1127. ὀπτηρίων,] Plerumque ὀπτήριον est, quod videndi causa datur, ut Callimach. Hymn. in Dian. v. 74. Sed recte hic Barnesius ipsam filii agnitionem significari putat, plane ac si ὄψιν, non ὀπτήριον, dixisset. Similis in voce θρεπτήριον confusio est. Plerumque enim *alendi mercedem* notat; Sophocli vero *ipsum alimentum*. vid. Œd. Col. v. 1327. *Musg.*

παιδὸς ἀντ' ὀπτηρίων,] Ὀπτηρία nunc vocat Euripides ipsam filii agnitionem, quem filium Xuthus agnitum adspiciebat, summaque cum voluptate spectabat. Alias ὀπτήρια vocantur ea, quæ in spectacula impenduntur; et pecunia, quæ spectaculorum spectandique causa datur. Callimach. Hymn. Dian. v. 74. Ἡφαίστου καλέοντος, ὅπως ὀπτήρια δοίη. Schol. Ὀπτήρια] Τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα. Sic etiam ἀνακαλυπτήρια dicuntur munera, quæ sponsus sponsæ dat, quum in ejus conspectum sponsa primum venit, et retecto vultu se conspiciendam ei præbet. *Æmil. Portus.*

1128. ἀμφήρεις μένων] Prior vox H. Stephano debetur, posterior Cantero. Ed. Ald. ἀμφήρης μὲν, MSS. E. G. ἀμφήρης μένων. Interpretor autem ἀμφήρεις σκηνὰς, *ab omni parte exstructa tabernacula.* Sic ἀμφήρη ξύλα, Herc. Fur. v. 242. *Musg.*

Λέξας· σὺ μὲν νῦν, τέκνον, ἀμφήρεις μένων] Olim vacillabat versus una syllaba; ita enim legebatur in omnibus hucusque editionibus: Λέξας· σὺ μὲν νῦν, τέκνον, ἀμφήρεις μέν. Quem versum Johannes Brodæus ut expleret, dixit tantum: τέκνον, *forte* ὦ τέκνον: ac proinde duplex μὲν admisit, et in sexto loco spondeum; adeo metri rationum ignarus erat, et excepto, quod egregius erat philologus, parum, aut nihil, in Euripide prospexit, aut profecit, aut profuit. Canterus legebat μένων, adeo aperto sensu, ut mirer, id Henr. Stephano non visum, qui hærens in hoc loco fatetur: *quid pro* μὲν *reponi debeat, ut plenus sit versus, id vero in dubio manet.* Xuthus autem dicit: ego quidem abeo tui gratia diis sacrificaturus, tu vero hic *manens* alias res age. Qui hæc non videt, nescio, qua parte sit acuminatus. Scaliger itaque μένων quoque legebat, sed et μέν νυν in priori versus parte, non forte æque feliciter; νῦν enim tempus hic designare videtur. *Barnes.*

Θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν ἢν μακρὸν χρόνον
Μένω, παροῦσι δαῖτες ἔστωσαν φίλοις.
Λαβὼν δὲ μόσχους, ᾤχεθ'. ὁ δὲ νεανίας
Σεμνῶς ἀτοίχους περιβολὰς σκηνωμάτων
'Ορθοστάταις ἱδρύεθ' ἡλίου φλογὸς,
Καλῶς φυλάξας, οὔτε πρὸς μέσας βολὰς,

Postquam autem sacrificavere genitalibus diis, si diutius *hinc*
Abfuero, epulæ *præbeantur* præsentibus amicis.
Acceptis vero vitulis abiit. Adolescens vero
Religiose ambitus tabernaculorum carentes parietibus
Erectis columnis erigebat, solis flammæ
Diligenter cavens, ne vel ad medios ictus,

1131. Μενῶ.

Heath. ἀμφήρεις explicat: *spatium undique includentes.* *Beck.*

1130. γενέται θεοὶ] Videntur esse Dii τριτοπάτορες dicti, de quibus Φανόδημος φησὶν, ὅτι μόνοι 'Αθηναῖοι θύουσι καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, apud Etymologum v. Τριτοπάτορες. Commemorantur et θεοὶ γενέται, Æschyl. Suppl. 80. *Musg.*

Θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν] Οἱ γενέται θεοὶ, præter Bacchum, qui, ut ad v. 1125. notavimus, una cum quibusvis diis honorari solebat, sunt Juno præcipue, Jupiter et Genius, ut supra observavimus ad v. 655. Proprie autem γενέται θεοὶ, et Genios et Deos, deasque, natalium præsides notat, γενέσεως ἐφόρους. Deæ quidem istæ Γενετυλλίδες Atticis dicuntur, Ionibus Γεναίδες, uti Pausanias in Atticis, fol. 2. lin. 3. Inter has præcipue memoratur Ilithyiia. De Geniis autem natalibus notum est illud Menandri: Ἅπαντι Δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται Εὐθὺς γινομένῳ, Μυσταγωγὸς τοῦ βίου. Vide, quæ nos supra ad Supplices, v. 602. De Geniis autem vide Francisci Albertini libellum de Angelo Custode inscriptum. *Barnes.*

1134. 'Ορθοστάταις] Intellige *trabes erectas.* κίονας ξυλίνους vocat in simili re depingenda Athenæus Lib. V. c. 6. Confer Vitruvium, Lib. I. c. 7. II. c. 8. *Musg.*

'Ορθοστάταις] De orthostatis, sive arrectariis pilis, tignis, aut fulcimentis, vide Vitruvii Architectur. Lib. II. c. 8. ubi tamen male in aliquibus codicibus orthostratis scribitur. Italice dicuntur Speroni, Pilastri e Contraforti. 'Ορθοστάδαι, vel ὀρθοστάδες, longe aliud, de qua re vide quæ nos ad Helen. v. 546. *Barnes.*

1136. Varie hunc locum tentarunt vir doctus Observ. Miscell. Vol. II. p. 96. postque eum Piersonus et Reiskius. Mihi omnium rationes plus minus contortæ videntur. Legendum puto:

— ἡλίου φλογὸς
καλῶς φυλάξας οὔτε πρὸς μέσας βολὰς
ἀκτῖνας, οὔτ' αὖ πρὸς τελευτώσας, ἰδεῖν.

Pro ἀκτῖνας, quod habet Aldina, Barnesius, Scaligero auctore, ἀκτῖνος dedit. *Musg.*

'Ακτῖνος] Olim ἀκτῖνας. Scaliger ἀκτῖνος legendum monuit, quem sequor. Johannem Brodæum, qui disjuncta jungit hoc modo, φυλάξας ἀκτῖνας ἡλίου φλογὸς, haud multum damno. 'Ακτὶν autem pro sole non est novum; ut nec radius: nam et apud Latinos radius solaris pro sole ponitur. Radius pro radii per synecdochen numeri, radii autem pro sole, per metonymiam, qua effectus pro causa notatur.

τελευτώσας βίον,] Audaci metaphora hic poëta utitur, radiis solaribus vitam tribuens; et tamen ipsum nomen occidens tale quid sonat: quotidie enim sol videtur mane nasci, meridie vigere, vesperi interire; πρὸς βολὰς τελευτώσας βίον, ad radios occidentes, i. e. ad occasum, ubi nempe sol occidere videtur. *Barnes.*

Ἀκτῖνας οὔτ' αὖ πρὸς τελευτῶσας βίον,
Πλέθρου σταθμήσας μῆκος εἰς εὐγώνιον,
Μέτρημ' ἔχουσαν τοὐν μέσῳ γε μυρίων
Ποδῶν ἀριθμὸν, ὡς λέγουσιν οἱ σοφοὶ,
Ὡς πάντα Δελφῶν λαὸν ἐς θοίνην καλῶν.
Λαβὼν δ' ὑφάσμαθ' ἱερὰ θησαυρῶν πάρα,

Vel contra ad occiduos, radios spectarent,
Jugeri longitudinem rectangulam dimensus,
Quae mensuram habebat in medio decem millium
Pedum numerum, ut dicunt periti,
Tanquam omnem Delphicum populum ad convivium vocaturus.
Accipiens vero aulaea sacra ex thesauris,

In Obss. Misc. Vol. II. p. 96. conjicitur τελευτώσας βίαν, *ad punctum istud, ubi sol vires suas ponit.* Sed alius V. D. ibidem negat, τελευτᾶν βίαν Graece dici, et vulgatam defendit ex opinione veterum, qui solem quotidie mori, et altero die vitam recuperare putaverint. Pierson. Ver. p. 11. scribit τελευτώσας, βίαν, *Vim solis flagrantis diligenter cavens, neque ad meridiem, nec ad occidentem.*

Heath. retineri jubet lectionem veterem Ἀκτῖνας, ut structura verborum sit: Καλῶς φυλάξας, ὥστε οὔτε εἶναι πρὸς μέσας βολὰς φλογὸς ἡλίου, οὔτε αὖ πρὸς ἀκτῖνας τελευτώσας βίον. Eodem modo Reisk. *Beck.*

1137. μετρήσας. *Burn.*

Πλέθρον] Vocis πλέθρον duplex usus est: vel enim certam longitudinem designat, vel certam superficiem. Longitudo Plethri, teste Suida in v. πλέθρον, centum pedibus aequalis est. De altero, sive superficiali, sic Hesychius: πλέθρον, μέτρον γῆς, ὅ φασι μυρίους πόδας ἔχειν. Hinc colligitur, plethrum superficiale quadratum esse plethri linearis. 100 + 100 = 10,000. Jam de Ionis tabernaculo, illud saltem ex hoc Euripidis loco, licet subobscuro, colligere licet, longitudine Plethro aequale fuisse, in area vero decem millia pedum quadratorum habuisse. Fuit igitur plethrum quadratum: i. e. figura quadrilatera, rectangula, cujus singula latera centum pedibus aequalia erant.

Porro, ut descriptio haec geometricam ἀκρίβειαν habeat, anguli definiantur necesse est. Definivit autem Euripides, siquidem recte docent Lexica, εὐγώνιον idem valere, quod ὀρθογώνιον. Potest enim εἰς εὐγώνιον poni pro εὐγωνίως, ut εἰς καλὸν pro καλῶς, εἰς καιρὸν pro καιρίως. Mihi tamen valde dubium est, an unquam hanc potestatem habeat εὐγώνιος. Xenophontis certe locus: ὀρθαὶ δὲ οἱ στίχοι τῶν δένδρων, εὐγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη: Œcon. p. 484. Ed. H. Steph. nihil tale ostendit. In Euripide igitur legendum suspicor:

πλέθρου σταθμήσας μῆκος ἰσογώνιον —

Longitudinem plethri dimetiens rectangulam. Musg.

εἰς εὐγώνιον,] Γραμμὴν subaudi, sive ἅλωνα, aream, ut cui referatur μέτρημ' ἔχουσαν: alii autem σκηνὴν intelligunt. Rectangula autem linea dicitur εὐγώνιος, quia anguli perfectio est rectitudo, et synonymum est τῷ Ὀρθογωνίῳ. *Barnes.*

Respici Prev. credit ad Parthenona, s. templum Minervae Atheniensis, cui fuerit eadem dimensio, quae h. l. tentorio, quod ab Ione conficitur. *Beck.*

εὐγώνιον] Σκηνὴν δηλαδή. *Scholiast.*

1138. ἔχουσαν] Refero ad σκηνὴν, latens in περιβολὰς σκηνωμάτων, ut sit σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Confer v. 482.

Miretur fortasse lector, magnitudinem hujus tentorii adeo studiose a poëta definitam esse; quod ideo factum puto, quia templum Minervae in Acropoli, Παρθενὼν dictum, eadem et forma et mensura erat. Etymologus: Ἑκατόμπεδον, νεώς ἐστι τῆς Ἀθηνᾶς, πόδας ἑκατὸν ἐκ πάσης πλευρᾶς· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὀνόμασται. καλοῦσι γὰρ αὐτόν τινες Παρθενῶνα. Confer Harpocrat. v. Ἑκατόμπεδον. *Musg.*

Κατεσκίαζε, θαύματ' ἀνθρώποις ὁρᾶν.
Πρῶτον μὲν ὀρόφῳ πτέρυγα περιβάλλει πέπλων,
Ἀνάθημα δίου παιδὸς, οὓς Ἡρακλέης
Ἀμαζόνων σκυλεύματ' ἤνεγκεν θεῷ.
Ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί·
Οὐρανὸς ἀθροίζων ἄστρ' ἐν αἰθέρος κύκλῳ·
Ἵππους μὲν ἤλαυν' εἰς τελευταίαν φλόγα

Prætendit, mira hominibus visu:
Primum quidem alam peplorum tecto circumjecit,
Donarium Jovis filii, quos Hercules
Attulit Deo spolium Amazonum.
Erant autem hujusmodi texturæ in textis picturis,
Cœlum congregans stellas in ætheris orbe;
Equos quidem agebat ad ultimam flammam

Μέτρημ' ἔχουσαν τοὐν μέσῳ γε μυρίων] Ἔχουσαν referri debet ad γραμμὴν, quod in voce εὐγώνων intelligebatur, de qua re vide ad versum præcedentem. Τοὐν μέσῳ, in spatio medio, in area: μυρίων γε ποδῶν ἀριθμὸν de numero indefinito dicitur, ut sexcentorum in Latina versione; supputatur enim hæc area quadrangularis, ex quatuor jugeribus constans, æqualiter videl. ex omni parte uno jugere delineata, continere pedes 409,600, si recte mathematicorum filii calculos ferunt; ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί, inquit Euripides. *Barnes.*

ἐχούσας legit Reisk. *Beck.*

1143. πτέρυγα περιβάλλει πέπλων,] Tectum his stragulis inumbrat; ducta metaphora ab avibus fœtus suos alis et plumis operientibus. Πέπλων, Hom. Iliad. ζ'. v. 289. Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι. — Eustathius in locum: Ὅρα δὲ καὶ, ὅτι πέπλος καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ ἱματίου, ἀλλὰ ἁπλῶς ἐπὶ ὑφάσματος. *Barnes.*

1144. Ἡρακλέης] Anachronismus: Ion enim Hercule antiquior erat. *Musg.*

δίου παιδὸς,] Herculis, Jovis filii: Δῖος non hic idem, quod θεῖος, sed quasi δίϊος, a Ζεὺς, διὸς, ut Homer. Dianam vocat δῖον γένος, i. e. Jovis filiam: sic Æschyl. Ὦ δῖος αἰθὴρ καὶ ταχύπτεροι πνοαί. *Barnes.*

1144. ss. Hercules Ione junior est. Ergo vel hinc intelligitur, poëtam describere tabulas pictas tum notas et publico, nescio quo, loco propositas. *Beck.*

1145. Ἀμαζόνων σκυλεύματ' ἤνεγκεν θεῷ.] De pugna Herculis cum Amazonibus vide Apollodori Bibliothec. Lib. II. c. 5. sect. 9. De Amazonibus vero vide Eustath. in Homeri illud (Iliad. γ'. v. 189.) Ἤματι τῷ, ὅτε τ' ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. fol. 403. lin. 35. Item in Dionys. περιήγησιν. Dictas autem volunt grammatici ab ἃ, quod μόνωσιν sonat, quasi μονόμαζοι, quia dextra mamma ultro carebant, ut arcubus sufficerent. Nos etiam de recentioribus Amazonibus veram historiam tractavimus poëtice, episodii loco, in Franciados nostræ libris quarto et quinto, quarum regina, Valasca, floruit sub Primislao, Bohemiæ primo rege, et Libyssæ marito, de quibus etiam Papa Pius Secundus, sive Æneas Sylvius, in Historia sua Bohemica; item Jacobus Pontanus Attic. Bellar. Pars 2. c. 44. Volaterranus, aliique. *Barnes.*

1146. γράμμασιν] Hesychius: γράμματα — τὰ ζωγραφήματα. Esto autem, γράμματα picturas significare, non tamen aulæa significabit, nisi epitheto adjuncto. Legendum:

ἐνῆν δ' ὑφαντοῖς γράμμασιν —

Inerant autem in picturis textilibus hujusmodi texta. Musg.

Ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί·] Γράμμασιν hic per picturis exponendum, ut in Latina versione scribi nunc curavi, et Hesychius: Γράμματα, τὰ Γεγραμμένα, καὶ συλλαβαὶ, καὶ τὰ ζωγραφήματα.

Barnes.

Ἥλιος, ἐφέλκων λαμπρὸν Ἑσπέρου φάος.
Μελάμπεπλος δὲ Νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς
Ὄχημ' ἔπαλλεν· ἄστρα δ' ὡμάρτει θεᾷ.
Πλειὰς μὲν ᾔει μεσοπόρου δι' αἰθέρος,
Ὅ τε ξιφήρης Ὠρίων· ὕπερθε δὲ
Ἄρκτος στρέφουσ' οὐραῖα χρυσήρει πόλῳ.
Κύκλος δὲ πανσέληνος ἠκόντιζ' ἄνω

Sol, trahens secum clarum Vesperi lumen.
Atris vero vestibus amicta Nox, nullis astrictos jugis,
Equos agitabat: stellæ vero comitabantur Deam:
Pleias quidem ibat medium per æthera,
Atque ensifer Orion. Desuper vero
Ursa circumvolvens se cauda aureo polo obversa.
Orbis vero plenæ-lunæ superne radiabat,

1154. οὐραία.

1148. a. Ἵππους μὲν ἤλαυν' εἰς τελευταίαν φλόγα Ἥλιος,] De Solis equis, et eorum nominibus, vid. Scholia ad Estheræ nostræ v. 739. et 1144. *Barnes.*

1149. ἐφέλκων λαμπρὸν Ἑσπέρου φάος.] Apparet enim Hesperus occidente Sole, et mane quidem Lucifer dicitur, sero autem Hesperus; reliquis autem stellis est paulo rutulantior, unde Catullus: *Hespere, quis cœlo fulget te clarior ignis?* *Barnes.*

1150. ἀσείρωτον] *Nullo fune connexum:* a σειρὰ, *funis*, vel *lorum*, unde σειραῖος ἵππος et σειραφόρος. Pari modo in picturis hodie videas Auroræ equos, non loris currui connexos, sed frænis tantum retentos. *Musg.*

1151. Ὄχημ'] De equis, non de curru, intelligendum. vid. Phœn. v. 338. Rhes. v. 617. fragmentum Phaëthontis apud Longinum, sect. XV. Lucan. Pharsal. Lib. VII. v. 570. *Musg.*

ἄστρα δ' ὡμάρτει θεᾷ.] Vide Tibullum Lib. II. Eleg. I. *Beck.*

1152. Πλειὰς] Synecdoche numeri pro Πλειάδες, de quibus vid. supra ad v. 3. *Barnes.*

1153. Ὅ, τε ξιφήρης Ὠρίων] Nota est Orionis fabula, de qua Apollodorus, Natalis Comes, Eustathius, Hyginus, Ovidius, aliique; quod ad hunc locum spectat, sciendum est, Orionem, stellam, tristem esse ortu et occasu suo, et χειμῶνας et tempestates excitare, quare canem illi et balteum et ensem fabulæ assignant. *Barnes.*

1154. χρυσήρει] Emendatio est H. Stephani. Ed. Ald. χρυσήρη πόλῳ, unde legendum conjiciebam:

Ἄρκτος στέφουσ' ἑδραία χρυσήρη πόλον.

Ursa stabilis coronans aureum Polum. Nunc satis placet vulgata lectio. Quippe οὐραία χρυσήρει πόλῳ nihil vetat interpretari *cauda Polum auratum spectanti:* quæ, ut notum, positura est Ursæ. Aratus:

— αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται,
ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι —

Musg.

Ἄρκτος στρέφουσ' οὐραῖα χρυσήρει πόλῳ.] Arctos, sive Ursa Major, septentrionali polo, velut axe, nixa, resupinato capite Ursam Minorem spectat, cauda vero Bootem et stellam ideo Arcturum dictam. Cum autem olim οὐραία et χρυσήρη legebatur, non est, quod e contra nostram lectionem acriter defendamus: Et versus enim ratio et docti viri pro nobis stant. Nec diffitemur tamen, Χρυσήρη dici posse Attice pro Χρυσήρει. Huc referatur regula, quam nos olim in tractatu nostro de accentibus posuimus: *Nomina primæ declinationis contractorum in ης desinentia habent accentum in ultima,* ut ἀληθὴς,

Κατεσκίαζε, θαύματ' ἀνθρώποις ὁρᾷν.
Πρῶτον μὲν ὀρόφῳ πτέρυγα περιβάλλει πέπλων,
Ἀνάθημα δίου παιδὸς, οὓς Ἡρακλέης
Ἀμαζόνων σκυλεύματ' ἤνεγκεν θεῷ.
Ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί·
Οὐρανὸς ἀθροίζων ἄστρ' ἐν αἰθέρος κύκλῳ·
Ἵππους μὲν ἤλαυν' εἰς τελευταίαν φλόγα

Prætendit, mira hominibus visu:
Primum quidem alam peplorum tecto circumjecit,
Donarium Jovis filii, quos Hercules
Attulit Deo spolium Amazonum.
Erant autem hujusmodi texturæ in textis picturis,
Cœlum congregans stellas in ætheris orbe;
Equos quidem agebat ad ultimam flammam

Μέτρημ' ἔχουσαν τοὐν μέσῳ γε μυρίων] Ἔχουσαν referri debet ad γραμμὴν, quod in voce εὐγώνιον intelligebatur, de qua re vide ad versum præcedentem. *Τοὐν μέσῳ*, in spatio medio, in area: *μυρίων γε ποδῶν ἀριθμὸν* de numero indefinito dicitur, ut sexcentorum in Latina versione; supputatur enim hæc area quadrangularis, ex quatuor jugeribus constans, æqualiter videl. ex omni parte uno jugere delineata, continere pedes 409,600, si recte mathematicorum filii calculos ferunt; *ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί*, inquit Euripides. *Barnes.*

ἐχούσας legit Reisk. *Beck.*

1143. *πτέρυγα περιβάλλει πέπλων,*] Tectum his stragulis inumbrat; ducta metaphora ab avibus fœtus suos alis et plumis operientibus. Πέπλων, Hom. Iliad. ζ'. v. 289. Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι. — Eustathius in locum: Ὅρα δὲ καὶ, ὅτι πέπλος καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ ἱματίου, ἀλλὰ ἁπλῶς ἐπὶ ὑφάσματος. *Barnes.*

1144. Ἡρακλέης] Anachronismus: Ion enim Hercule antiquior erat. *Musg.*

δίου παιδὸς,] Herculis, Jovis filii: Δῖος non hic idem, quod θεῖος, sed quasi δίιος, a Ζεὺς, διὸς, ut Homer. Dianam vocat δῖον γένος, i. e. Jovis filiam: sic Æschyl. Ὦ δῖος αἰθὴρ καὶ ταχύπτεροι πνοαί. *Barnes.*

1144. ss. Hercules Ione junior est. Ergo vel hinc intelligitur, poëtam describere tabulas pictas tum notas et publico, nescio quo, loco propositas. *Beck.*

1145. Ἀμαζόνων σκυλεύματ' ἤνεγκεν θεῷ.] De pugna Herculis cum Amazonibus vide Apollodori Bibliothec. Lib. II. c. 5. sect. 9. De Amazonibus vero vide Eustath. in Homeri illud (Iliad. γ'. v. 189.) Ἤματι τῷ, ὅτε τ' ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι. fol. 403. lin. 35. Item in Dionys. περιήγησιν. Dictas autem volunt grammatici ab ἃ, quod μόνωσιν sonat, quasi μονόμαζοι, quia dextra mamma ultro carebant, ut arcubus sufficerent. Nos etiam de recentioribus Amazonibus veram historiam tractavimus poëtice, episodii loco, in Franciados nostræ libris quarto et quinto, quarum regina, Valasca, floruit sub Primislao, Bohemiæ primo rege, et Libyssæ marito, de quibus etiam Papa Pius Secundus, sive Æneas Sylvius, in Historia sua Bohemica; item Jacobus Pontanus Attic. Bellar. Pars 2. c. 44. Volaterranus, aliique. *Barnes.*

1146. *γράμμασιν*] Hesychius: *γράμματα — τὰ ζωγραφήματα.* Esto autem, *γράμματα picturas* significare, non tamen aulæa significabit, nisi epitheto adjuncto. Legendum:

ἐνῆν δ' ὑφαντοῖς γράμμασιν —

Inerant autem in picturis textilibus hujusmodi texta. Musg.

Ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί·] Γράμμασιν hic per picturis exponendum, ut in Latina versione scribi nunc curavi, et Hesychius: Γράμματα, τὰ γεγραμμένα, καὶ συλλαβαὶ, καὶ τὰ ζωγραφήματα. *Barnes.*

Ἥλιος, ἐφέλκων λαμπρὸν Ἑσπέρου φάος.
Μελάμπεπλος δὲ Νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς
Ὄχημ' ἔπαλλεν· ἄστρα δ' ὡμάρτει θεᾷ.
Πλειὰς μὲν ᾔει μεσοπόρου δι' αἰθέρος,
Ὅ τε ξιφήρης Ὠρίων· ὕπερθε δὲ
Ἄρκτος στρέφουσ' οὐραῖα χρυσήρει πόλῳ.
Κύκλος δὲ πανσέληνος ἠκόντιζ' ἄνω

Sol, trahens secum clarum Vesperi lumen.
Atris vero vestibus amicta Nox, nullis astrictos jugis,
Equos agitabat: stellæ vero comitabantur Deam:
Pleias quidem ibat medium per æthera,
Atque ensifer Orion. Desuper vero
Ursa circumvolvens se cauda aureo polo obversa.
Orbis vero plenæ-lunæ superne radiabat,

1154. οὐραία.

1148. a. Ἵπποις μὲν ἤλαυν' εἰς τελευταίαν φλόγα Ἥλιος,] De Solis equis, et eorum nominibus, vid. Scholia ad Estheræ nostræ v. 739. et 1144. *Barnes.*

1149. ἐφέλκων λαμπρὸν Ἑσπέρου φάος.] Apparet enim Hesperus occidente Sole, et mane quidem Lucifer dicitur, sero autem Hesperus; reliquis autem stellis est paulo rutulantior, unde Catullus: *Hespere, quis cœlo fulget te clarior ignis?* *Barnes.*

1150. ἀσείρωτον] *Nullo fune connexum:* a σειρὰ, *funis*, vel *lorum*, unde σειραῖος ἵππος et σειραφόρος. Pari modo in picturis hodie videas Auroræ equos, non loris currui connexos, sed frænis tantum retentos. *Musg.*

1151. Ὄχημ'] De equis, non de curru, intelligendum. vid. Phœn. v. 338. Rhes. v. 617. fragmentum Phaëthontis apud Longinum, sect. XV. Lucan. Pharsal. Lib. VII. v. 570. *Musg.*

ἄστρα δ' ὡμάρτει θεᾷ.] Vide Tibullum Lib. II. Eleg. 1. *Beck.*

1152. Πλειὰς] Synecdoche numeri pro Πλειάδες, de quibus vid. supra ad v. 3. *Barnes.*

1153. Ὅ, τε ξιφήρης Ὠρίων] Nota est Orionis fabula, de qua Apollodorus, Natalis Comes, [illegible], Hyginus, Ovid. [illegible] hunc locum [illegible] stellas, [illegible] et [illegible] tempestates excitare, quare ensem illi et balteum et ensem fabulæ assignant. *Barnes.*

1154. χρυσήρει] Emendatio est H. Stephani. Ed. Ald. χρυσήρη πόλῳ, unde legendum conjiciebam:

Ἄρκτος στρέφουσ' ἑδραία χρυσήρη πόλον.

Ursa stabilis coronans aureum Polum. Nunc satis placet vulgata lectio. Quippe οὐραία χρυσήρει πόλῳ nihil vetat interpretari *cauda Polum aureum* [illegible]: quæ, ut notum, positum est [illegible] Aratus:

— αἰεὶ δὲ [illegible]
[illegible] —

Musg.

Ἄρκτος στρέφουσ' [illegible] πόλῳ.] Arctos, sive Ursa [illegible] polo, velut [illegible] capite Ursam [illegible] cauda vero Bootem et [illegible] Arcturum dictum. Cum autem [illegible] et χρυσήρει [illegible] [illegible]

Μηνὸς διχήρης, Ὑάδες τε ναυτίλοις
Σαφέστατον σημεῖον, ἥ τε φωσφόρος
Ἕως διώκουσ' ἄστρα. τοίχοισιν δ' ἔπι
Ἤμπισχεν ἄλλα βαρβάρων ὑφάσματα,
Εὐηρέτμους ναῦς ἀντίας Ἑλληνίσιν,
Καὶ μιξόθηρας φῶτας ἱππείας τ' ἄγρας,
Ἐλάφων λεόντων τ' ἀγρίων θηράματα.

Mensis divisor, et Hyades nautis
Signum certissimum, et lucifera
Aurora pellens astra. In parietes vero
Injecit alia aulæa, barbaricas
Naves instructas remis contrarias Græcis,
Et semiferos viros, et equestres venationes
Cervorum, et leonum ferocium captas prædas.

ἀβλαβὴς, ἀῤῥαγὴς, etc. Excipe primo substantiva et propria nomina, ut Δημοσθένης, Σωκράτης, etc. Excipe secundo et adjectiva in ώδης desinentia, facta ex οὐδὴς, ut θυητοειδὴς, θνητώδης. Excipe tertio composita ab ἦθος, ut ἀήθης, εὐήθης, κακοήθης, ὁμοήθης, συνήθης: item composita ab ἔτος, ut τετραέτης, εἰκοσέτης, τριακοντούτης, pro τριακονταέτης; item composita a τεῖχος, ut εὐτείχης Homer. si recte scribitur: item composita ab ὠκὺς, ut ποδώκης. item composita quædam ab ἀρκέω, ut αὐτάρκης, ποδάρκης. item composita ab ἀκὴς, ut περιήκης, τανυήκης, ἀμφήκης; item desinentia in ήρης, et derivata ab ἄρω et ἐρέσσω, ut πλήρης, ἁλιήρης, τριήρης, πεντήρης, ποδήρης, μονήρης, χαλκήρης, χρυσήρης, θυμήρης. Sed θυμαρὴς Homero scribitur. *Barnes.*

1156. διχήρης,] *Medius*, sive, ut Brodæus vocat, *sector mensis*. Quum Græci (verba sunt Brodæi) menses suos Lunæ cursu metirentur, clarum est, eos æquales in partes Plenilunii diem divisisse. *Musg.*

Μηνὸς διχήρης,] Mensis sector. Quum Græci menses suos Lunæ cursu metirentur, clarum est, eos æquales in partes Plenilunii diem divisisse. Johannes Brodæus. Mensis autem apud Græcos trifariam erat divisus: Ἱσταμένος μὲν ἐκαλεῖτο, ὁ ἀπὸ πρώτης ἕως δεκάτης· Μέσος δὲ μὴν, ὁ ἀπὸ Δεκάδος ἕως Εἰκάδος· Φθίνων δὲ μὴν, ὁ ἀπὸ εἰκάδος ἕως τριακάδος. Vide Gassendum de Mense, etc. *Barnes.*

1156. s. Ὑάδες τε ναυτίλοις Σαφέστατον σημεῖον,] De Hyadibus vide Eustathium in Homer. fol. 1155. lin. 44. ad lin. 58. et deinceps. item Joh. Tzetzæ Scholia in Hesiod. Ἔργ. β'. v. 1. fol. 92. Ab aliis autem quinque, ab aliis septem numerantur stellæ in capite Tauri; quæ ideo nautis observantur, quia, quoties nascuntur, aut occidunt, pluvias creant, unde et nomen sortitæ putantur: ὕω enim *pluo*. Alii ab Hyante fratre dictas volunt, alii a Baccho, quem et Hyam nominant. Illarum nomina memorat Hesiodus in poëmate de stellis, cujus hoc fragmentum Tzetzes protulit: — Νύμφαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνὶς, ἐϋστέφανός τε Κλέεια, Φαιώ θ' ἱμερόεσσα, καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος, Ἃς Ὑάδας καλέουσιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων. Notandum est vero, primam hujus vocis syllabam communem esse: nam quum Homero et Hesiodo semper sit brevis, hoc saltem in loco longa esse deprehenditur, et Theognis sane primam τοῦ ὕω similiter producit: Οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς Οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων. *Barnes.*

1157. σημεῖον,] Non utique cursus, sed tempestatum. *Musg.*

1159. Constructio est: ἤμπισχεν ἄλλα ὑφάσματα, εὐηρέτμους βαρβάρων ναῦς ἀντίας Ἑλληνίσιν. Recte judicat Barnesius, pugnam Salaminiam per prolepsin hic respici. *Musg.*

1160. Εὐηρέτμους ναῦς] Penultima syllaba τοῦ Εὐηρέτμους communis est, de qua

Κατ' εἰσόδους δὲ Κέκροπα θυγατέρων πέλας
Σπείρας συνειλίσσοντ', Ἀθηναίων τινὸς
Ἀνάθημα, χρυσέους τ' ἐν μέσῳ συσσιτίῳ
Κρατῆρας ἔστησ'. ἐν δ' ἄκροισι βὰς ποσὶ
Κῆρυξ ἀνεῖπε τὸν θέλοντ' ἐγχώριον
Ἐς δαῖτα χωρεῖν. ὡς δ' ἐπληρώθη στέγη,
Στεφάνοισι κοσμηθέντες, εὐόχθου βορᾶς

Ad januam tabernaculi vero Cecropem prope filias,
Spiras convolventem; *id quod* cujusdam Atheniensis
Donarium *erat:* aurea autem in medio convivio
Pocula collocavit. Summis vero pedibus incedens,
Præco proclamavit, ut quicunque vellet indigena
Ad convivium veniret. Postquam autem impletum est tabernaculum,
Coronis ornati, lauto cibo

1166. Κρητῆρας.

re vid. quæ nos ad Phœniss. v. 19. Per hanc autem naumachiam Græcorum cum Barbaris videtur poëta velle illam ad Salamina designare; non modo quod magnam Græcis gloriam peperit, sed quod et ipse eodem die natus fuerit, qua hæc victoria a Græcis reportata. Præterea mos erat victoribus, in peplis pugnas texere, deorumque templis consecrare; et hostium spolia iis dicare; ut de Hercule memoratur supra v. 1144. Ἀνάθημα δίου παιδὸς, οὓς Ἡρακλέης Ἀμαζόνων σκυλεύματ' ἤνεγκεν Θεῷ. *Barnes.*

Per prolepsin Atheniensibus gratam victorias de Persis reportatas, inprimis Salaminiam, indicat. *Beck.*

1161. s. Καὶ μιξόθηρας φῶτας, ἱππείας τ' ἄγρας, Ἐλάφων λεόντων τ' ἀγρίων θηράματα.] Videntur hæc ad Herculis labores pertinere, nempe ad Centauros ab illo debellatos, ad Diomedeos equos, ad æripedem cervam et Nemeæum leonem. Et credibile est, tanti herois acta texturis elaborata deo fuisse suspensa dicataque. *Barnes.*

1163. s. Κέκροπα θυγατέρων πέλας Σπείρας συνειλίσσοντα,] *Spiras convolventem*, ut in Latina versione scripsimus. Fuit enim, ut nugantur, Cecrops, superne homo, in serpentem desinens: τὰ ἄνω ἀνθρώπου, τὰ δὲ κάτω Δράκοντος εἶχεν, ut ait Tzetzes. Quin Demosthenes in epitaphio: Ἤδεσαν Κεκροπίδαι τὸν ἑαυτῶν ἀρχηγὸν, τὰ μὲν ὡς ἐστὶ Δράκων, τὰ δ' ὡς ἐστὶν ἄνθρωπος. Hæc fere Brodæus. His adde: Apollodorus Bibliothec. Lib. III. c. 13. sect. 1. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος. Hinc et Διφυὴς dictus. Talem et Erichthonium fuisse fabulantur; cætera erat homo, pedes draco: qui cum pedum deformitatem cuperet celare, primus currus usum invenit, ut Servius notat ad illud Virgilii Georg. Lib. III. v. 113. *Primus Erichthonius currus et quatuor ausus jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.* *Barnes.*

1164. Σπείρας] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. σπείραις. De Cecrope, partim homine, partim serpente, videri possunt Apollodor. Lib. III. c. 13. Tzetzes ad Lycophron. v. 111. Fabulam inde ortam crediderim, quod Cecrops primus Atticorum barbariem exuere cœpit, nec tamen penitus exuit. *Musg.*

Σπείραις defendit Reisk., σὺν σπείραις ἑλίσσοντα vult idem esse, quod σὺν σπείραις ἑλίσσοντα ἑαυτὸν, μόγις καὶ βραδέως οἷον ἐξελκόμενον καὶ κινούμενον, καὶ ἕρποντα. *Beck.*

1166. ἐν δ'] Malim ἐκ δ'. *egrediens autem præco.*

ἄκροισι ποσὶ] *Summis pedum digitis.* quod ἄκροισι δακτύλοισι vocat Iphig. in Taur. v. 267. Cur id fecerit præco, nemini, credo, obscurum erit. *Musg.*

Ψυχὴν ἐπλήρουν. ὡς δ' ἀνεῖσαν ἡδονὴν,
* Παρελθὼν πρέσβυς ἐς μέσον πέδον,
Ἔστη, γέλων δ' ἔθηκε συνδείπνοις πολὺν,
Πρόθυμα πράσσων· ἔκ τε γὰρ κρωσσῶν ὕδωρ
Χεροῖν ἔπεμπε νίπτρα, κἀξεθυμία

Animum implebant. Ut vero voluptatem remiserunt,
[Cœnæ] progressus senex *quidem* in medium solum,
Constitit: risum vero movit convivis magnum,
Officiose ministrans *illis*. Namque ex hydriis aquam
Manibus fundebat lavacra, et adolebat

1170. ἀνῆσαν.

1169. Στεφάνοισι κοσμηθέντες,] Veteres coronatos bibere observavimus supra ad Cyclop. v. *555*. Etiam coronatos epulari hinc constat: et Aristophanis Scholiastes: *Τοῖς γὰρ εὐωχουμένοις περιέκειντο οἱ στέφανοι, καταψύχοντες τὸ κρανίον ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου θέρμης. Brodæus.*

1170. ἀνῆσαν] Legendum ἀνεῖσαν. vid. supra v. 234. Iphig. in Taur. v. 334. et 1182. Bacch. v. 651. et 684. *Musg.*

ὡς δ' ἀνῆσαν ἡδονὴν,] Æmil. Portus ait, pro ἀνίεσαν per metathesin ἀνεῖσαν, et Attice ἀνῇσαν, scribi debere. Quidni ἀνῆσαν pro ἀνῆκαν, ut ἔδωσαν pro ἔδωκαν. *Barnes.*

Locum ex Musgr. emendatione ita reddidit Prev.: "Déja leur faim étoit appaisée, et l'on enlevoit les mets dont les tables étoient couvertes, lorsque le vieux gouverneur entre, etc. Risum vero excitasse senem eo monet, quod partes junioris ministri in se susceperit. *Beck.*

1171. δεῖπνον, quam uncinis hic inclusi, in Aldina et MSS. deest. Minus placet σκηνῆς, quod Barnesii supplementum est. Imo, nostram emendationem verum esse, liquido ostendit distinctio Veterum, non tamen perpetua, inter δεῖπνον et δευτέρας τράπεζαν. Alexis apud Athenæum, Lib. XIV. c. 12.

οὐδὲ φιλόδειπνός εἰμι, μὰ τὸν Ἀσκληπιὸν,
τραγήμασιν χαίρω δὲ μᾶλλον —

Et paullo antea: δεῖπνον ἕτερον παρατίθεται τραγήματα, c. 11. *Musg.*

Σκηνῆς παρελθὼν] Verbum σκηνῆς ex nostro addidimus, quod videl. vetustate excidisse videbatur. Æmilius Portus præfigit αἶας pro γαίας, Duportus τέως, ut respondeat τῷ ὡς, alii ὁ μέν. *Barnes.*

Heath. supplet ὁ μὲν, Reisk. βορᾶς, vel δαιτός. *Beck.*

1172. γέλων δ' ἔθηκε] Mensæ ministrans ac vinum fundens, quod puerorum fuit, non grandævorum hominum, munus. Athenæus, Lib. X. *ᾠνοχόουν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ εὐγενέστατοι παῖδες.* Cicero in Pisonem: *Servi sordidati ministrant, nonnulli etiam Senes. Brodæus.*

γέλων δ' ἔθηκε συνδείπνοις πολὺν,] Quia hoc puerorum erat ministerium, non grandævorum hominum. Athenæus Deipnosoph. Lib. X. Ὠινοχόουν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ εὐγενέστατοι παῖδες. Cicero in Pisonem: Servi sordidati ministrant, nonnulli etiam senes. *Barnes.*

1173. ἔκ τε γὰρ κρωσσῶν ὕδωρ] E vasis aquariis. Athenæus Deipnosoph. Lib. IV. *Καὶ νιψάμενοι τὰς χεῖρας, ἐστεφανούμεθα.* Brodæus. Et nos quoque in Esthera nostra de Ahasueri convivio, v. 812. Ἀλλ' ὅτε δαιτὸν ἔκον ὁμάλωδες εἰλαπινασταὶ, χεῖρας πρῶτον ἔλουσαν ἐν ὕδατι. *Barnes.*

1174. νίπτρα,] Veteres, statim post δεῖπνον, [an mensam priorem?] manus abluebant. Athenæus, Lib. XI. c. 11. ΜΕΤΑΝΙΠΤΡΟΝ, ἡ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπὴν ἀπονίψωνται, μεταδιδομένη κύλιξ. vid. et Hesych. v. μετανιπτρίς.

κἀξεθυμία] *Suffiendi causa adolebat.* Athenæus Lib. XIV. [c. 11.] ἥ γε τὴν πολλὴν δαπάνην ἐν τοῖς δείπνοις παρέχουσα δευτέρα τράπεζα προσεγίνετο, καὶ στέφανοι καὶ μύρα καὶ θυμιάματα. *Brodæus.*

Σμύρνης ἱδρῶτα, χρυσίων τ' ἐκπωμάτων
Ἦρχ', αὐτὸς αὑτῷ τόνδε προστάξας πόνον.
Ἐπεὶ δ' ἐς αὐλοὺς ἧκεν ἐς κρατῆρά τε
Κοινὸν, γέρων ἔλεξ', ἀφαρπάζειν χρεὼν
Οἰνηρὰ τεύχη σμικρὰ, μεγάλα δ' ἐσφέρειν,

Myrrhæ succum, et aureis poculis
Præerat ipse, sibi ipsi vendicans hoc ministerium.
Postquam vero *convivium* ad tibias venit, et ad poculum
Commune, senex dixit, oportere auferre
Parva pocula vinaria, et magna adferre,

1178. Καινόν. 1179. Οἰν. σκιόν.

1175. Σμύρνης ἱδρῶτα,] Plinius Lib. XII. c. 15. *Sudant autem sponte, priusquam incidantur, Stacten dictam, cui nulla præfertur.* Brodæus. Confer Dioscorid. Lib. I. c. 78. *Musg.*

1177. αὐλοὺς] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. ἄλλους. Finito convivio, introducti vulgo tibicines. vid. Xenoph. Sympos. Platonis comici fragmentum Athenæi, Lib. XV. c. 1.

Eundem morem tangit Philo Jud. p. 183. Ed. Turneb.

ἧκεν] Scil. τὸ πρᾶγμα. *Quum res ad tibias venisset. Musg.*

Ἐπεὶ δ' ἐς αὐλοὺς ἧκεν] Δηλονότι δαῖς, ἢ συμπόσιον. Ita olim Aldi editio recte, ut puto; nec satis causæ video, cur posteriores ἄλλους legerent pro αὐλοὺς; plurimum autem, cur αὐλοὺς retineatur, quicquid Henr. Stephanus de Veter. suis Codicibus jactet. Et sane Suidas in voce Βαρζά· Αἱ μουσουργοὶ βάρβαροι οὖσαι γυναῖκες· ὄνομα αὐταῖς ἐπιχώριον Βαρζά. Καὶ τούτων αἱ μὲν αὐλοῦσιν, αἱ δὲ ψάλλουσι πενταχόρδῳ, αἱ δ' ἑπταχόρδῳ ψαλτηρίῳ, αἱ αὐταὶ δὲ προσᾴδουσι τῷ ψαλμῷ. — Καὶ λέγονται μὲν τοῦ ποτοῦ τῷ βασιλεῖ καὶ ἡ ᾠδὴ ξυνεπαύετο, ὁπότε δὲ ἐγχέαι κελεύσειεν, αὖθις ἤρχοντο ᾄδειν καὶ ψάλλειν. De musica autem conviviis adhibita vide ad notam sequentem. *Barnes.*

1178. Καινὸν,] Legendum κοινόν. Commemorat κρατῆρα κοινὸν, Aristides Isthmica, p. 54. vid. Spanhem. Epistol. ad Morell. p. 59. Claudianus Præfat. in Nuptias Honorii et Mariæ, v. 5. *Præberetque Jovi communia Pocula Chiron.*

ἔλεξ',] Ed. Ald. ἔλεξεν. MS. E. ἔλεξε. *Musg.*

1178. s. ἀφαρπάζειν χρεὼν Οἰνηρὰ σκιὸν σμικρὰ, μεγάλα δ' εἰσφέρειν,] Quamvis Socrates apud Platonem in Protagora musicæ usum in conviviis improbet, illamque Euripides Medeæ, v. 193, &c. funeribus magis convenire, ad luctum mitigandum, asserat, quamvis et ipse eodem tempore agnoscat usurpari magis in conviviis; tamen et Xenophon in epulis eam admittit, et Phemius apud Homer. et Demodocus quoque, et regum Persicorum exempla, de qua re vide Esther. nostram, sive Λαλιονκάτοπτρον, ad v. 144. Οὐδ' ἀπὸ φόρμιγγος καλῆς ἀναθήματα δαιτὸς, &c. Et ibi ad exemplum Demodoci et Phemii Tersimbrotus a nobis proponitur. Cum autem ad Chordas et cantum convivantes accederent, minoribus poculis remotis, majuscula poscebant. Ut Diogen. Laërtius in Anachars. Καὶ θαυμάζειν φησὶ, πῶς Ἕλληνες, ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις. Hæc miram ex hoc Euripid. loco lucem accipiunt. Notandum est vero, quod majusculus κρατὴρ, καινὸς hic dictus, qui in convivio circumferri solebat, ᾠδὸς appellaretur, quod absque cantu propinare, vel excipere, non liceret; ut videre est apud Tryphonem grammaticum in Ὀνομαστικῷ. *Barnes.*

1179. Heath. probat lectionem a Steph. allatam κενὸν. *Beck.*

Οἰνηρὰ σκιὸν σμικρά,] Hæc adducit Musgravius ad Hippolyt. 1343. ut exemplum vocalis ante ΣΚ correptæ.

In Sophoclis Ajace 1077. pro γεννήσῃ

Ὡς θᾶσσον ἔλθωσ' οἵδ' ἐς ἡδονὰς φρενῶν.
Ἦν δὴ φερόντων μόχθος ἀργυρηλάτους
Χρυσέας τε φιάλας· ὁ δὲ, λαβὼν ἐξαίρετον,
Ὡς τῷ νέῳ δὴ δεσπότῃ χάριν φέρων,
Ἔδωκε πλῆρες τεῦχος, εἰς οἶνον βαλὼν,
Ὅ φασι δοῦναι φάρμακον δραστήριον
Δέσποιναν, ὡς παῖς ὁ νέος ἐκλίποι φάος·
Κοὐδεὶς τάδ' ᾔδειν. ἐν χεροῖν ἔχοντι δὲ
Σπονδὰς μετ' ἄλλων παιδὶ τῷ πεφηνότι

Ut citius veniant hi ad voluptatem animorum.
Erat tum labor adferentium argentea
Atque aurea vasa. Ipse vero capiens eximium,
Tanquam novo hero utique gratificaturus,
Dedit plenum vas, jaciens in vinum
Efficax venenum, quod dicunt *ei* dedisse
Dominam, ut novus filius lucem relinqueret;
Et nemo hoc nôrat: habenti vero in manibus
Libationem cum aliis filio nuper invento,

satis inepte *κτήσηται* conjecerat Brunckius ad Euripid. Orest. 1208. Quod tamen ipse postea et metro esse contrarium, et sensui minus necessarium agnovit. Exemplum autem violatæ regulæ unicum profert, neque remedium tentat. Ipsi igitur tentemus. Locus est Ion. 1179. Οἰνηρὰ' σκεύη σμικρὰ — Tu vero repone Οἰνηρὰ ΤΕΥΧΗ σμικρὰ — Alterum enim est vulgi verbum, a Tragicis nusquam adhibitum; alterum vero probum et Euripidi familiare: Hec. 607. (*sc. edit. Musgr.*) Androm. 167. Iph. Taur. 168. Cycl. 88. 208. 226. Ion. 144. 276. in hac ipsa scena 1184. Electr. 140. 360. 496. *Por.*

Οἰνηρὰ σκεύη σμικρὰ,] Porsonus ex Hesychio restituit τεύχη, et metrum sanavit. *Maltby.*

μεγάλα δ' εἰσφέρειν,] Laërtius in Anachars. *καὶ θαυμάζειν φησὶ, πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις.* *Brodæus.*

Brunckius ad Soph. Ajac. 1077. p. 172. T. II. postquam ostendit, nuspiam apud Atticos scenæ poëtas vocalem ante litteras κτ, πτ, μν, σκ, σμ, corripi, ne quidem in diversis vocibus, sed vocalem brevem ante illas litteras semper produci, addit hæc: "Rata est hæc prosodiæ lex, a qua discessionem nunquam fieri licuisse ostendunt cum alii, tum Markland. ad Eur. Suppl. 656. Succurrit tamen Euripidis senarius, qui virum doctissimum fugit, in quo si nihil a librariis peccatum, culpam ipse poëta commeruit. Sed exemplum unicum est, quo lex non labefactatur. Versus est: οἰνηρὰ σκεύη, &c. Verum est, quod ait Marklandus, ab Homeri versibus hexametris ad tragicorum senarios argumentum metricum non recte transferri." *Beck.*

1182. φιάλας·] Pocula, ex quibus bibebant convivæ. Pollux, Lib. VI. sect. 59. *Musg.*

1187. ᾔδειν.] Sic scribendum, quanquam tertia persona, recte monuit Piersonus ad Mœridem, p. 174.

ἐν χεροῖν] Ita MS. E. Ed. Ald. ἐν χερσίν. *Musg.*

χερσὶν ἐχόντι δὲ] Olim cum scriberetur: ἐν χερσὶν ἔχοντι δὲ, aperta et insigni versus jactura, Scaliger et Canterus χεροῖν legebant, id putantes sufficere; sed ἔχοντι erat verbum suspectum; et importunus videbatur hiatus ad ᾔδει: quare Duporti lectionem hac in parte amplector,

Βλασφημίαν τις οἰκετῶν ἐφθέγξατο·
Ὁ δ', ὡς ἐν ἱερῷ μάντεσίν τ' ἐσθλοῖς τραφεὶς,
Οἰωνὸν ἔθετο, κἀκέλευσ' ἄλλον νέον
Κρατῆρα πληροῦν· τὰς δὲ πρὶν σπονδὰς θεοῦ
Δίδωσι γαίᾳ, πᾶσί τ' ἐκσπένδειν λέγει.
Σιγὴ δ' ὑπῆλθεν. ἐκ δ' ἐπίμπλαμεν δρόσου
Κρατῆρας ἱεροὺς Βιβλίνου τε πώματος.
Κἀν τῷδε μόχθῳ πτηνὸς ἐσπίπτει δόμοις
Κῶμος πελειῶν· Λοξίου γὰρ ἐν δόμοις

Dixit aliquis ex domesticis vocem inominatam:
Ille vero, ut qui nutritus fuisset in templo, et inter peritos vates,
Omen esse duxit, et jussit alium novum
Craterem impleri: priorem vero libationem dei
Dat terræ, omnibusque edicit ut effundant,
Silentium vero successit. Implemus autem rore
Crateras sacro, et vino Biblino.
Et in medio hoc labore, irruit in domum volucre
Agmen columbarum. Apollinis enim in templo

χερσὶν ἐκχέοντι δὲ, et in textum admittendam reor. *Barnes.*

1188. Σπονδὰς] Vinum, quo diis libarent. Athenæus Lib. IV. ἅπερ καὶ Πλάτων φυλάσσει κατὰ τὸ συμπόσιον· μετὰ γὰρ τὸ δειπνῆσαι σπονδάς τε φησὶν ποιῆσαι, καὶ τὸν θεὸν ἐπαιωνίσαντας τοῖς νομιζομένοις γέρασι. *Brodæus.*

1189. Βλασφημίαν] Plato legum Septimo: Θυσίας γενομένης, καὶ ἱερῶν καυθέντων κατὰ νόμον, εἴ τῳ τις φαμὲν ἰδίᾳ παρεστὼς τοῖς βωμοῖς τε καὶ ἱεροῖς υἱὸς, ἢ καὶ ἀδελφὸς, βλασφημοῖ πᾶσαν βλασφημίαν, ἆρ' οὐκ ἂν φαῖμεν ἀθυμίαν καὶ κακὴν ἦτταν καὶ μαντείαν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν οἰκείοις φθέγγοιτο ἐντιθεὶς. *Barnes.*

1193. Δίδωσι γαίᾳ,] Ergo, nisi aliquis male ominata verba edidisset, non in terram fudisset, sed in mensam. *Musg.*

1195. ἱεροὺς] Malim ἱερᾶς, *sacri roris.* Plutarchus de fonte quodam Delphico: ὅθεν ἐχρῶντο πρός τε τὰς λοιβὰς τῷ ὕδατι τούτῳ. Op. Mor. p. 716. Ed. Steph. ubi plura.

Βιβλίνου] De vino Biblino, vid. Hesiod. Op. et D. v. 207. in eumque grammaticos, Athenæum, Lib. I. p. 31. Hesychium, v. Βίμβλινος, Theocrit. Idyll. XIV. v. 15. *Musg.*

Βιβλίνου τε πώματος.] Hesiod. Ἔργ. β'. v. 207. Εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ Βύβλινος οἶνος. Proclus in locum: Ὅτι οὗτος ὁ οἶνος, ὡς ὁ Θάσιος, εὐδοκίμει, λέγει καὶ Εὐριπίδης. hunc nimirum respiciens locum. Moschopulus: Βίβλος, ὥς φησι, ποταμὸς, ἢ πόλις Θρᾴκης. Iterum Proclus: Βίβλινος οἶνος, ἤτοι ἀπὸ ἀμπέλου οὕτω καλουμένης, ὡς καὶ Πράμνειος, ἢ πόλις Θρᾳκική. Item Tzetzes in locum: Καὶ οἶνον Βύβλινον πῖνε, ἀπὸ Βυβλίας, ἀμπέλου Θρᾳκίας, ἢ ἐλαφρὸν καὶ ὑδατώδη, κατ' ἐμὲ, ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων τῶν περὶ τὴν Βίβλον καὶ Λίβανον· ἐκεῖ γὰρ ὑδροποτοῦσι. Theocritus Idyll. XIV. v. 15. Ἀνῷξα δὲ Βύβλινον αὐτοῖς Εὐώδη, τετόρων ἐτέων, σχεδὸν ὡς ἀπὸ λανῶ. Scholia: Οἶνον δηλονότι Θρᾳκικόν· ἢ οὕτω καλουμένης τῆς ἀμπέλου ἀπὸ τῆς Θρᾴκης, &c. De hoc vino vide Athenæum Deipnosoph. Lib. I. c. 24. Hesych. βίμβλινος, (lege βίβλινος) εἶδος οἴνου καὶ γένος ἀμπέλου ἐν Θρᾴκῃ· καὶ ὁ ἁπαλὸς οἶνος. Ἐπίχαρμος δὲ τὸν ἀπ' ὀρέων βιβλίνων, ἔστι δὲ Θρᾴκης. Et sane Βιβλίνων ὀρέων meminit Athenæus loco modo laudato, et Æschylus in Prometheo, v. 810. Quare Hesychium supra emendavi, legendo ἀπ' ὀρέων Βιβλίνων, pro ἀπὸ ῥοιῶν βιβλίνων. Est etiam urbs Ægypti Βύβλος dicta: Scholiastes Æschyli ad

Ἄτρεστα ναίουσ'. ὡς δ' ἀπέσπεισαν μέθυ,
*   *   *   *   *
Κεὶς αὐτὸ χείλη πώματος κεχρημέναι
Καθῆκαν, εἷλκον δ' εὐπτέρους ἐς αὐχένας.
Καὶ ταῖς μὲν ἄλλαις ἄνοσος ἦν λοιβὴ θεοῦ·
Ἣ δ' ἕζετ', ἔνθ' ὁ καινὸς ἔσπεισεν γόνος,
Ποτοῦ τ' ἐγεύσατ', εὐθὺς εὔπτερον δέμας
Ἔσεισε κἀβάκχευσεν, ἐκ δ' ἔκλαγξ' ὄπα
Ἀξύνετον αἰάζουσ'· ἐθάμβησεν δὲ πᾶς
Θοινατόρων ὅμιλος ὄρνιθος πόνους·

Secure habitant; postquam autem vinum effuderant,
*   *   *   *   *
Tum vero in ipsum rostra potus cupidæ
Demiserunt, et traxerunt pennata in guttura:
Et cæteris quidem erat innoxius potus dei:
Quæ vero consederat, ubi novus filius vinum effuderat,
Et gustârat potum, statim corpus pennigerum
Concussit, et bacchari cœpit, et cum clangore vocem emisit
Obscuram, gemens; obstupuit autem totus
Convivarum cœtus ob columbæ labores.

1202. Ἣ δ' ἕζετ'.

locum: Ἡ δὲ Βύβλος πόλις ἐστὶν Αἰγύπτου. *Barnes.*

Reisk. legit ἱερᾶς, scil. δρόμου. *Beck.*

Reisk. δόμοις improbat, quod non credibile sit, columbas in tentorium hominibus plenum convolasse, igitur suspicatur δρόμῳ legendum. *Beck.*

1197. Κῶμος πελειῶν·] *Multitudo columbarum.* Euripides in Hippolyto, v. 54. Πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ πρόσπολων ὀπισθόπους Κῶμος λέλακεν. Κῶμος itaque quamvis turbam sonat. Vide, quæ nos ad Supplic. v. 400. et Cyclop. v. 39. Fuisse porro sacras hoc in templo columbas, auctor est libro decimo sexto Diodorus. *Brodæus.*

1198. ὡς δ' ἀπέσπεισαν μέθυ,] Male Interpres: *postquam gustaverunt vinum:* Vertendum: *postquam vinum in terram effudissent,* convivæ sc. *Musg.*

Ἄτρεστα ναίουσ'.] Legendum ἄτρεστοι, ναίουσ' inquit Brodæus, miserando errore: sic enim spondeus esset in secundo loco. Quare maneat omnino ἄτρεστα, quod est Atticum pro ἀτρέστως, et utrumque adjectivum ponitur pro adverbio ἀτρέστως.

ἀπέσπεισαν] Si de convivis sumatur, recte ἀπέσπεισαν manet, tum vero in sequenti versu Canteri lectio necessaria erit: Κεῖναι τὰ χείλη. Sin de columbis, cum Scaligero legendum ἀπέσπασαν, et deinceps: Κεὶς αὐτὸ χείλη. Quæ lectio Brodæo, Scaligero et Porto placet. *Barnes.*

Vulgatum ἀπέσπεισαν contra Scalig. tuetur Heath. sed pro κεὶς scribit εἰς.

Reisk. putat, versum excidisse, hujus fere sententiæ: *postquam* ἀπέσπεισαν μέθυ, *effudissent vinum,* Delphici puta in terram, redibat quisque ad pristinam sedem, et vacuum spatium relinquebant, in quo considerent columbæ. Sic autem supplet lacunam: ἀνὰ μὲν ἐχώρουν, αἱ δ' ἐπέπτατο' αὐτίκα, κεὶς αὐτὸ χείλη. *Beck.*

1199. Κ' εἰς αὐτὸ] Abundat hic καὶ, vel potius significat actionis celeritatem. vide quæ citavimus ad Iph. in Aul. v. 151. Confer etiam Heraclid. v. 170. Ed. Ald. κ' εἰς αὐτὰ. *Musg.*

Θνήσκει δ' ἀνασπαίρουσα, φοινικοσκελεῖς
Χηλὰς παρεῖσα. γυμνὰ δ' ἐκ πέπλων μέλη
Ὑπὲρ τραπέζης ἦχ' ὁ μαντευτὸς γόνος,
Βοᾷ δέ· τίς μ' ἔμελλεν ἀνθρώπων κτανεῖν;
Σήμαινε, πρέσβυ· σὴ γὰρ ἡ προθυμία,
Καὶ πῶμα χειρὸς σῆς ἐδεξάμην πάρα.
Εὐθὺς δ' ἐρευνᾷ γραῖαν ὠλένην λαβὼν,
Ἐπ' αὐτοφώρῳ πρέσβυν ὡς ἔχονθ' ἕλοι.
Ὤφθη δὲ, καὶ κατεῖπ' ἀναγκασθεὶς μόγις
Τόλμας Κρεούσης πώματός τε μηχανάς.

Moritur autem palpitans, *et* purpureos
Pedes demittens. Nuda tum ex vestibus membra
Supra mensam misit vaticinio declaratus filius.
Clamatque: quis hominum voluit me occidere?
Indica, O senex; tuum enim *fuit* hoc studium,
Et poculum a tua accepi manu.
Statim vero inquirit senile brachium prehendens,
Ut in ipso facto caperet venena gestantem.
Deprehensa sunt autem, et coactus vix declaravit
Facinus Creusæ, et machinationes poculi.

1209. ἦκεν ὁ.

πώματος κεχρημένοι] Πῶμα hoc in loco pro πόμα dicitur, et potus significat: sic supra v. 1195. Βιβλίνου τι πώματος dixit, ut et in Cyclope. Alias significat operculum, ut πῶμα πίθου, Hesiod. Item ἔκπωμα, poculum, ut mox v. 1212. *Barnes.*

1204. κεβλάκχιτων,] Ita MS. E. ut jam vulgatæ. Ed. Ald. κεκβάκχιτων. *Musg.*

1205. Heath. scribit: αἰάζουσ' ἐθάμβησεν. *Beck.*

1207. Θνήσκει δ'] Ita MS. E. ut jam vulgatæ. Ed. Ald. Θνήσκουσα δ'. *Musg.*

Θνήσκει δ' ἀνασπαίρουσα, φοινικοσκελεῖς] Quum olim scriptum erat: Θνήσκουσα δ' ἀνασπαίρουσα, etc. Canterus recte legebat: Θνήσκει δ', etc. Cui accessit Scalig. Cæteri male. *Barnes.*

1208. γυμνὰ δ' ἐκ πέπλων μέλη] Dilaceravit utique vestes, more antiquorum, cujus meminit et Barnesius. Exempla vide in notis ad Diod. Sic. Lib. XVII. c. 35. quibus adde Æschyl. Pers. v. 199. et 468. *Musg.*

γυμνὰ δ' ἐκ πέπλων μέλη] Ob tunicas disruptas; quod ad horrida facinora, blasphemias et ærumnas, facere solebant veteres. *Barnes.*

1209. Ὑπὲρ τραπέζης] *In mensam* scil. unde audiri et conspici ab omnibus posset.

ἦκεν ὁ] Barnesius in margine ἦχ' ὁ. *Musg.*

ἦχ' ὁ Heath. ob metrum reponit.

Ὑπὲρ τραπ. ἦκ.]; Prev. sic intelligit: il monte sur la table; ut scilicet conspiceretur et audiretur. *Beck.*

1214. Leg. ὡς ἁλόντ' ἔχοι, vel ὡς ἑλὼν θένοι, *occideret*. *Reisk.*

1215. Ὤφθη] *Conspectus est.* Hoc si de sene intelligitur, parum sibi constat Euripides, qui nunc demum conspectum

Θεῖ δ' εὐθὺς ἔξω, συλλαβὼν θοινάτορας,
Ὁ πυθόχρηστος Λοξίου νεανίας,
Κἀν κοιράνοισι Πυθικοῖς σταθεὶς, λέγει·
Ὦ γαῖα σεμνὴ, τῆς Ἐρεχθέως ὕπο
Ξένης γυναικὸς φαρμάκοισι θνήσκομεν.
Δελφῶν δ' ἄνακτες ὥρισαν πετρορρίφῆ
Θανεῖν ἐμὴν δέσποιναν οὐ ψήφῳ μιᾷ,
Τὸν ἱερὸν ὡς κτείνουσαν ἔν τ' ἀνακτόροις

Currit vero statim foras secum ducens convivas
Apollinis vaticinio renunciatus filius,
Et stans inter proceres Pythicos dixit:
O sancta terra, ab hac Erechthide
Peregrina muliere, venenis extinguimur.
Delphorum vero principes decreverunt, ut de rupe præcipitata
Moriatur mea domina, uno suffragio:
Ut quæ *virum* sacrum interficere voluerit, et in templo

tradit, quem v. 1213. ab Ione apprehensum dixerat. Sed hanc inconstantiam peperit, ni fallor, mendosa in versu præcedenti lectio. Scribo:

ἵν' αὐτοφώρῳ φάρμαχ' ὡς ἔχονθ' ἕλοι.

Ut ipsum venena gestantem offenderet. Reperta autem sunt [venena], *et ipse coactus ægre tandem declaravit.*

Quantam vim in judiciis habuerit deprehensio veneni, luculenter docebit Cic. pro Cluentio, c. 18. *Musg.*

1222. πετρορρίφῆ] Πετρορρίφὴς, λιθόβλητος, καὶ ὁ ἐκ πέτρας ἀποκρημνισθεὶς, quam significationem hoc in loco præfero; usitatum enim erat Delphis, noxios de rupe dejicere, quo mortis genere Æsopum affecerunt. Vide infra ad v. 1236. *Barnes.*

1222. a. In his versibus vitium inhærere videtur:

ποῖ φύγω δῆτ'; ἐκ γὰρ ἄκων προὔλαβον μόγις πόδα,
μὴ θανεῖν· κλοπῇ δ' ἀφῖγμαι, διαφυγοῦσα πολεμίους.

Sic in antiquis editionibus legitur. Barnesii autem lectio — ἐκ κακῶν γὰρ πρ. ex quo fonte manaverit, ignoro. Propius ad corruptæ lectionis vestigia accesseris corrigens:

ποῖ φύγω δῆτ' — ἐκ γὰρ ἕρκων προὔλαβον μόγις πόδα —
μὴ θανεῖν.

Vix tandem ex insidiis huc pedem proripui. De voce ἕρκος vide quæ notavimus cap. xv. (Em. Cr.) Junge ποῖ φύγω δῆτα (ὥστε) μὴ θανεῖν. *Jacobs.*

1223. οὐ ψήφῳ μιᾷ,] Interpretatur Barnesius: *communibus suffragiis, non uno tantum calculo.* Sed huic sensui melius conveniret ψήφῳ μιᾷ sine negativo. Videndum, an legi possit [ut Reisk. emendavit] ἐν ψήφῳ μιᾷ, ubi ἐν redundabit, ut in phrasi ἐν λιταῖς, Philoctet. v. 61. ἐν χειρῶν νόμῳ, Pollux Lib. II. sect. 149. ὑπὸ ψήφου μιᾶς, quod habet Aristoph. Lysistr. v. 270. alio sensu dicitur. S. Paul. Ep. ad Rom. xv. 6. ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι. *Musg.*

οὐ ψήφῳ μιᾷ,] Communibus suffragiis; non uno tantum calculo, sed omnibus, ut quæ aperte capitali supplicio digna videretur, quod antistitem Dei veneno tollere decreverat, idque in ipso templi colliminio. *Barnes.*

1229. Οὐκ ἔστ', οὐκ ἔστι θανάτου] Concinnius erit metrum, si legas ἔστιν, ut versus sit glyconius πολυσχηματιστος ex dispondeo et choriambo. *Heath.*

1231. ΕΒ. φανερὰ γὰρ, φανερὰ τάδ' ἤδη

Φόνον τιθεῖσαν. πᾶσα δὲ ζητεῖ πόλις
Τὴν ἀθλίως σπεύσασαν ἀθλίαν ὁδόν·
Παίδων γὰρ ἐλθοῦσ' εἰς ἔρον Φοίβου πάρα,
Τὸ σῶμα κοινῇ τοῖς τέκνοις ἀπώλεσεν.
ΧΟ. Οὐκ ἔστ', οὐκ ἔστιν θανάτου
Παρατροπὰ μελέᾳ μοι·
Φανερὰ γὰρ, φανερὰ τάδ' ἤδη,
Σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων θοᾶς

Cædem committere conata sit. Tota vero quærit civitas
Illam, quæ huc maturavit miserum iter:
Liberorum enim desiderio ad Phœbum profecta,
Corpus *suum* una cum liberis perdidit.
Cho. Non est; non est mortis
Effugium mihi miseræ:
Manifesta enim *sunt*, manifesta *sunt* hæc jam
Libationes ex Bacchi racemis cum perniciosæ

1227. Φοίβου πάρα. 1229. Οὐκ ἔστι θαν.

σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων ΘΟΑΣ
ἐχίδνας στάγοσι μιγνυμένας ΦΟΝΩι.

In θοὰς, quod sensum impedit. Codices variant, quorum alii θοᾶς, alii χοὰς exhibent. Illud ineptum, hoc ad veram scripturam ducit. Suspicor enim Euripidem scripsisse

σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων 'ΟΛΟΑΣ
ἐχίδνας στάγοσι μιγνυμένας ΦΟΝΙΟΙΣ.

Sic hæc verba expeditum sensum habent. *Omnia jam aperta sunt; perniciosam libationem vini cum cruentis viperæ guttis h. cum viperæ sanguine, esse commixtam.* In σπονδὰς ὀλοὰς poëtarum animadverte usum, qui nonnunquam epithetis utuntur, ex re subsequenti natis et derivatis. Ita, ut exemplum laudem, Lentulus Gæt. Epigr. VI.

Σῆμα τόδ' 'Αρχιλόχου παραπόντιον, ὅς ποτε πικρὴν
Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ.

ubi Musa nullam ob aliam causam πικρὴ vocatur, nisi quod Archilochus eam primus felle imbuisse dicitur. Alia exempla diligentibus antiquorum lectoribus sponte occurrent. *Jacobs.*

1232. θοᾶς] Ed. Ald. θοὰς. MSS. Steph. χοάς. *Musg.*

1232. s. Σπονδὰς ἐκ Διονύσου βοτρύων θοᾶς 'Εχίδνας σταγόσι μιγνυμένας φόνῳ,] Henricus Stephanus inquit: Pro θοὰς habent Vet. Cod. χοάς. At Brodæus θοὰς *mutat in* θοᾶς, *cui assentior*. Et ego quoque; atque hunc loci sensum æstimo: φανερὰ τάδ' ἤδη γίγνεται, δηλονότι τὰς σπονδὰς οἰνηρὰς τοῦ Βάκχου τῆς θοᾶς 'Εχίδνας καὶ τῆς ὀξείας καὶ ὀλεθρίου Γοργόνος φόνῳ καὶ φονίαις σταγόσι μεμιγμένας. Γοργόνα autem et hic et alibi sæpe 'Εχίδναν, aut viperam, emphatice vocat, quia habuit thoraca viperis seminatum, Θώρακ' 'Εχίδνης περιβόλοις ὡπλισμένον, ut ipse poëta loquitur, supra v. 993. *Barnes.*

Ita hæc metra constituenda:

Σπονδὰς ἐκ Διονύσου pherecrateus.
Βοτρύων θοᾶς ἐχίδνας trochaicus dimeter.
Σταγόσι μιγνυμένας φόνῳ periodus.

Heath. qui etiam conjicit φόνου, ut constructio sit; σταγόσι φόνου ἐχίδνας, *guttis sanguinis viperæ*. Contra Barn. etiam monet, fuisse hoc venenum revera viperæ sanguinem. *Beck.*



Ἐχίδνας σταγόσιν μιγνυμένας φόνῳ,
Φανερὰ θύματα νερτέρων,
Συμφοραὶ μὲν ἐμῷ βίῳ,
Λεύσιμοι δὲ καταφθοραί.
Δέσποινα, τίνα φυγὰν πτερόεσσαν, ἢ
Χθονὸς ὑπὸ σκοτίων μυχῶν πορευθῶ,
Θανάτου λεύσιμον
Ἄταν ἀποφεύγουσα, τεθρίππων
Ὠκίσταν χαλὰν ἐπιβᾶσ', ἢ
Πρύμνας ἐπὶ ναῶν;
Οὐκ ἔστι λαθεῖν, ὅτι μὴ χρήζων

Echidnæ gutta mortifera mixtas esse:
Manifesta *sunt* sacrificia mortuis parata,
Calamitates quidem meæ vitæ,
Et exitium per lapidationem.
O domina, quanam alata fuga, aut
Sub tenebricosos secessus terræ ibo,
Mortis lapidibus-allatum
Exitium fugiens? an quadrijugorum equorum
Celerrimam ungulam conscendens, aut
In puppi navium?
Non licet cuiquam latere, nisi volens

1233. φόνῳ,] Emendat Reiskius φόνου, quod mihi subfrigidum videtur. Lego:

σταγόσι μιγνυμένας φονοῦ.

σταγόνα in singulari pro *humore* quovis libenter adhibent. Sic μαζῶν ἡμετέρων σταγόνα, Antholog. H. Steph. p. 228. σταγόνα σπονδῖτιν, ibid. p. 420. Διωνύσου σταγόνι, Antholog. Reisk. Ep. 415.

σταγὼν φονὸς, ut χεῖρα φονία, Iphig. in Taur. v. 587. ξίφους φονίους, Soph. Ajac. v. 1050. *Musg.*

1234. θύματα νερτέρων,] Sic ἄγειν τὰ θύματ' εἰς ᾅδου τάδε, Herc. Fur. v. 450.

Lycophron: ᾅδη — θυμάτων, 1188. vid. et Herc. Fur. 450. *Musg.*

1236. Λεύσιμοι καταφθοραί.] *Lapidatio.* Et tamen Creusam e rupe Delphica ἀποκρημνισθῆναι jusserant proceres urbis. conf. v. 1222. et v. 1267. Ego vero cum Barnesio lapidationem, utpote notius mortis genus, non absurde a Choro commemoratam arbitror. *Musg.*

Λεύσιμοι δὲ καταφθοραί.] Ut ex versu 1222. Dejectionem e saxis apud Delphos usitatam probavimus; sic ex hoc loco, ut et versu 1239. ubi θανάτου λεύσιμον ἄταν, apparet, Chorum lapidationem formidasse. Neque tamen hæ res inter se pugnant. Quamvis enim reis usitatum et solenne esset id mortis genus, Chorus tamen potuit et aliud sibi notius formidare. Quin de saxo hanc dejiciendam mox aperte Ion affirmat, v. 1267. Ὅθεν πετραῖον ἅλμα δισκευθήσεται. *Barnes.*

1238. Reisk. emendat φωλὰν πετρόεσσαν (*lustrum, antrum saxeum*), ἢ χθονὸς ὑποσκότιον μυχόν. *Beck.*

1244. λαθεῖν.] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. λαβεῖν. *Musg.*

1245. s. μέλει ψυχῇ σε παθεῖν;] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. μέλλει. Sed legendum cum Æmil. Porto μένει. Æschyl.

Θεὸς ἐκκλέπτει. (1245)
Τί ποτ', ὦ μελέα δέσποινα, μένει
Ψυχῇ σε παθεῖν; ἆρα θέλουσαι
Δρᾶσαί τι κακὸν τοὺς πέλας αὐταὶ
Πεισόμεθ', ὥσπερ τὸ δίκαιον. (1249)
ΚΡ. Πρόσπολοι, διωκόμεσθα θανασίμους ἐπὶ σφαγὰς,
Πυθίᾳ ψήφῳ κρατηθεῖσ', ἔκδοτος δὲ γίγνομαι.
ΧΟ. Ἴσμεν, ὦ τάλαινα, τὰς σὰς συμφορὰς, ἵν' εἶ τύχης.
ΚΡ. Ποῖ φύγω δῆτ'; ἐκ γὰρ οἴκων προὔλαβον μόγις πόδα,

Deus *ipsum* surripiat.
Quidnam, O misera domina, manet
Anima te pati? Anne volentes
Afficere aliquo malo alios, ipsæ
Patiemur *hoc ipsum*, ut justum est?
Cre. Ministræ, investigamur ad funestam necem,
Pythio suffragio damnata: dedor autem *ad supplicium.*
Cho. Scimus, O misera, tuas calamitates, ubi sis infortunii.
Cre. Quo fugiam igitur? vix enim abstuli pedem extra mala,

1245. μέλει. 1246. ἆρα. 1250. Πυθίᾳ. 1252. ἐκ κακῶν γάρ.

Pers. v. 809. οὐ σφὶν κακῶν ὕψιστ' ἐπαμμένει παθεῖν. Soph. Ajac. v. 694. οἷαν σὲ μένει πυθέσθαι παιδὸς δύσφορον ἄταν. *Musg.*

1245. a. Τί ποτ', ὦ μελέα δέσποινα, μέλλει Ψυχὴ σὴ παθεῖν;] Ita legendum arbitror, pro μέλει ψυχῇ σε παθεῖν. Ψυχὴ autem σὴ est idem, quod σὺ, licet personam induit tertiam, ut sit: Τί ποτε, ὦ μελέα Δέσποινα, μέλλεις σὺ παθεῖν; Alius sensus frigidior paulo: Τί ποτε μέλει σοι σὲ παθεῖν: nam et sic ψυχῇ pro σοὶ stabit. Vide ad Helen. v. 52. *Barnes.*

Heath. reponit: Τί ποτ', ὦ μελέα Δέσποινα, μέλει ψυχῇ, σὺ πάθοις; i. e. μέλει ψυχῇ ἐμῇ, τί ποτε σὺ πάθοις. *Beck.*

1249. Citat R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxviii. *Burn.*

1250. Πυθίᾳ] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. πυθίῳ, quod male retinet contextus. *Musg.*

1251. ἵν' εἶ τύχης.] Scaligeri emendatio est. Sic ἵν' εἶ κακοῦ, Soph. Œd. Tyr. 421. ἵν' ἦμεν ἄτης ejusd. Electr. 942. Ed. Ald. ἵν' εὐτυχῆς, unde Canterus, non pro solita felicitate, οὐκ εὐτυχεῖς. *Musg.*

Ἴσμεν, ὦ τάλαινα, τὰς σὰς συμφορὰς, ἵν' εἶ τύχης.] Olim erat: ἵν' εὐτυχῆς. Canterus in hac re certe subfrigide: οὐκ εὐτυχεῖς. Quem sensum Latina versio post hausit, antequam et ipsa a nobis nitidior facta. Scaliger itaque solus hic recte scripsit: ἵν' εἶ τύχης, *ubi sis infortunii,* ut nunc exposuimus: ἵνα τῆς τύχης εἶ, ἤγουν ὅπου τῆς δυστυχίας ἦλθες. Ita Sophocles: ἵν' εἶ κακοῦ. Ita ipse Euripides Helen. v. 1444. ἵν' ἐλθεῖν βουλόμεσθα τῆς τύχης. Vid. quæ nos in eum locum. *Barnes.*

1252. ἐκ γὰρ ἄκων προὔλαβον μόγις πόδα,] Ἐκ κακῶν γὰρ recentes edd. ἐκ γὰρ ἄτων Musgrav. Lege ἐκ γὰρ οἴκων. Pherecrat. Polluc. VI. 60. (Vid. ad Med. 44.) *Por.*

ἐκ κακῶν γάρ] Ita jamdudum, nescio quo monente, ediderunt. Ed. Ald. ἐκ



Μὴ θανεῖν· κλοπῇ δ' ἀφῖγμαι, διαφυγοῦσα πολεμίους.
ΧΟ. Ποῖ δ' ἂν ἄλλοσ', ἢ 'πὶ βωμόν; ΚΡ. Καὶ τί μοι πλέον τόδε;
ΧΟ. Ἱκέτιν οὐ θέμις φονεύειν. ΚΡ. Τῷ νόμῳ δέ γ' ὄλλυμαι.
ΧΟ. Χειρία γ' ἁλοῦσα. ΚΡ. Καὶ μὴν οἵδ' ἀγωνισταὶ πικροὶ
Δεῦρ' ἐπείγονται ξιφήρεις. ΧΟ. Ἷζε νῦν πυρᾶς ἔπι.
Κἂν θάνῃς γὰρ ἐνθάδ' οὖσα, τοῖς ἀποκτείνασί σε
Προστρόπαιον αἷμα θήσεις· οἰστέον δὲ τὴν τύχην.
ΙΩΝ. Ὦ ταυρόμορφον ὄμμα Κηφισοῦ πατρὸς,
Οἵαν ἔχιδναν τήνδ' ἔφυσας, ἢ πυρὸς
Δράκοντ' ἀναβλέποντα φοινίαν φλόγα;
Ἧι τόλμα πᾶσ' ἔνεστιν, οὐδ' ἥσσων ἔφυ

Ne morerer: furtim autem *huc* perveni, elapsa ex manibus hostium.
Cho. Quonam alio, nisi ad aram? *Cre.* Quid vero mihi proderit hoc?
Cho. Non *est* fas occidere supplicem. *Cre.* At lege pereo.
Cho. Manibus quidem capta. *Cre.* Atqui illi sævi ministri
Huc festinant strictis ensibus. *Cho.* Sede nunc ad aram.
Etiamsi enim hic moriaris, tamen interfectoribus tuis
Piaculum ex tua cæde conciliabis: ferenda autem *est* fortuna.
Ion. O taurina facies *Cephisi* patris,
Qualem viperam hanc genuisti: aut ignis
Draconem ex oculis emittentem lethalem flammam,
Cui omnis audacia inest: neque minus dira est

γὰρ ἄκων: in quæ sic annotat H. Stephanus: "malo κακῶν pro ἄκων, ut habent vet. codices" unde colligas, ejus MSS. κακῶν habuisse. Alioqui legi posset: ἐκ γὰρ ἄτων. *Musg.*

Si κακῶν recte habet, debet ad μὴ θανεῖν referri, *ne morerer ex malis*, a malis casibus. Cogitavi aliquando ἐκ πετρῶν, aut ἐκ λίστρων. *Beck.*

1253. Citat R. P. Præf. ad Hecub. p. clxxxiii. *Burn.*

1260. ταυρόμορφον] Vid. ad Iphig. in Aul. v. 275. *Musg.*

Ὦ ταυρόμορφον ὄμμα Κηφισοῦ πατρὸς,] Cephisus erat pater Diogeniæ, quæ Phrasimo nupta peperit Praxitheam Erechthei uxorem, ex quibus parentibus nata Creusa, ut Apollod. Bibl. Lib. III. c. 14. sect. 1. Vid. quæ nos supra ad v. 260. Cephissus autem fluvius erat Atticus, de quo, et quod plures sint Cephisi, Schol. ad Orestem et Strabo Lib. IX. in Phocide, ad finem. Quare Ταυρόμορφον vocat, quia fluviis Tauri sacri, de qua re vide quæ nos ad Iphigen. Aul. v. 275. et Scholiast. ad Orest. v. 1373. Quin hoc poëtis est soltnne, ut fluvios tauris similes effingerene, etiam Latinis: ut Horatius, Lib. IV. Od. XIV. Sic *tauriformis volvitur Aufidus.* Et hoc, ut volunt, fit ob analogiam quandam; quoniam hi fluvii, cum impetu erumpentes, tauris similem edunt gemitum; vel, ut Hellanicus sensit, quia terram sulcare, tanquam boves aratores,

Γοργοῦς σταλαγμῶν, οἷς ἔμελλέ με κτανεῖν.
Λάζυσθ', ἵν' αὐτῆς τοὺς ἀκηράτους πλόκους
Κόμης καταξήνωσι Παρνασοῦ πλάκες,
Ὅθεν πετραῖον ἅλμα δισκευθήσεται.
Ἐσθλοῦ δ' ἔκυρσα δαίμονος, πρὶν ἐς πόλιν
Μολεῖν Ἀθηνῶν χὐπὸ μητρυιὰν πεσεῖν.
Ἐν συμμάχοις γὰρ ἀνεμετρησάμην φρένας
Τὰς σάς, ὅσον μοι πῆμα δυσμενής τ' ἔφυς·
Εἴσω γὰρ ἄν με περιβαλοῦσα δωμάτων
Ἄρδην ἂν ἐξέπεμψας εἰς Ἅιδου δόμους.
Ἀλλ' οὔτε βωμός, οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος,
Σώσει σ', ὁ δ' οἶκτος ὁ σὸς ἐμοὶ κρείσσων πάρα

Gorgoneis guttis, quibus me voluit interficere.
Prehendite eam, ut ejus pulchros cincinnos
Comæ lacerent saxa Parnassi,
Unde saltu de saxo dejicietur.
Bonam autem fortunam nactus sum, priusquam ad civitatem
Athenarum venirem, et sub noverca essem.
Inter socios enim expertus sum mentem
Tuam, quantum malum mihi sis, et *quam* inimica.
Accipiens enim me intra *tuam* domum,
Confestim sublatum demisisses in Plutonis domum.
Sed nec ara, nec Apollinis templum
Servabit te. Miseratio vero tua mihi potius debetur,

1266. Παρνησοῦ.

videntur; vel, ut aliis placet, quia circa ripas fluminum tauri magis audiantur mugire, ob uberiora pascua. Et sane pictores ita fluvios fingere solebant, aliquando Taurina, aliquando quoque humana specie, sed et sic etiam humano capiti nonnunquam cornua affigebant: de qua re, ut de *tauriformibus* fluviis, et præcipue de Cephiso, vide Cœlium Rhodiginum Lection. Antiq. Lib. XVII. c. 33. *Barnes.*

1261. ἴφυσας,] Vel quia Cephisus, secundum Apollodorum Lib. III. c. 14. sect. 1. abavus erat Creusæ: vel eo sensu, quo Athenienses omnes, utpote ad Cephisum nati, ejus soboles dici possent. *Musg.*

1262. ἀναβλέποντα — φλόγα;] Talia de serpentibus commenta apud Veteres non penitus fide indigna judicata sunt. Diod. Sic. Lib. III. c. 37. ἀποφαίνονται ὄφεις διὰ τοῦ πυρωποῦ τῶν ὀφθαλμῶν ἀστραπῇ παραπλησίως ἀποτυφλοῦν τὴν ὅρασιν κ. τ. λ. *Musg.*

1263. ἔφυ] H. Stephani emendatio est. Ed. Ald. ἔφη. *Musg.*

1267. Ὅθεν πετραῖον ἅλμα δισκευθήσεται.] Vide supra ad v. 1236. *Barnes.*

1270. ἀνεμετρησάμην] Ἐπυρησάμην. *Barnes.*

1273. εἰς Ἅιδου δόμους.] Post hæc verba inserendos arbitror versum Ἴδιοι — cum duobus sequentibus. Nam quod dicitur, v. 1274. nec altare, nec templum, Creu-

Καὶ μητρὶ τῇ 'μῇ· καὶ γὰρ εἰ τὸ σῶμά μοι
Ἄπεστιν αὐτῆς, τοὔνομ' οὐκ ἄπεστί πω.
Ἴδεσθε τὴν πανοῦργον, ἐκ τέχνης τέχνην
Οἵαν ἔπλεξ'· οὐ βωμὸν ἔπτηξεν θεοῦ,
Ὡς οὐ δίκην δώσουσα τῶν εἰργασμένων;
ΚΡ. Ἀπεννέπω σε μὴ κατακτείνειν ἐμὲ
Ὑπέρ τ' ἐμαυτῆς τοῦ θεοῦ θ', ἵν' ἕσταμεν.
ΙΩΝ. Τί δ' ἐστὶ Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέσῳ;
ΚΡ. Ἱερὸν τὸ σῶμα τῷ θεῷ δίδωμ' ἔχειν.
ΙΩΝ. Κᾆπειτ' ἔκαινες φαρμάκοις τὸν τοῦ θεοῦ;

Et matri meæ. Etsi enim mihi corpus
Ejus abest: tamen nomen nunquam abest.
Videte hanc veneficam, dolum ex dolo
Qualem nexuerit: non reverita est aram dei,
Tanquam non datura pœnas factorum *suorum*.
Cre. Interdico tibi ne me interficias,
Et meo ipsius, et dei nomine, ad cujus aram stamus.
Ion. Quid vero rei tibi et Phœbo commune est?
Cre. Corpus hoc deo sacrum do habendum.
Ion. Et tamen interfecisti, qui Dei erat?

1279. ἔπλεξ', οὐ β. 1280. εἰργασμένων. 1285. ἔκτανες.

sæ saluti fore, manifeste respicit opinionem ejus, quam versu ὡς οὐ δίκην δώσουσα — enunciat poëta. *Musg.*

1275. ὁ σὸς] Ita optime Aldina. Sensus est: *miseratio, quam Tu commovere cupis, mihi et matri meæ potiori jure debetur.* Scaligero placet ἴσος. *Musg.*

ὁ δ' οἶκτος ὅσος] Ita Scaliger legendum recte statuit pro ὁ σὸς, ut sit mens loci: ὁ δὲ οἶκτος, ὅσος ἐμοὶ ἐνδεικτέος, κρείσσων πάρεστιν ἐμαυτῷ, καὶ τῇ μητρὶ ἐμοῦ, ἥτις ἐστὶν, ἢ σοὶ, τῇ ἀνδροφόνῳ. *Barnes.*

1279. οὐ βωμὸν ἔπτηξεν θεοῦ,] Scaliger pro οὐ legit ἦ, non bene; Ὁ γὰρ νοῦς· καὶ κακότεχνος οὖσα καὶ παιδοφόνος οὐκ αἰδεῖται τὸν ἁγνοῦ θεοῦ βωμόν. Ἄλλως· ἢ πρὸς βωμὸν ἔπτηξε. *Barnes.*

Reisk. scribit: ἔπλεξ' ὑπὸ βωμόν.

Heath. emendat: οὗ βωμὸν ἔπτηξεν θεοῦ. Ad βωμὸν subaudit πρὸς, ut sensus sit: *Videte, quo in loco prope dei aram se abdiderit. Beck.*

1285. Κᾆπειτ' ἔκτανες] Pro ἔκτανες Duportus maluit ἔκαινες, quod verbum de veneficiis vix puto adhibitum esse. Lego igitur: κᾆτ' ἔκτανές με. *Musg.*

Κᾆπειτ' ἔκτεινας φαρμάκοις τὸν τοῦ θεοῦ;] Olim erat ἔκτανες, quod per versum stare nequibat. Scaliger emendavit ἔκανες, a καίνω, quod tamen haud magis stare potest; nisi forte velit ἔκαινες, ut Duportus legit. Lego itaque ἔκτεινας, quod paulò post, v. 1290. iterum eadem vox occurrit: Ἔκτεινα δ' ὄντα πολέμιον δόμοις ἐμοῖς. Vel certe legas ἔκτεινες. In hac autem voce prior syllaba est communis, de qua re vide ad Phœniss. v. 19. Sic infra v. 1341. Πῶς οὖν ἔκρυπτες. *Barnes.*

Heath. dubitat, an ἔκτεινας possit et soleat primam corripere. Propterea ἔκαινες reponit.

Reisk. scribit: κᾆπειτ' ἔκτανες ἂν φαρμάκοις, *et nihilominus tamen me occidisses veneno, si successus voluntati tuæ respondisset. Beck.*

ΚΡ. Ἀλλ' οὐκέτ' ἦσθα Λοξίου, πατρὸς δὲ σοῦ.
ΙΩΝ. Ἀλλ' ἐγενόμεσθα, πατρὸς οὐσίαν λέγω.
ΚΡ. Οὐκοῦν τότ' ἦσθα· νῦν δ' ἐγὼ, σὺ δ' οὐκέτ' εἶ.
ΙΩΝ. Οὐκ εὐσεβεῖς γε, τἀμὰ δ' εὐσεβῆ τότ' ἦν.
ΚΡ. Ἔκτεινα δ' ὄντα πολέμιον δόμοις ἐμοῖς.
ΙΩΝ. Οὔτοι σὺν ὅπλοις ἦλθον ἐς τὴν σὴν χθόνα;
ΚΡ. Μάλιστα· κἀπίμπρας γ' Ἐρεχθέως δόμους.
ΙΩΝ. Ποίοισι πανοῖς, ἢ πυρὸς ποίᾳ φλογί;
ΚΡ. Ἔμελλες οἰκεῖν τἄμ', ἐμοῦ βίᾳ λαβών.
ΙΩΝ. Πατρός γε γῆν διδόντος, ἣν ἐκτήσατο.

Cre. Verum non amplius eras Apollinis, sed patris tui.
Ion. Aliter ejus fuimus: patris enim adoptionem non dico,
Cre. Fueris ergo tunc: nunc autem ego sum *Deo sacra*, tu non amplius.
Ion. Non pie facis, ego vero tunc pius eram.
Cre. Interfeci enim *te* existentem hostem meæ familiæ.
Ion. Non sane armatus veni in tuam terram.
Cre. Maxime: incendisti quoque jam domum Erechthei.
Ion. Quibus facibus, aut qua flamma ignis?
Cre. Eras habiturus mea, me invita occupans.
Ion. Patre concedente terram, quam *armis* acquisivit.

1287. πατρὸς δ' οὐσίαν. 1291. ὅπλοισιν. 1293. π. δαλοῖς.

1287. Versus mendosissimus, quem sic forte restituas:

ἄλλως ἐγενόμεσθ' οὐ πατρὸς θέσιν λέγω.

Alio modo ad Deum pertinebam; non jam de Patris adoptione loquor. Apollinem utique, cui alimenta debebat, patrem adoptaverat, i. e. ut patrem coluerat, Ion. confer v. 136. Verum quo tempore Xutho ut filius traditus erat, desiit Phœbi filius, etiam adoptivus, esse. Hoc se argumento tuetur Creusa: οὐκέτ' ἦσθα Λοξίου πατρὸς δὲ σοῦ. Reponit Ion: *atqui, alio modo ad Deum pertinebam*, i. e. si non filius, minister certe eram Dei: non enim de eo nunc, ut de patre adoptivo, loquor.

Ἄλλως, quod pro ἀλλ' non raro in MSS. per compendium scribitur ἀλλ῀.

Θέσις sensu forensi est *adoptio*. Diod. Sic. in Excerptis, p. 583. Ed. Wess. ἔσχε κατὰ θέσιν πάππον τὸν Σκιπίωνα. Philostr. Vit. Apoll. Lib. VI. c. 6. οὐκ ἀπὸ τῶν φύσει πατέρων ὀνομάζεις αὐτὴν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν θέσει. *Musg.*

πατρὸς οὐσίαν λέγω.] Τὸ δ', quod prius male inter πατρὸς et οὐσίαν irrepserat, recte Canterus et Scaliger rejiciunt: Versui enim inprimis nocet. Vide Canteri Novar. Lection. Lib. V. c. 11. Metuo autem, ne hic locus aliquo modo laboret; non enim sensum loci perspicuum video, licet οὐσίαν pro divitias, aut possessiones, vel aliud denique, capiam. Æmilius Portus putat, Canterum hic τὸ πατρὸς, ut vocem superfluam, rejecisse, et mire nugatur; quum satis constet, Canterum τὸ δ' tantum respicere; ut de eadem voce plus semel in eodem loco idem statuit.

Barnes.

Forte, πατέρα δ' οὖν σ' ἐᾷν λέγω, *suadeo igitur, hanc de patre contentionem omittas.*

Ex veteri scriptura πατρὸς δ' οὐσίαν λέγω, Heath. efficit: Ἀλλ' ἐγενόμεσθα τὸ πάρος, οὐσίαν λέγω. *At prius hujus fui, partem ejus rei familiaris me fuisse dico;* aut, distinctione post ἐγενόμεσθα posita,

ΚΡ. Τοῖς Αἰόλου δὲ πῶς μετῆν τῆς Παλλάδος;
ΙΩΝ. Ὅπλοισιν αὐτὴν, οὐ λόγοις, ἐῤῥύσατο.
ΚΡ. Ἐπίκουρος οἰκήτωρ γ' ἂν οὐκ εἴη χθονός.
ΙΩΝ. Κἄπειτα τοῦ μέλλειν μ' ἀπέκτεινες φόβῳ;
ΚΡ. Ὡς μὴ θάνοιμί γ', εἰ σὺ μὴ μέλλων τύχοις.
ΙΩΝ. Φθονεῖς, ἄπαις οὖσ', εἰ πατὴρ ἐξεῦρέ με;
ΚΡ. Σὺ τῶν ἀτέκνων δῆτ' ἀναρπάσεις δόμους;
ΙΩΝ. Ἡμῖν δέ γ' ἀλλὰ πατρικῆς οὐκ ἦν μέρος;
ΚΡ. Ὅσ' ἀσπὶς ἔγχος θ'· ἥδε σοι παμπησία.
ΙΩΝ. Ἔκλειπε βωμὸν καὶ θεηλάτους ἕδρας.

Cre. Quod vero jus est Æoli *posteris* in *urbe* Palladis?
Ion. Armis eam liberavit, non verbis.
Cre. Auxiliator, non fuerit terræ *dominus*.
Ion. Ergo occidisti me metu ne idem cogitarem?
Cre. Ne morerer, si tu non morereris.
Ion. Invides, quod pater invenit me, cum tu careas liberis?
Cre. Tu ergo eorum, qui carent liberis, diripies domos?
Ion. Nobis igitur saltem *hæreditatis* paternæ nulla erit portio?
Cre. Quæcunque clypeus, hastaque: hæc tibi universa possessio.
Ion. Relinque aram, et numine plenas sedes.

1304. ἔγχος θ', ἃ δέ σοι π.

vertendum: *At fuimus: de conditione mea priori loquor.*

Hujus versus, qui corruptus est, sensum utcunque ita expressit Prev.: "Je dûs à l'un la vie, à l'autre le moyen d'en jouir." *Beck.*

1289. Reisk. scribit: οὐκ εὐσεβεῖς σύ γε. *Beck.*

1292. κἀπίμπρας γ'] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. κἀπίμπρας δ'. *Musg.*

1293. δαλοῖς;] MS. G. στανοῖς (puto pro πανοῖς) et in margine δαλοῖς. *Musg.*

1296. ΚΡ. Τοῖς Αἰόλου δὲ πῶς μετῆν τῆς Παλλάδος;
ΙΩΝ. Ὅπλοισιν αὐτὴν, ΟΥ' ΛΟΓΟΙΣ, ἐῤῥύσατο.

Hæc, pro meo quidem sensu, perquam inficeta sunt. Id enim simpliciter quæritur, quo jure Xuthus Athenis regnet? Ad hanc quæstionem si ita respondet Ion, eum optimo jure regnare, quippe qui urbem ab hostibus liberaverit, optime respondet; male autem, ut mihi videtur, si Xuthum *non verbis* sed armis pro Atheniensibus pugnasse ait. Quare *non verbis?* aut quorsum hæc spectant? Valde sane vereor, ne librariis putidum hoc emblema debeamus. Quid multa? Euripides scripsit

Ὅπλοισιν αὐτὴν, 'ΩΣ ΛΕΓΟΥΣ', ἐῤῥύσατο.

Recte, ὡς λέγουσιν *ut ferunt.* Nihil enim ejus scire poterat puer innocentissimus, nisi quod fama ad aures suas pervenerat. *Jacobs.*

1299. s. ΙΩΝ. Κᾆτα τοῦ μέλλειν μ' ἀποκτείνεις φόβῳ;
ΚΡ. Ὡς μὴ θάνοιμί γ', εἰ σὺ μὴ μέλλων τύχοις.

In altero horum versuum verbum μέλλων

ΚΡ. Τὴν σὴν ὅπου σοι μητέρ' ἐστι, νουθέτει.
ΙΩΝ. Σὺ δ' οὐχ ὑφέξεις ζημίαν, κτείνουσ' ἐμέ;
ΚΡ. Ἤν γ' ἐντὸς ἀδύτων τῶνδέ με σφάξαι θέλῃς.
ΙΩΝ. Τίς ἡδονή σοι θεοῦ θανεῖν ἐν στέμμασιν;
ΚΡ. Λυπήσομέν τιν', ὧν λελυπήμεσθ' ὕπο.
ΙΩΝ. (Φεῦ.) δεινόν γε, θνητοῖς τοὺς νόμους ὡς οὐ καλῶς
Ἔθηκεν ὁ θεὸς, οὐδ' ἀπὸ γνώμης σοφῆς·
Τοὺς μὲν γὰρ ἀδίκους βωμὸν οὐχ ἵζειν ἐχρῆν,
Ἀλλ' ἐξελαύνειν· οὐδὲ γὰρ ψαύειν καλὸν
Θεῶν πονηρὰν χεῖρα, τοῖσι δ' ἐνδίκοις

Cre. Erudias tuam matrem, ubicunque est.
Ion. Num tu non dabis pœnas me interficiens?
Cre. Siquidem intra hæc adyta velis me interficere?
Ion. Quæ voluptas tibi *est*, mori inter corollas Dei?
Cre. Afficiemus dolore quendam *eorum*, a quibus dolore fuimus affectæ.
Ion. Proh! Mirum certe *est*, quod hominibus non recte leges
Posuerit Deus, neque sapienti consilio:
Injustos enim *ad* aram sedere non conveniebat,
Sed depellere *inde*: neque enim honestum *est* attrectari
Deos manu injusta: sed justos

ex præcedente temere repetitum esse suspicor. Fortasse scribendum:

ὡς μὴ θάνοιμί γ', εἰ σὺ μὴ βλέπων τύχοις.

Ut scilicet te interfecto, ipsa ne interficerer. Βλέπειν tum simpliciter, tum adjunctis vocabulis φάος, φέγγος, ἡμέραν et aliis, pro *vivere* positum sexcenties apud tragicos occurrit. *Jacobs.*

1309. ἐν στέμμασιν;] i. e. super aram: aras enim sertis redimire mos erat. Ovidius Trist. Lib. V. Eleg. 5. v. 9.

Araque gramineo viridis de cespite fiat,
Et velet tepidos nexa corona focos.

Archias in Anthol. H. Steph. p. 77.

— σὺν' ἐπιδυῇ
Εἴαρος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων.

Musg.

1310. Λυπήσομέν τιν',] Apollinem innuit. *Barnes.*

Pro ὧν Valck. ad Hippol. 725. emendat οὗ. *Beck.*

1311. Φεῦ.] Τὸ φεῦ hic etiam otiosum in carmine occurrit; de qua re plus satis monuimus. Vide Iphigen. Aul. v. 666.

δεινόν γε θνητοῖς τοὺς νόμους, &c.] Hic locus de asylorum privilegio, nescio, an ullibi alias acutius et copiosius tractetur, quam ab illustri illo Domini Thomæ Mori ingenio, in Anglica sua Edwardi quinti regis historia, quam fere ad finem Johannis Harding Metrici Chronici habemus; quamque in Johannis Speedi historiam suo loco insertam videas. *Barnes.*

1313. Τοὺς μὲν γὰρ ἀδίκους βωμὸν οὐχ ἵζειν ἐχρῆν,] Queritur itaque supra, quod Creusa, ἄδικος οὖσα καὶ πανοῦργος, οὐ βωμὸν ἵστηξεν θεοῦ, v. 1279. *Barnes.*

1314. s. οὐδὲ γὰρ ψαύειν καλὸν Θεῶν πονηρὰν χεῖρα,] Ordinatio loci hæc est: οὐδὲ γὰρ καλὸν, τὴν πονηρὰν χεῖρα, ἤγουν πονηρὸν ἄνθρωπον, ψαύειν θεῶν, ἢ τῶν βωμῶν αὐτῶν. De χεὶρ autem pro ἄνθρωπος vide ad Helen. v. 1523. *Barnes.*

Ἱερὰ καθίζειν, ὅστις ἠδικεῖτ᾽, ἐχρῆν,
Καὶ μὴ ᾽πὶ ταὐτὸ τοῦτ᾽ ἰόντ᾽ ἔχειν ἴσον
Τόν τ᾽ ἐσθλὸν ὄντα τόν τε μὴ θεῶν πάρα.

Ad sacras *aras* sedere oportebat, quicunque injuria afficeretur,
Non tamen in eundem hunc *locum* venientes par commodum impetrare
A diis et justum et injustum *virum*.

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Cum jam nulla alia ratione vis et periculum a Creusa amplius depelli poterat, subito Pythia prophetissa, Ionis nutrix, adest, arculam illi proferens, in qua erat is olim cum quibusdam symbolis expositus et Delphis repertus: Nempe ut per hæc signa matrem suam exquireret. Dum hæc Ion venerabundus scrutatur manibusque versat in omnium conspectu, ut certissima sui generis indicia; Creusa statim arculam agnoscit, et proinde Ionem filium suum esse colligit, quod et illi ipsi evidentissimis tandem probat argumentis. Hinc subito mutua oscula et complexus. Creusa filio exponit, quomodo et unde illum pepererit; quod cum adolescens præ dubitatione ad ipsum Apollinem referre vellet, Minerva subito adest, rem totam expositura, quæ et Creusæ sermones confirmat, Apollinisque absentiam excusat, illius vero amicam providentiam aperit, et in posterum Ionem et res Atheniensium Diis curæ fore dicit. Ion ergo et Creusa, repente rebus mutatis, ad gratias benigno Numini agendas excitantur.

ΠΥΘΙΑ.

Ἐπίσχες, ὦ παῖ· τρίποδα γὰρ χρηστήριον
Λιποῦσα, θριγκοῦ τοῦδ᾽ ὑπερβάλλω ποδὶ

PYTHIUS.

Contine te, O fili, tripodem enim fatidicum
Ego relinquens, septum istud supero pede,

1315. ἐνδίκοις] Regitur ab ἐχρῆν, quæ admodum rara est constructio. *Musg.*

1316. Ἱερὰ καθίζειν,] Olim male ἱερὰ scriptum erat; nullo enim modo trochæus in iambico versu stabit, dactylus autem in primis, tertiis et quintis sedibus haud difficulter: quare ἱερὰ lego dactylice; miror autem neminem prius hoc vidisse. Ordinatio loci ita se habet: ἐχρῆν δὲ τοῖς ἐνδίκοις, ὅστις, ἤγουν αὐτῶν, ἠδικεῖτο, ἱερὰ καθίζειν. *Barnes.*

1317. s. Καὶ μὴ ᾽πὶ ταὐτὸ τοῦτ᾽ ἰόντ᾽ ἔχειν ἴσον Τόν τ᾽ ἐσθλὸν ὄντα, τόν τε μὴ, θεῶν πάρα.] Repetendum ex præcedenti versu ἐχρῆν, ut sit: καὶ ἐχρῆν, μὴ τόν τε ἐσθλὸν, καὶ τὸν μὴ ἐσθλὸν, δηλονότι, ἤγουν τὸν κακὸν, ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἰόντε [δυϊκῶς] παρὰ θεῶν ἴσον ἔχειν, τῆς τιμῆς δηλονότι. *Barnes.*

1324. λεγώμεσθ᾽·] Ita Edd. recentiores, nescio, quo auctore. Ed. Ald. λεγόμεσθ᾽. *Musg.*

1325. ὅς μ᾽ ἔκτεινεν] Ὡς ἐμὲ κτείνειν ἤθελεν, ἐπειρᾶτο. De hac loquendi forma variasque instantias vide in Æmil. Porti Notis ad Andromach. v. 810. et quæ nos ad eundem locum. *Barnes.*

Φοίβου προφῆτις, τρίποδος ἀρχαῖον νόμον
Σώζουσα, πασῶν Δελφίδων ἐξαίρετος.
ΙΩΝ. Χαῖρ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, οὐ τεκοῦσά περ.
ΠΥ. Ἀλλ' οὖν λεγώμεθ'· ἡ φάτις δ' οὔ μοι πικρά.
ΙΩΝ. Ἤκουσας, ὥς μ' ἔκτεινεν ἥδε μηχαναῖς;
ΠΥ. Ἤκουσα· καὶ σύ γ', ὠμὸς ὤν, ἁμαρτάνεις.
ΙΩΝ. Οὐ χρή με τοὺς κτείνοντας ἀνταπολλύναι;
ΠΥ. Προγόνοις δάμαρτες δυσμενεῖς ἀεί ποτε.
ΙΩΝ. Ἡμεῖς δὲ μητρυιαῖς γε, πάσχοντες κακῶς.
ΠΥ. Μὴ ταῦτα· λείπων ἱερὰ καὶ στείχων πάτραν —
ΙΩΝ. Τί δή με δρᾶσαι νουθετούμενον χρεών;
ΠΥ. Καθαρῶς Ἀθήνας ἔλθ' ὑπ' οἰωνῶν καλῶν.
ΙΩΝ. Καθαρὸς ἅπας τοι, πολεμίους ὃς ἂν κτάνῃ.
ΠΥ. Μὴ σύ γε· παρ' ἡμῶν δ' ἔκλαβ' οὓς ἔγω λόγυς.

Phœbi sacerdos, antiquum ritum tripodis
Servans, electa ex omnibus Delphicis *mulieribus*.
Ion. Salve, O chara mihi mater, quamvis *me* non pepereris.
Pyt. Sed tamen dicamur, hæc enim appellatio mihi non *est* ingrata.
Ion. Audivisti, ut hæc me interfecit *suis* dolis?
Pyt. Audivi; et tu crudelitate peccas.
Ion. Nonne decet me interfectores meos vicissim perdere?
Pyt. Semper *sunt* infestæ uxores privignis.
Ion. Et nos novercis, quum maleficiis inficimur *ab ipsis*.
Pyt. Apage hæc, relinquens templa et proficiscens patriam —
Ion. Quid me facere convenit *abs te* admonitum?
Pyt. Vade purus Athenas bonis avibus.
Ion. Purus est certe, quisquis occidit hostes.
Pyt. Ne tu *sic facias*; a nobis, quos habeo sermones, accipe.

1329. μητρ. τι.

1326. ὠμὸς] Ita recte; cum in nonnullis ὤμὲς olim. *Barnes.*

1328. Προγόνοις δάμαρτες δυσμενεῖς ἀεί ποτε.] Δάμαρτες, ἀντὶ τοῦ μητρυιαὶ, αἱ μὲν γάρ εἰσιν αὐτῶν πατράσι δάμαρτες. De novercis autem vide quæ nos supra ad v. 1025. *Barnes.*

1329. μητρυιαῖς τε,] Legendum μητρυιαῖς γε. *Musg.*

Pro τε jam Reisk. reposuerat γε. *Beck.*

1330. Μὴ ταῦτα·] *Apage hæc.* Interpungendum enim post ταῦτα.

στείχων πάτραν,] *Proficiscens patriam*, nempe Athenas. Atqui Ion patriam hactenus ignorabat, suspicabatur autem, se Delphis, non Athenis, natum. vid. supra v. 549. An igitur legendum στειχῶν πατρὶ, *comitans patrem*. De verbo στειχέω, vide Jo. Alb. Fabric. ad Sext. Empir. p. 255. *Musg.*

Μὴ ταῦτα·] Μὴ σὺ οὕτω ποίει, δυσμενὴς ἂν αὐτῇ τὸ νῦν, ὅτε ἤδη λείπεις Δελφοὺς, καὶ πάτραν αὐτῆς, ἤγουν Ἀθήνας, ἀφικνούμενος

ΙΩΝ. Λέγοις ἄν· εὔνους δ' οὖσ' ἐρεῖς, ὅσ' ἂν λέγῃς.
ΠΥ. Ὁρᾷς τόδ' ἄγγος χειρὸς ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς;
ΙΩΝ. Ὁρῶ παλαιὰν ἀντίπηγ' ἐν στέμμασιν.
ΠΥ. Ἐν τῇδέ σ' ἔλαβον νεογόνον βρέφος ποτέ.
ΙΩΝ. Τί φῄς; ὁ μῦθος εἰσενήνεκται νέος.
ΠΥ. Σιγῇ γὰρ εἶχον αὐτά, νῦν δὲ δείκνυμεν.
ΙΩΝ. Πῶς οὖν ἔκρυπτες τόδε, λαβοῦσ' ἡμᾶς πάλαι;
ΠΥ. Ὁ θεός σ' ἐβούλετ' ἐν δόμοις ἔχειν λάτριν.
ΙΩΝ. Νῦν δ' οὐχὶ χρῄζει; τῷ τόδε γνῶναί με χρή;
ΠΥ. Πατέρα κατειπὼν τῇσδέ σ' ἐκπέμπει χθονός.

Ion. Dicas; benevola enim existens dices, quæcunque dices.
Pyt. Vides hoc vas sub meæ manus ulnis?
Ion. Video arculam antiquam involutam coronis.
Pyt. In hac te accepi infantem olim recens-natum.
Ion. Quid ais? Hic sermo novus affertur.
Pyt. Clam enim habui hæc: nunc vero ostendimus.
Ion. Quomodo igitur occultâsti hoc, cum acceperis nos dudum?
Pyt. Deus te voluit in templo habere ministrum.
Ion. An nunc non vult? Unde hoc possum scire?
Pyt. Indicans patrem dimittit te ex hac terra.

τυγχάνεις. Scaliger σὺ pro μὴ male.
Barnes.

1332. Καθαρὸς Ἀθήνας ἦλθ' ὑπ' οἰωνῶν καλῶν.

Καθαρὸς ἅπας τις, πολεμίους ὃς ἂν κτάνῃ.

Vulgo καθαρῶς. Sic δίκαιος, non δικαίως, Æschyl. Theb. 424. (414. ed. Glasg.)
Por.

1334. Μὴ σύ γε·] Δηλονότι, οὕτω καθαρὸς εἶναι θέλε, μὴ σὺ θέλε αὐτὴν κτείνειν.
Barnes.

1335. ὅσ' ἂν λέγῃς.] *Quæcunque enim dicis, bono animo dices.* Nihil hic impediti, neque adeo necessarium est cum Piersono legere ὅσ' ἄν γε λῇς, vel ὅσ' ἂν θέλῃς. Verisim. p. 12. *Musg.*

1336. Sententiam turbat vox χειρὸς. An legendum: ὁρᾷς τοῦδ' ἄγγεος πλέκος — ἄγγεος πλέκος idem scil. valebit, quod πλεκτὸν ἄγγος, i. e. *vas vimineum.* Hesychius: πλέκος, πλέγμα. Exstat vox apud Aristophanem, pluribus locis. *Musg.*

Vulnere laborat versus hic ubi Pythia ait:

Ὁρᾷς τόδ' ἄγγος ΧΕΡΟΣ ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς:

Ineptæ lectionis ineptior etiam explicatio Latini interpretis: *Vides hoc vas sub meæ manus ulnis?* Facili conjectura corrigo:

Ὁρᾷς τόδ' ΑΓΓΟΥΣ ΚΥΤΟΣ ὑπ' ἀγκάλαις ἐμαῖς.

Versu 37. nostræ tragœdiæ

— πλεκτὸν ἔξαρας κύτος.

et propius adhuc ad nostram emendationem in Cycl. v. 398.

τὸν μὲν λέβητος εἰς κύτος χαλκήλατον.

Alcman. ap. Athen. Lib. X. p. 416. C.

καὶ πῆμα τοι δώσω τρίποδος κύτος.

Vide Markland. ad Suppl. v. 1212. Abresch. in Æschyl. Lib. II. p. 281.
Jacobs.

1337. ἀντίπηγ'] Ἀντίπηγα. Hesychius; Ἀντίπηγα, κίστην, Εὐριπίδης Ἴωνι ἤγουν ἀγγεῖον. Vide supra ad v. 19. *Barnes.*

ΙΩΝ. Σὺ δ' ἐκ κελευσμῶν, ἢ πόθεν, σώζεις τάδε;
ΠΥ. Ἐνθύμιόν μοι τόδε τίθησι Λοξίας.
ΙΩΝ. Τί χρῆμα δράσειν; λέγε, πέραινε σοὺς λόγους.
ΠΥ. Σῶσαι τόδ' εὕρημ' ἐς τὸν ὄντα νῦν χρόνον.
ΙΩΝ. Ἔχει δέ μοι τί κέρδος, ἢ τίνα βλάβην;
ΠΥ. Ἐνθάδε κέκρυπται σπάργαν', οἷς ἐνῆσθα σύ.
ΙΩΝ. Μητρὸς τάδ' ἡμῖν ἐκφέρεις ζητήματα.
ΠΥ. Ἐπεί γ' ὁ δαίμων βούλεται, πάροιθε δ' οὔ.
ΙΩΝ. Ὦ μακαρίων μοι φασμάτων ἥδ' ἡμέρα.
ΠΥ. Λαβών νυν αὐτὰ, τὴν τεκοῦσαν ἐκπόνει.

Ion. Tu vero an jussu alicujus, aut unde servas hæc?
Pyt. In animo mihi hoc posuit Apollo.
Ion. Quam rem ut ageres? Dic, perfice tuos sermones.
Pyt. Ut servarem hoc inventum ad præsens usque tempus.
Ion. An autem lucri, aut damni aliquid mihi fert istud?
Pyt. Hic occultatæ sunt fasciæ, in quibus tu situs fuisti.
Ion. Matris hæc nobis profers inquirendæ indicia.
Pyt. Quando deus *hoc* vult: antea enim minime.
Ion. O hæc dies, faustas res mihi monstrat
Pyt. Accipe itaque hæc, et sedulo quære matrem.

1350. σπαργάνοισιν· οἷσθα σύ; 1354. νῦν.

1340. Reisk. legit αὐτὸ, quod ad ἄγγος pertineat. *Beck.*

1341. Πῶς οὖν ἔκρυπτες] Primam syllabam ἔκρυπτες hic communem habet; de qua re vide supra, ad v. 1285. Κἄπειτ' ἔκτεινας. *Barnes.*

1346. Ἐνθύμιον] Pluribus exemplis illustratum vide ad Herc. Fur. v. 722. Quibus adde ἐνθύμιον ποιησάμενος, Aristid. Vol. I. p. 284. Ed. Jebb. ἐνθύμιόν οἱ ἐγίνετο, Herodot. Lib. VIII. c. 54.

τόδε] Non deterius τότε, quod habet MS. G. superscripto τόδε. *Musg.*

1347. δράσειν;] Malim δρᾶσαι, ut mox σῶσαι. *Musg.*

1350. Ἐνθάδε κέκρυπται σπαργάνοισιν· οἶσθα σύ.] Musgrav. Exercitat. II. 15. p. 120. σπαργάνοισιν οἶσθ' ἃ σοι; Legendum Ἐνθάδε κέκρυπται σπάργαν', οἷς ἐνῆσθα σύ. Æschyl. Choëph. 758. παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις. Agam. 1615. τυτθὸν ὄντ' ἐν σπαργάνοις. *Por.*

Quidni vero noverit, quod ab ipsa paullo ante audierat. vid. v. 1358. Itaque pro κέκρυψαι, quod ex MSS. Steph. prolatum est, reponendum, quod dederat Aldina, κέκρυπται, legendumque præterea οἶσθ' ἅ σοι:

ἐνθάδε κέκρυπται σπαργάνοισιν οἶσθ' ἃ σοι;

Nostin', quæ hic Tibi in fasciis occultantur? Musg.

Reiskius emendat: ἐνθάδε κέκρυπται σπάργαν', οἷς ἐνῆσθα σὺ, *hic* (in hac arcula) *conditæ jacent fasciæ pueriles, et crepundia, in quibus olim situs fuisti tu*, vel οἷς συνῆσθα. *Beck.*

1353. Ὦ μακαρίων μοι φασμάτων ἥδ' ἡμέρα.] Ὦ ἥδε ἡμέρα φασμάτων ἐμοὶ μακαρίων, ἢ ἕνεκα μακαρίων φασμάτων. ὑπακουστέον εὐλογητός. *Barnes.*

1354. Λαβών νυν αὐτὰ,] Ita Scaliger νυν pro νῦν veteri legit; et ita necessario legi debere, ipsa versus ratio ostendit. *Barnes.*

Πᾶσαν δ' ἐπελθὼν Ἀσιάδ' Εὐρώπης θ' ὅρους,
Γνώσει τάδ' αὐτός. τοῦ θεοῦ δ' ἕκατί σε
Ἔθρεψά τ', ὦ παῖ, καὶ τάδ' ἀποδίδωμί σοι,
Ἃ κεῖνος ἀκέλευστόν μ' ἐβουλήθη λαβεῖν
Σῶσαί θ'· ὅτου δ' ἐβούλεθ', οὐκ ἔχω λέγειν.
Ἤιδει δὲ θνητῶν οὔτις ἀνθρώπων τάδε
Ἔχοντας ἡμᾶς, οὐδ' ἵν' ἦν κεκρυμμένα.
Καὶ χαῖρ'· ἴσον γάρ σ' ὡς τεκοῦσ' ἀσπάζομαι.
Ἄρξαι δ', ὅθεν σὴν μητέρα ζητεῖν σε χρή·
Πρῶτον μὲν, εἴ τις Δελφίδων τεκοῦσά σε
Ἐς τούσδε ναοὺς ἐξέθηκε παρθένος,
Ἔπειτα δ', εἴ τις Ἑλλάς· ἐξ ἡμῶν δ' ἔχεις
Ἅπαντα Φοίβου θ', ὃς μετέσχε τῆς τύχης.

Totum vero percurrens Asiam, Europæque fines,
Nosce quomodo hæc sint ipse. Propter deum vero te
Alui, O fili, et tibi hæc reddo,
Quæ ille voluit me accipere a nemine jussam,
Et servare: cujus vero *rei* causa *hoc* voluerit, dicere non possum.
Nullus vero mortalium hominum sciebat hæc
Nos habere, nec ubi essent recondita.
Sed vale: perinde enim ac mater diligo te.
Incipias vero unde oportet quærere te tuam matrem.
Primum quidem, si quæ Delphica parens te,
In hoc templum exposuerit puella;
Deinde vero, an aliqua Græca: ex nobis vero habes
Omnia, et *ex* Phœbo, qui est rei hujus particeps.

1355. Ἀσίαν.

1355. Ἀσίαν] Legendum cum Scaligero Ἀσιάδ'. *Musg.*

Ἀσιάδ' Εὐρώπης θ' ὅρους,] Cum olim Ἀσίαν male legebatur, magno versus detrimento, idem Scaliger Ἀσιάδ' legebat pro Ἀσιάδα, quod vel γαῖαν adhibito, vel intellecto, idem significat. Exstant igitur pro Ἀσία communi hæc poëtica: Ἀσὶς, ίδος, Ἀσιὰς, άδος, ut hic, Ἀσιῆτις, ήτιδος, Dionys. Perieg. singulis subauditur γῆ. *Barnes.*

1356. γνώσῃ futurum indicativum pro imperativo hic accipiendum videtur. Sic Horatius: *Arcanum neque tu scrutaberis illius.* *Musg.*

1359. ὅτου δ' ἐβούλετ',] Ita hic edi debuit, ut legendum recte monuit Miltonus, cum in Aldina esset ὅτου δ' ἐβούλεθ' οὕνεκ'. Subaudiri utique ἕνεκα non infrequens. vid. Hesiod. Op. et D. v. 329. Nostri Orest. v. 742. quæque alia dat Lambertus Bos. v. ἕνεκα. *Musg.*

Σῶσαί θ'· ὅτου δ' ἐβούλεθ', οὐκ ἔχω λέγειν.] Quum olim inter ἐβούλεθ' et οὐκ redundaret οὕνεκ', ita recte Joh. Miltonus notabat ad marginem sui libri: Οὕνεκ' *rejiciendum puto; nam versus respuit; et potest et solet subintelligi.* Et sane verissime loquitur; et omnino necesse est, ita fieri, ni σῶσαί θ' per se stare putemus, et

[redacted]

ΙΩΝ. Φεῦ, φεῦ, κατ' ὄσσων ὡς ὑγρὸν βάλλω δάκρυ,
Ἐκεῖσε τὸν νοῦν δοὺς, ὅθ' ἡ τεκοῦσά με,
Κρυφαῖα νυμφευθεῖσ', ἀπημπόλα λάθρα,
Καὶ μαστὸν οὐχ ὑπέσχεν· ἀλλ' ἀνώνυμος
Ἐν θεοῦ μελάθροις εἶχον οἰκέτην βίον.
Τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρηστὰ, τοῦ δὲ δαίμονος
Βαρέα· χρόνον γὰρ, ὄν μ' ἐχρῆν ἐν ἀγκάλαις
Μητρὸς τρυφῆσαι καί τι τερφθῆναι βίου,
Ἀπεστερήθην φιλτάτης μητρὸς τροφῆς.
Τλήμων δὲ χἡ τεκοῦσά μ', ὡς ταὐτὸν πάθος
Πέπονθε, παιδὸς ἀπολέσασα χαρμονάς.
Καὶ νῦν λαβὼν τήνδ' ἀντίπηγ', οἴσω θεῷ
Ἀνάθημ', ἵν' εὕρω μηδὲν, ὧν οὐ βούλομαι.

Ion. Heu, heu, ab oculis ut humidas emitto lacrymas,
Illud animo cogitans, quod mater mea
Clam nupta vendidit *me* clam,
Et non præbuit ubera: sed ignotus *ego*
In dei templo habui vitam servilem.
Dei quidem *consilia fuerunt* bona; Fortuna vero
Mala: tempore enim, quo me oportebat in ulnis
Matris deliciari, et aliquam voluptatem percipere vitæ, *eo*
Privatus sum charissimæ matris nutritione.
Misera etiam *est* mater, quandoquidem eandem miseriam
Tulit, filii amittens gaudia.
Et nunc accipiens hanc arcam, feram deo
Donarium, ut nihil inveniam *eorum*, quæ non cupio.

1377. Τλ. δὲ θ' ἡ τεκ. 1380. μηθέν.

versum, quasi ex ἐπανορθώσεώς τινος, rursus incipere ab ὅτου; tum enim erit spatium pro ἕνεκα. *Barnes.*

1361. Ἔχοντας ἡμᾶς,] Hic apertissime masculinum genus pluralis numeri usurpatur de singulari persona sequioris generis; Pythia enim sacerdos fœmina hic loquitur. De qua re vide quæ nos supra ad v. *955.* *Barnes.*

1363. ζητεῖν σε χρή·] Emendatio est Canteri. Ed. Ald. ζητεῖσθαι χρή. *Musg.*

1366. Ἑλλάς·] i. e. Ἑλληνικὴ, subaudi γυνή. Vide infra ad v. 1372. *Musg.*

1367. Verba ὃς μετέσχε τῆς τύχης vertit Heath.: *qui hujus eventus quodammodo auctor fuit*, scil. quando in animo Pythiæ posuit, ut et infantem tolleret, et involucra ejus conservaret. *Beck.*

1372. οἰκέτην βίον.] *Servam vitam*, pro servilem. Nec infrequens est, appellativis et substantivis propriis pro possessivis uti, ut Ἑλλὰς φωνὴ, pro Ἑλληνικὴ, et paulo supra, videl. v. 1366. Ἑλλὰς, pro Ἑλληνικὴ, subaudi γυνή. Θρὴξ στρατὸς, Euripid. Rhes. v. 426. Vide, quæ nos ad Rhes. v. 427. ex Eustathio de hac re plenius. Male itaque Scaliger hic vult οἰκέτου legi. *Barnes.*

1379. οἴσω] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. οἶσον. *Musg.*

Πᾶσαν δ' ἐπελθὼν Ἀσιάδ' Εὐρώπης θ' ὅρους,
Γνώσει τάδ' αὐτός. τοῦ θεοῦ δ' ἕκατί σε
Ἔθρεψά τ', ὦ παῖ, καὶ τάδ' ἀποδίδωμί σοι,
Ἃ κεῖνος ἀκέλευστόν μ' ἐβουλήθη λαβεῖν
Σῶσαί θ'· ὅτου δ' ἐβούλεθ', οὐκ ἔχω λέγειν.
Ἤιδει δὲ θνητῶν οὔτις ἀνθρώπων τάδε
Ἔχοντας ἡμᾶς, οὐδ' ἵν' ἦν κεκρυμμένα.
Καὶ χαῖρ'· ἴσον γάρ σ' ὡς τεκοῦσ' ἀσπάζομαι.
Ἄρξαι δ', ὅθεν σὴν μητέρα ζητεῖν σε χρή·
Πρῶτον μὲν, εἴ τις Δελφίδων τεκοῦσά σε
Ἐς τούσδε ναοὺς ἐξέθηκε παρθένος,
Ἔπειτα δ', εἴ τις Ἑλλάς· ἐξ ἡμῶν δ' ἔχεις
Ἅπαντα Φοίβου θ', ὃς μετέσχε τῆς τύχης.

Totum vero percurrens Asiam, Europæque fines,
Nosce quomodo hæc sint ipse. Propter deum vero te
Alui, O fili, et tibi hæc reddo,
Quæ ille voluit me accipere a nemine jussam,
Et servare: cujus vero *rei* causa *hoc* voluerit, dicere non possum.
Nullus vero mortalium hominum sciebat hæc
Nos habere, nec ubi essent recondita.
Sed vale: perinde enim ac mater diligo te.
Incipias vero unde oportet quærere te tuam matrem.
Primum quidem, si quæ Delphica parens te,
In hoc templum exposuerit puella;
Deinde vero, an aliqua Græca: ex nobis vero habes
Omnia, et *ex* Phœbo, qui est rei hujus particeps.

1355. Ἀσίαν.

1355. Ἀσίαν] Legendum cum Scaligero Ἀσιάδ'. *Musg.*

Ἀσιάδ' Εὐρώπης θ' ὅρους,] Cum olim Ἀσίαν male legebatur, magno versus detrimento, idem Scaliger Ἀσιάδ' legebat pro Ἀσιάδα, quod vel γαῖαν adhibito, vel intellecto, idem significat. Exstant igitur pro Ἀσία communi hæc poëtica: Ἀσὶς, ἴδος, Ἀσιὰς, άδος, ut hic, Ἀσιῆτις, ήτιδος, Dionys. Perieg. singulis subauditur γῆ. *Barnes.*

1356. γνώσῃ futurum indicativum pro imperativo hic accipiendum videtur. Sic Horatius: *Arcanum neque tu scrutaberis illius.* *Musg.*

1359. ὅτου δ' ἐβούλετ',] Ita hic edi debuit, ut legendum recte monuit Miltonus, cum in Aldina esset ὅτου δ' ἐβούλεθ' οὕνεκ'. Subaudiri utique ἕνεκα non infrequens. vid. Hesiod. Op. et D. v. 329. Nostri Orest. v. 742. quæque alia dat Lambertus Bos. v. ἕνεκα. *Musg.*

Σῶσαί θ'· ὅτου δ' ἐβούλεθ', οὐκ ἔχω λέγειν.] Quum olim inter ἐβούλεθ' et οὐκ redundaret οὕνεκ', ita recte Joh. Miltonus notabat ad marginem sui libri: Οὕνεκ' *rejiciendum puto; nam versus respuit; et potest et solet subintelligi.* Et sane verissime loquitur; et omnino necesse est, ita fieri, ni σῶσαί θ' per se stare putemus, et

ΙΩΝ. Φεῦ, φεῦ, κατ' ὄσσων ὡς ὑγρὸν βάλλω δάκρυ,
Ἐκεῖσε τὸν νοῦν δοὺς, ὅθ' ἡ τεκοῦσά με,
Κρυφαῖα νυμφευθεῖσ', ἀπημπόλα λάθρα,
Καὶ μαστὸν οὐχ ὑπέσχεν· ἀλλ' ἀνώνυμος
Ἐν θεοῦ μελάθροις εἶχον οἰκέτην βίον.
Τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρηστὰ, τοῦ δὲ δαίμονος
Βαρέα· χρόνον γὰρ, ὅν μ' ἐχρῆν ἐν ἀγκάλαις
Μητρὸς τρυφῆσαι καί τι τερφθῆναι βίου,
Ἀπεστερήθην φιλτάτης μητρὸς τροφῆς.
Τλήμων δὲ χἡ τεκοῦσά μ', ὡς ταὐτὸν πάθος
Πέπονθε, παιδὸς ἀπολέσασα χαρμονάς.
Καὶ νῦν λαβὼν τήνδ' ἀντίπηγ', οἴσω θεῷ
Ἀνάθημ', ἵν' εὕρω μηδὲν, ὧν οὐ βούλομαι.

Ion. Heu, heu, ab oculis ut humidas emitto lacrymas,
Illud animo cogitans, quod mater mea,
Clam nupta vendidit *me* clam,
Et non præbuit ubera: sed ignotus *ego*
In dei templo habui vitam servilem.
Dei quidem *consilia fuerunt* bona; Fortuna vero
Mala: tempore enim, quo me oportebat in ulnis
Matris deliciari, et aliquam voluptatem percipere vitæ, *eo*
Privatus sum charissimæ matris nutritione.
Misera etiam *est* mater, quandoquidem eandem miseriam
Tulit, filii amittens gaudia.
Et nunc accipiens hanc arcam, feram deo
Donarium, ut nihil inveniam *eorum*, quæ non cupio.

1377. Τλ. δέ θ' ἡ τεκ. 1380. μηθέν.

versum, quasi ex ἐπανορθώσεώς τινος, rursus incipere ab ὅτου; tum enim erit spatium pro ἕνεκα. *Barnes.*

1361. Ἔχοντας ἡμᾶς,] Hic apertissime masculinum genus pluralis numeri usurpatur de singulari persona sequioris generis; Pythia enim sacerdos fœmina hic loquitur. De qua re vide quæ nos supra ad v. *955.* *Barnes.*

1363. ζητεῖν σε χρή·] Emendatio est Canteri. Ed. Ald. ζητεῖσθαι χρή. *Musg.*

1366. Ἑλλάς·] i. e. Ἑλληνικὴ, subaudi γυνή. Vide infra ad v. 1372. *Musg.*

1367. Verba ὃς μετέσχε τῆς τύχης vertit Heath.: *qui hujus eventus quodammodo auctor fuit*, scil. quando in animo Pythiæ posuit, ut et infantem tolleret, et involucra ejus conservaret. *Beck.*

1372. οἰκέτην βίον.] *Servam vitam*, pro servilem. Nec infrequens est, appellativis et substantivis propriis pro possessivis uti, ut Ἑλλὰς φωνὴ, pro Ἑλληνικὴ, et paulo supra, videl. v. 1366. Ἑλλὰς, pro Ἑλληνικὴ, subaudi γυνή. Θρῇξ στρατὸς, Euripid. Rhes. v. 426. Vide, quæ nos ad Rhes. v. 427. ex Eustathio de hac re plenius. Male itaque Scaliger hic vult οἰκέτου legi. *Barnes.*

1379. οἴσω] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. οἶσον. *Musg.*

Εἰ γάρ με δούλη τυγχάνει τεκοῦσά τις,
Εὑρεῖν κάκιον μητέρ', ἢ σιγῶντ' ἐᾶν.
Ὦ Φοῖβε, ναοῖς ἀνατίθημι τήνδε σοῖς.
Καίτοι τί πάσχω; τοῦ θεοῦ προθυμίᾳ
Πολεμῶ, τὰ μητρὸς σύμβολ' ὅς γ' ἔσωσέ μοι.
Ἀνοικτέον τάδ' ἐστὶ καὶ τολμητέον.
Τὰ γὰρ πεπρωμέν' οὐδ' ὑπερβαίην ποτ' ἄν.
Ὦ στέμμαθ' ἱερὰ, τί ποτέ μοι κεκεύθατε,
Καὶ σύνδεθ', οἷσι τἄμ' ἐφρουρήθη φίλα;

Si enim serva me peperit aliqua,
Deterius *esset* invenisse matrem, quam omittere tacentem.
O Phœbe, templis hanc dedico tuis.
Sed quid facio? an dei studio
Obluctor, qui indicia matris servavit mihi?
Aperienda *sunt* hæc, et audendum;
Fatum enim nunquam præterire potuero.
O sacra serta, curnam mihi abscondita fuistis,
Et *vos* vincula, in quibus ipse custoditus sum?

1382. Εὑρεῖν κάκιον] Media syllaba τοῦ κάκιον hic producitur, de qua re vide supra ad v. 1121. *Barnes.*

1385. ὅς γ' ἔσωσε] Ita legendum monet H. Stephanus. In Ed. Ald. deest γ'. *Musg.*

ὅς γ' ἔσωσέ μοι.] Quum olim erat Ὅς ἔσωσέ μοι, Duportus legebat ὡς, nequaquam bene; Scaliger ὅστις rectius multo, sed ὅς γ' erit rotundius, leviorique variatu opus habet. *Barnes.*

1387. ὑπερβαίην] Ita recte Barnesius. Ed. Ald. ὑπερβαίη. *Musg.*

Τὰ γὰρ πεπρωμέν' οὐδ' ὑπερβαίην ποτ' ἄν.] Ita sane pro ὑπερβαίη legendum ὑπερβαίην, vel certe ποτ' mutandum erit in τὶς, nulla erit media via. Quare priorem eligo, ob leviorem variationem. *Barnes.*

1389. Καὶ σύνδεθ',] Ed. Ald. καὶ σὺν δέ θ'. *Musg.*

1390. περίπτυγμ'] *Ambitus.* Male interpres *operculum.* *Musg.*

Ἰδοὺ περίπτυγμ' ἀντίπηγος εὐκύκλου,] Περίπτυγμα, alii operculum cistæ ita vocari putant, alii περίπτυγμα ἀντίπηγος, pro περιεπτυγμένην αὐτὴν ἀντίπηγα, ὑπὸ τοῦ Ἴωνος δηλονότι. De voce ἀντίπηξ vide supra ad v. 1337. et v. 19. Quod in voce εὐκύκλου, τὸ κυ sit syllaba communis, notandum. De qua re nos plenius ad Phœniss. v. 19. *Barnes.*

Heath. intelligit *fascias*, quibus arca involuta erat. *Beck.*

1391. ἔκ τινος θηλάτου,] Subaudi τύχης, vel βουλῆς. Vel τὸ θηλάτον et θηλατόν τι, pro πεπρωμένον, idem quod εἱμαρμένη. *Barnes.*

1394. Lorsqu'Ion a parté à la Pythie, il étoit éloigné de l'autel. Il s'en est rapproché dans l'instant, où il vouloit y déposer son berceau. Il sort ce berceau de son enveloppe. Créuse alors le voit de près, à découvert, et le reconnoît subitement. *Prevost.*

1395. Σιγᾷν σὺ πολλὰ — οἶσθα] Est hoc taciturnitatem accusantis, cum ex Creusæ responsione appareat, eam ob loquacitatem reprehensam fuisse:

οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά· μή με νουθέτει.

Itaque legendum:

σιγᾷν σὺ φαύλη καὶ πάρειθεν ἦσθά μοι;

φαύλη σιγᾷν, ut φαύλους μάχεσθαι, Iphig. in Taur. v. 306. *Musg.*

Hunc versum non Choro, sed Ioni, tribui vult Heath. et Ionem, cum hæc dicit, venenum respicere putat. *Beck.*

'Ιδοὺ περίπτυγμ' ἀντίπηγος εὐκύκλου,
'Ως οὐ γεγήρακ' ἔκ τινος θεηλάτου,
Εὐρώς τ' ἄπεστι πλεγμάτων· ὁ δ' ἐν μέσῳ
Χρόνος πολὺς δὴ τοῖσδε θησαυρίσμασιν.
ΚΡ. Τί δῆτα φάσμα τῶν ἀνελπίστων ὁρῶ;
ΙΩΝ. Σιγᾷν σὺ πολλὰ καὶ πάροιθεν οἶσθά μοι.
ΚΡ. Οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά· μή με νουθέτει.
'Ορῶ γὰρ ἄγγος, οὐξέθηκ' ἐγώ ποτε,
Σέ γ', ὦ τέκνον μοι, βρέφος ἔτ' ὄντα νήπιον,

Ecce involucrum arculæ rotundæ,
Quomodo non consenuit Dei fato quodam?
Et caries abest a nexibus: quod vero interfuit
Tempus, longum jam *est* istis thesauris.
Cre. Quodnam insperatarum *rerum* spectaculum video?
Ion. Tacere tu sæpe etiam antea novisti mihi.
Cre. Mihi non est amplius silendum, ne me moneas,
Video enim arcam, in qua ego exposui olim,
Te, O fili, infantem adhuc tenerum existentem

1397. ᾧ 'ξέθηκ'.

Græca verba hic depravata sunt:

Σιγᾷν σὺ πολλὰ καὶ πάροιθεν οἶσθά μοι.

Quæ cum per se inepta sunt, tum inprimis poëtæ menti contraria. Quare Heathius hunc versum non Choro sed Ioni tribuendum esse censebat, conjectura parum felici; Musgravio vero emendandum videbatur:

σιγᾷν σὺ φαύλη καὶ πάροιθεν ἦσθά μοι.

quæ lectio, specie non destituta, ut tamen genuinam Euripidis scripturam præstet, vereor. Nulla enim, quantum intelligo, in totius actionis cursu pars est, unde Creusam loquacitate sibi malum peperisse appareat. Nisi tamen hoc est, non video, quomodo Chori reprehensio locum habeat. Altius latet ulcus et gravius, quam præstantissimi viri suspicati sunt, idem tamen leni medicina sanandum. Vulgata lectione

σιγᾷν σὺ πολλὰ καὶ πάροιθεν οἶσθά μοι.

paulo curiosius considerata, non improbabiliter mihi emendasse videor:

σιγᾷν σε πολλὰ καὶ πάροιθ' ἐν ἀσφαλεῖ.

Et antea tibi tutius erat, quod omnino tacebas; et nunc tibi suadeo, ut taceas, ne hominum ora iterum in te convertas. Quibus aptissime Creusa subjicit hæc

οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά· μή με νουθέτει.

Non ea est rerum mearum conditio, ut tacere possim; ne mihi hoc suadeas. Quantillum intersit inter utramque lectionem

παραινοῦσα θαμά

παραινῶ ἀσφαλῆ.

monere nihil attinet. Plane vero Euripideum σιγᾷν σε — ἐν ἀσφαλεῖ. ut apparebit comparanti Hippol. v. 785.

τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου.

ubi vide Valckenærium, p. 247. C. qui eandem locutionem cum similibus illustravit ad Herodotum. Lib. IV. p. 275. 23. Noster in Hecuba, v. 967. ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἥδ' ἐρημία. *Jacobs.*

1397. ᾧ 'ξέθηκ'] Emendatio est Barnesii. Ed. Ald. οὗ 'ξέθηκ'. *Musg.*

Κέκροπος ἐς ἄντρα καὶ Μακρὰς πετρηρεφεῖς.
Λείψω δὲ βωμὸν τόνδε, κεἰ θανεῖν με χρή.
ΙΩΝ. Λάζυσθε τήνδε· θεομανὴς γὰρ ἥλατο,
Βωμοῦ λιποῦσα ξόανα· δεῖτε δ' ὠλένας.
ΚΡ. Σφάζοντες οὐ λήγοιτ' ἄν· ὡς ἀνθέξομαι
Καὶ τῆσδε καὶ σοῦ τῶν τ' ἔσω κεκρυμμένων.
ΙΩΝ. Τάδ' οὐχὶ δεινά; ῥυσιάζομαι λόγῳ.
ΚΡ. Οὐκ· ἀλλὰ σοῖς φίλοισιν εὑρίσκει φίλος.

Ad antra Cecropis, et ad rupibus cinctas Macras:
Relinquam igitur hanc aram, etiamsi nunc mihi moriendum sit.
Ion. Prehendite hanc: divinitus enim in furorem acta desiliit,
Relinquens simulacra aræ: vincite brachia.
Cre. Jugulare *me* ne desinatis, quia corripiens retinebo
Et hanc *arcam*, et te, *fili*, et res intus reconditas.
Ion. Annon *sunt* hæc atrocia? sermone quodammodo asseror.
Cre. Non; sed amicis tuis inventus es amicus.

1404. τῶν τι σῶν κεκρ.

1397. s. Ὁρῶ γὰρ ἄγγος, ᾧ 'ξέθηκ' ἐγώ ποτε, Σέ γ',] Ita ego scribendum assero, quanquam solus, nec ab unico adjutus, nec ideo doctis hoc persuasum facere despero; quomodo enim, si οὗ 'ξέθηκ', pro ὃ ἐξέθηκ', ut ante, legamus, τὸ σέ γ' aliquis expediat? Hic itaque sensus: ὁρῶ γὰρ ἄγγος, ᾧ, ἤγουν ἐν ᾧ, ἐξέθηκά σε, ὦ τέκνον. Miror, hoc nemini antehac in mentem venisse. Sed et acutissimo visui aliquando nebulæ sunt offusæ, et de rebus maximis solliciti nequaquam ad parva solent attendere. Nobis quoque metuendum est, ne et nostram diligentiam nonnulla effugiant, quæ certe lectoris candorem exercere possunt. *Nos* igitur *Veniam dabimus, petimusque vicissim*. *Barnes.*

1399. Κέκροπος ἐς ἄντρα, καὶ Μακρὰς πετρηρεφεῖς.] De hoc antro sub arce sito et de rupibus Macris nos plus semel, ut supra ad v. 936. et 495. et 13. Dicitur autem Cecropis antrum, quia in Cecropia erat, hoc est sub acropoli. Et Plinius: oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est Athenis. Hinc v. 936. Κεκροπίας πέτρας vocat. Πετρηρεφεῖς recte Johannes Brodæus vertit, *petra concameratas*, ubi caverna est rupem suspendens. *Barnes.*

1404. τῶν τι σῶν] Scribendum cum Tyrwhitto: τῶν τ' ἔσω κεκρυμμένων. *Musg.*

1405. ῥυσιάζομαι] De hoc verbo vide, quæ diximus ad v. 525. ῥυσιάζομαι λόγῳ videtur esse allusio ex foro petita, ubi, qui alicujus rei possessionem petebant, ficta vi utebantur, i. e. formula verborum, non manus injectione, sibi vindicabant. Sic certe Romani. Heinecc. Antiq. Lib. IV. Tit. 6. sect. 24.

Legendum forte: ῥυσιάζομαι λοχῶν. Hesychius: λοχᾷ, θηρεύει. *Dum alium custodio* (vel *ne evadat, assideo*), *ipse comprehendor*. *Musg.*

ῥυσιάζομαι λόγῳ.] Vide supra v. 525. Πλαστῷ τινι λόγῳ ἀντενεχυράζομαι. Manus in me injicit astuta et mendax mulier, illiusque sermone opprimor. Metaphora a rebus in pignus datis, quæ in jus alterius transeunt. *Barnes.*

Forte, ῥυσιάζομαί γ' ἐγὼ, nam *velut mancipium injecta manu abducor*. *Reisk.*

τάδ' οὐχὶ δεινά; ῥυσιάζομαι λόγῳ.

haud scio an melius legatur:

— ῥυσιάζομαι δόλῳ.

trahor, teneor dolo. Verbum ῥυσιάζειν prima sua potestate nihil aliud significasse, nisi *trahere*, ἕλκειν, apparet ex Hesychio in

ΙΩΝ. Ἐγὼ φίλος σός; κᾆτά μ' ἔκτεινες λάθρα;
ΚΡ. Παῖς γ', εἰ τόδ' ἐστὶ τοῖς τεκοῦσι φίλτατον.
ΙΩΝ. Παῦσαι πλέκουσα· λήψομαί σ' ἐγὼ καλῶς.
ΚΡ. Ἐς τοῦθ' ἱκοίμην, τοῦδε τοξεύω, τέκνον.
ΙΩΝ. Κενὸν τόδ' ἄγγος, ἢ στέγει πλήρωμά τι;
ΚΡ. Σά γ' ἔνδυθ', οἷσί σ' ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε.
ΙΩΝ. Καὶ τοὔνομ' αὐτῶν ἐξερεῖς, πρὶν εἰσιδεῖν;
ΚΡ. Κἂν μὴ φράσω γε, κατθανεῖν ὑφίσταμαι.

Ion. Egone amicus tuus? et tamen me clam interfecisti?
Cre. Imo filius *es*: siquidem hoc est parentibus charissimum.
Ion. Desine *dolos* nectere. Coarguam enim ego te probe.
Cre. Utinam eo venerim, O fili; in hoc collineo.
Ion. Vacuane *est* hæc arca, an tegit aliquid, quo sit plena?
Cre. Tua indusia, quibus te exposui ego.
Ion. Dicesne nomen ipsorum, priusquam inspicias?
Cre. Et si non dicam, mori lubens volo.

1409. λήψομαι δ' ἐγώ.

Ρυστάζοντες· ῥυσιάζοντες· ἐνεχυράζοντες· ἕλκοντες. Eodem etymologia ducit. Quod si quis tamen eam verbi explicationem, quam Musgravius proposuit, magis probaverit, non equidem refragabor, cum vel sic conjectura mea locum habere possit. Vulgaris certe lectionis sensus mihi parum expeditus videtur. *Jacobs.*

1407. ἔκτεινες] Ἠθέλησας κτείνειν καὶ ἐπείρω. Vide supra v. 1325. *Barnes.*

1408. Παῖς] Οὐ μόνον ἐμὸς φίλος εἶς, ἀλλὰ καὶ παῖς, ὃ φίλτατόν ἐστι τοῖς τοκεῦσιν ὄνομα. Refertur ad Ἐγὼ φίλος σός; quod præcessit. *Barnes.*

1409. λήψομαι δ'] Recte Tyrwhittus λήψομαί σ'. *Musg.*

Παῦσαι πλέκουσα·] Παῦσαι τεχνωμένη, καὶ μηχανὰς πλέκουσα. Ἐγὼ γάρ καλῶς σε λήψομαι, καὶ ῥᾳδίως ἐξελέγξω. *Barnes.*

> Παῦσαι πλέκουσα· λήψομαι Δ' ἐγὼ ΚΑΛΩΣ.

Fortasse corrigendum:

> Παῦσαι πλέκουσα, λήψομαι Σ' ἐγὼ, ΠΛΟΚΑΣ.

Pro δ' emendandum esse σ', Tyrwhittus vidit. Πλέκειν πλοκὰς vero ab usu loquendi Euripideo non abhorret. v. 824.

> — ὅδε δ' ἐψεύσατο
> πάλαι τρέφων τὸν παῖδα καὶ πλέκει πλοκὰς
> τοιάσδε.

Andromach. v. 66.

> ποίας μήχανας πλέκουσι νῦν;

Jacobs.

1410. τοξεύω,] Ita MSS. E. G. Ed. Ald. τοξεῦσαι. *Musg.*

Εἰς τοῦθ' ἱκοίμην, τοῦδε τοξεῦσαι,] Εἴθε ἐς τοῦτο ἱκοίμην, τὸ τοξεῦσαι τοῦδε, καὶ ἐξουσίαν ἔχειν περὶ τῶν ἐντὸς τῆς κιβωτοῦ στοχάζειν καὶ δακτυλοδεικτεῖν. Τοξεύειν τινὸς, pro τοξεύειν κατὰ τινός: alias enim τοξεύειν τι, vel potius τοξεύω τι, ferio aliquid jaculando, sed τοξεύω τινὸς, volo ferire aliquid, hoc est, Collimo oculis, et rem aliquam feriendam designo. *Barnes.*

Reiskius suspicatur legendum: σὸν δὲ τοὐξετάσαι (i. e. τὸ ἐξετάσαι,) τέκνον, *tuum autem opus nunc est, fili, explorare institutis quæstionibus, verumne dicam.* *Beck.*

1412. Σά γ' ἔνδυθ',] Σά γε ἐνδυτὰ, ut supra v. 1389. Καὶ σύνδεθ', pro σύνδετα. *Barnes.*

ΙΩΝ. Λέγ'· ὡς ἔχει τι δεινὸν ἥ τόλμα γέ σου.
ΚΡ. Σκέψασθ', ὃ παῖς ποτ' οὖσ' ὕφασμ' ὕφην' ἐγώ.
ΙΩΝ. Ποῖόν τι; πολλὰ παρθένων ὑφάσματα.
ΚΡ. Οὐ τέλεον, οἷον δ' ἐκδίδαγμα κερκίδος.
ΙΩΝ. Μορφὴν ἔχον τίν': ὥς με μὴ ταύτῃ λάβῃς.
ΚΡ. Γοργὼν μὲν ἐν μέσοισιν ἠτρίοις πέπλων.
ΙΩΝ. Ὦ Ζεῦ, τίς ἡμᾶς ἐκκυνηγετεῖ πότμος;
ΚΡ. Κεκρασπέδωταί τ' ὄφεσιν, αἰγίδος τρόπον.
ΙΩΝ. (Ἰδού.) τόδ' ἔσθ' ὕφασμα δέσμα θ' ὡς εὑρίσκομεν.

Ion. Dic; quia ista tua fiducia habet aliquid singulare.
Cre. Videte texturam, quam ego puella quondam existens texui.
Ion. Qualem nam? multæ *enim sunt* texturæ puellarum.
Cre. Non absolutam, sed veluti rudimentum radii.
Ion. Quam habet figuram? ut me non hic capias.
Cre. Gorgon quidem *est* in medio stamine peplorum.
Ion. O Jupiter, quod fatum nos venatur?
Cre. Et oram *cincta* est serpentibus, ægidis in modum.
Ion. Ecce! Hæc est textura, ut invenimus, et fasciæ.

1420. ἠτρίων. 1423. θέσφαθ', ὡς.

1420. ἠτρίων πέπλων.] Legendum haud dubie ἠτρίοις πέπλων, *peplorum staminibus.* *Musg.*

Γοργὼν μὲν, etc.] Subaudi ἐστὶν, ὑφαίνεται, ἢ τοιοῦτό τι. *Barnes.*

ἠτρίων πέπλων.] Εὐήτριον ἱμάτιον. *Scholiast.*

1421. ἐκκυνηγετεῖ] Διώκει, μεταφορικῶς. *Barnes.*

1422. Κεκρασπέδωταί τ'] Emendatio est Barnesii. Ed. Ald. κ'ακκρασπέδωτ'. MSS. E. G. κεκκρασπέδωτ'. *Musg.*

Κεκρασπέδωταί τ' ὄφεσιν, Αἰγίδος τρόπον.] Κράσπεδον, ora, fimbria vestis proprie, quasi κρεμάμενον εἰς πέδον; hinc κρασπεδόω eleganter, pro fimbria circumdo; hinc in hoc loco ego κεκρασπέδωται omnino legendum quavis mercede contendam, pro corrupto illo κἀκκρασπέδῳ τ', quod prius magna grammaticæ et prosodiæ injuria obtinebat. *Barnes.*

1423. θέσφαθ'] In MS. E. ita scribitur θέσφαθ', ut simul appareant ductus litteræ μ. Lego:

τόδ' ἔσθ' ὕφασμα δέσμα θ' —

Hesychius: στέργανα, δέσμα. *Musg.*

1425. εὐτυχεῖς:] Optime Piersonus εὐστοχεῖς, *bene conjicis.* Verisim. p. 13. *Musg.*

1426. Δράκοντε μαρμαίροντε πάγχρυσον γένυν.] Hunc in modum insigni felicitate correxit Porsonus vulg. lectionem, δράκοντες ἀρχαῖόν τι παγχρύσῳ γ. et referri jussit ad v. 23. *Maltby.*

Δράκοντες] Hunc et duos sequentes versus recte Creusæ tribuit, deleta Ionis persona, Piersonus, ubi supra. Addit Toupius, ad Suidam v. ὑπαίμακι, pro παγχρύσῳ γένυ legendum esse πάγχρυσοι γένυν, quod altero certe elegantius. *Musg.*

1426. ss. Δράκοντες, etc. Ἐριχθονίου γε τοῦ πάλαι μιμήματα.] Huc refer illud Antigoni Carystii Hist. Mirabil. c. 12. Ἀμελησαγόρας δὲ ὁ Ἀθηναῖος, ὁ τὴν Ἀτθίδα συγγεγραφὼς, οὔ φησι Κορώνην προσίπτασθαι πρὸς τὴν Ἀκρόπολιν. οὐδ' ἔχοι ἂν εἰπεῖν ἑωρακώς

ΚΡ. Ὦ χρόνιον ἱστῶν παρθένευμα τῶν ἐμῶν.
ΙΩΝ. Ἐστίν τι πρὸς τῷ γ', ἢ μόνῳ τῷδ' εὐτυχεῖς;
ΚΡ. Δράκοντες ἀρχαῖόν τι πάγχρυσοι γένυν.
ΙΩΝ. Δώρημ' Ἀθάνας, ἣ τέκν' ἐντρέφειν λέγει;
ΚΡ. Ἐριχθονίου γε τοῦ πάλαι μιμήματα.
ΙΩΝ. Τί δρᾶν, τί χρῆσθαι; φράζε μοι χρυσώματα.
ΚΡ. Δέραια παιδὶ νεογόνῳ φέρειν, τέκνον.
ΙΩΝ. Ἔνεισιν οἵδε· τὸ δὲ τρίτον ποθῶ μαθεῖν.
ΚΡ. Στέφανον ἐλαίας ἀμφέθηκά σοι τότε,

Cre. O vetus virgineum opus mearum telarum.
Ion. Estne *signum* aliquod præter hoc, an hoc solo felix es?
Cre. Dracones aurei genas antiquum quoddam
Ion. Donum Minervæ, quæ liberos inter *serpentes* ali jubet,
Cre. Ad imitationem antiqui Erichthonii.
Ion. Ad quid faciendum? in quem usum (dic *mihi*) aurea ornamenta.
Cre. Ut ferret puer recens natus hæc monilia, O fili.
Ion. Insunt isti; tertium autem *signum* cupio cognoscere.
Cre. Coronam ex *illa* olea imposui tibi tum,

1426. παγχρύσῳ γένυ.

οὐδείς. Ἀποδίδωσι δὲ τὴν αἰτίαν μυθικῶς· φησὶ γὰρ, Ἡφαίστῳ δοθείσης τῆς Ἀθηνᾶς, συγκατακλιθεῖσαν αὐτὴν ἀφανισθῆναι· τὸν δὲ Ἥφαιστον, εἰς γῆν πεσόντα, προΐεσθαι τὸ σπέρμα· τὴν δὲ γῆν ὕστερον αὐτῷ ἀναδοῦναι Ἐριχθόνιον, ὃν τρέφειν τὴν Ἀθηνᾶν, καὶ εἰς κίστην καθεῖρξαι, καὶ παραθέσθαι ταῖς Κέκροπος παισὶν, Ἀγλαύρῳ, καὶ Πανδρόσῳ, καὶ Ἕρσῃ, καὶ ἐπιτάξαι μὴ ἀνοίγειν τὴν κίστην, ἕως ἂν αὐτὴ ἔλθῃ. Ἀφικομένην δὲ εἰς Πελλήνην φέρειν ὄρος, ἵνα ἔρυμα πρὸ τῆς Ἀκροπόλεως ποιήσῃ· τὰς δὲ Κέκροπος θυγατέρας τὰς δύο, Ἄγλαυρον καὶ Πάνδροσον, τὴν κίστην ἀνοῖξαι, καὶ ἰδεῖν Δράκοντας δύο, περὶ τὸν Ἐριχθόνιον, etc. Vid. Ovid. Metamorph. Lib. II. Fab. 12. Vid. Hyginum Lib. II. et quæ nos supra ad v. 23. Notandum vero hic est, Pausaniam cum hoc auctore non convenire, fol. 16. lin. 7. Ibi enim ille reliquas duas cistam aperuisse ait, Pandrosum autem nequaquam. De aureis vero serpentibus, Erechthidarum filiis innutritis, ex veteri quadam religione et consuetudine, quæ ab hoc Erichthonio ortum cepit, vide quæ nos ad v. 24. Et hunc morem Προγόνων νόμον vocat v. 20. Προγόνων νόμον σῴζουσα, τοῦ τε γηγενοῦς Ἐριχθονίου, etc. *Barnes.*

Heath. legit γένυν, et cum Barn. ℌ.

Reisk. conjicit: πάγχρυσον γένος, *tota aurea fœtura, ver aureum.* *Beck.*

1428. Ἐριχθονίου μιμήματα.] Vid. supra v. 24. *Musg.*

1429. χρυσώματα.] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. χρυσώμια. Vide supra ad v. 1030. *Musg.*

1431. Ἔνεισιν οἵδε·] Misero errore Brodæus ἴδε vult corrigi; quod versus nequaquam admittet. *Barnes.*

1432. s. Στέφανον ἐλαίας ἀμφέθηκά σοι τότε, ἣν πρῶτ' Ἀθάνας σκόπελος εἰσηνέγκατο.] Neptunus et Minerva de Cecropia certabant, utri urbs dicaretur et cujus ferret nomen. Neptunus tridente scopulum percussit, unde mare erupit; Minerva cuspide tetigit, unde nata est tum primum olea; quæ fere immortalis habebatur, et semper virens; adeo ut etiam a Medis exusta, denuo refloruerit. Ovidius Metamorph. Lib. VI. Fab. 2. *Cecropia Pallas scopulum Mavortis in Arce Pingit, et antiquam de terræ nomine litem.* *Bis*



Ἣν πρῶτ' Ἀθάνας σκόπελος ἐξηνέγκατο.
Ὅς, εἴπερ ἐστὶν, οὔποτ' ἐκλείπει χλόην,
Θάλλει δ' ἐλαίας ἐξ ἀκηράτου γεγώς.
ΙΩΝ. Ὦ φιλτάτη μοι μῆτερ, ἄσμενός σ' ἰδὼν
Πρὸς ἀσμένας πέπτωκα σὰς παρηΐδας.
ΚΡ. Ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου, —
Συγγνώσεται γὰρ ὁ θεὸς — ἐν χεροῖν σ' ἔχω,
Ἄελπτον εὕρημ', ὃν κατὰ γᾶς ἐνέρων
Χθόνιον μετὰ Περσεφόνας τ' ἐδόκουν ναίειν.
ΙΩΝ. Ἀλλ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἐν χεροῖν σέθεν
Ὁ κατθανών τε κοὐ θανὼν φαντάζομαι.

Quam primum Palladis edidit scopulus.
Quæ, si adhuc adest, nondum folia virentia amisit,
Sed viret, cum ex non marcescente olea sit facta.
Ion. O charissima mihi mater, ut lubens te aspicio,
Et ad tuas genas libenter accido.
Cre. O fili, O lumen matris, præstantius sole,
Ignoscet enim *mihi* deus, in manibus te habeo
Insperatum inventum: quem sub terra mortuorum
Mortuum, et cum Proserpina existimabam habitare.
Ion. At, O chara mihi mater, in manibus tuis
Mortuus, et non mortuus imaginatione aspicior.

1433. εἰσηνέγκατο.

sex cœlestes, medio Jove, sedibus altis Augusta gravitate sedent: sua quemque Deorum Inscribit facies: Jovis est regalis imago. Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente Aspera saxa facit; medioque e vulnere saxi Exsiliisse fretum; quo pignore vendicet urbem. At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam, Dat galeam capiti, defenditur Ægide pectus, Percussamque sua simulat de cuspide terram, Edere cum Bacchis fœtum canentis olivæ. Vide Apollodor. Biblioth. Lib. III. c. 13. sect. 1. Johannis Meursii Cecropiæ, c. 19. Scaliger legit: ἐξηνέγκατο. Quum σκόπελον Aldina editio habeat, et nonnulli Ἀθάνα legant, quid si ita legamus: Ἣν πρῶτ' Ἀθάνα σκόπελον εἰς ἠνέγκατο. Nihil statuo. Similem vero locum habemus infra v. 1480. Ἀ σκοπέλοις ἐπ' ἐμοῖς τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον θάσσει. *Barnes.*

1433. σκόπελος] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. σκόπελον.

εἰσηνέγκατο.] Optime Scaliger: ἐξηνέγκατο. *Musg.*

1434. οὔποτ'] Emendatio est Barnesii. Ed. Ald. οὔπερ. *Musg.*

Ὅς εἴπερ ἐστὶν, οὔποτ' ἐκλείπει χλόην,] Cum olim οὔπερ legeretur, ego οὔποτ' omnino restituendum censui: ob præcedens enim εἴπερ videtur corruptum in οὔπερ. De hac autem olea semper virenti, præter quod nota præcedenti diximus, addantur et hæc, quæ Joh. Brodæus nobis citata dedit: Theophr. δ. περὶ φυτῶν, κεφ. ιδ. Τὴν δὲ μακροβιότητα μαρτυροῦσιν ἐπί γε τινῶν, καὶ ἡμέρων, καὶ ἀγρίων, καὶ αἱ παραδιδόμεναι φῆμαι παρὰ τῶν μυθολόγων· Ἐλαίαν μὲν γὰρ λέγουσι τὴν Ἀθήνῃσι, Φοίνικα δὲ τὸν ἐν Δήλῳ, Κότινον δὲ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἀφ' οὗ ὁ στέφανος, etc. Plinius

ΚΡ. Ἰὼ ἰὼ, λαμπρᾶς αἰθέρος ἀμπτυχαὶ,
Τίν' αὐδὰν ἀΰσω,
Βοάσω; πόθεν μοι
Συνέκυρσ' ἀδόκητος ἁδονά; πόθεν
Ἐλάβομεν χαράν;
ΙΩΝ. Ἐμοὶ γενέσθαι πάντα μᾶλλον ἂν ποτε,
Μῆτερ, παρέστη τῶνδ', ὅπως σός εἰμ' ἐγώ.
ΚΡ. Ἔτι φόβῳ τρέμω.
ΙΩΝ. Μῶν οὐκ ἔχειν μ' ἔχουσα;
ΚΡ. Τὰς γὰρ ἐλπίδας ἀπέβαλον πρόσω.
Ἰὼ γύναι, πόθεν πόθεν ἔλαβες ἐ-

Cre. Io, io; splendentis ætheris expansiones,
Quam vocem sonabo?
Clamabo? unde mihi
Occurrit insperata voluptas? unde
Accepimus *hoc* gaudium?
Ion. Omnia citius mihi eventura esse,
O mater, in mentem venit, quam hoc, quod tuus sim ego.
Cre. Adhuc metu tremo.
Ion. An, ne non habeas me, quem habes?
Cre. Has enim spes procul abjeceram.
Io, mulier, unde unde accepisti

1444. ἀναπτυχαί. 1454. πόθεν semel.

Lib. XVI. c. 44. *Athenis quoque olea durare traditur, in certamine edita a Minerva.* Hæc ille. *Barnes.*

1435. ἐλαίας ἀκηράτου] Theophrastus Histor. Plant. Lib. IV. c. 14. τὴν δὲ μακροβιότητα μαρτυροῦσιν ἐπί γε τινῶν καὶ ἱερῶν καὶ ἀγρίων, καὶ αἱ παραδιδομέναι φῆμαι παρὰ τῶν μυθολόγων· Ἐλαίαν μὲν γὰρ λέγουσι τὴν Ἀθήνησι— Plinius Lib. XVI. c. 44. *Athenis quoque olea durare credita in certamine edita a Minerva.* Hæc Brodæus, quibus adde Soph. Œd. Col. v. 725. et seq. *Musg.*

ἐλαίας ἐξ ἀκηράτου] De hac immortali olea supra duabus notis præcedentibus. *Barnes.*

ἐξανέγνωκας legit Reisk. *Beck.*

1438—1509. Vid. aliam horum versuum distributionem apud Hermann. Doctr. Metr. ed. Glasg. p. 492. s.

1440. κατὰ γᾶς ἐνέρων] Legendum κατὰ χάσμ' ἐνέρων Χθόνιον. Noster Pirithoo apud Athenæum, p. 496. χάσμ' εἰς χθόνιον. *Musg.*

1440. s. Locum ita distingui vult Heath.:

Ὃν κατὰ γᾶς, ἐνέρων
Χθονίων μέτα, Περσεφόνας τ' ἐδόκουν ναίειν.

Beck.

1441. Χθόνιον] Θανόντα, κατὰ χθονὸς τεθαμμένον. *Barnes.*

1444. ἀναπτυχαὶ,] Ἡ κύκλοι αἰθέριοι, ἢ ἀκτῖνες, διὸ καὶ λαμπραὶ καλοῦνται. Vid. infra ad v. 1516. *Barnes.*

1445. ἀΰσω,] Ita MS. E. Ed. Ald. ἀΰσω. *Musg.*

1451. s. ΚΡ. Ἔτι φόβῳ τρέμω. ΙΩΝ. Μῶν οὐκ ἔχειν μ' ἔχουσα;] In duo versus dividit Heath.:



μῶν βρέφος ἀγκαλῶν;
Τίν' ἀνὰ χεῖρα δόμους ἔβα Λοξίου;
ΙΩΝ. Θεῖον τόδ'· ἀλλὰ τἀπίλοιπα τῆς τύχης
Εὐδαιμονοῖμεν, ὡς τὰ πρόσθε δυστυχῆ.
ΚΡ. Τέκνον, οὐκ ἀδάκρυτος ἐκλοχεύῃ,
Γόοις δὲ ματρὸς ἐκ χερῶν ὁρίζῃ·
Νῦν δὲ γενειάσιν παρὰ σέθεν πνέω,
Μακαριωτάτας τυχοῦσ' ἁδονᾶς.
ΙΩΝ. Τοὐμὸν λέγουσα καὶ τὸ σὸν κοινῶς λέγεις.
ΚΡ. Ἄπαιδες οὐκέτ' ἐσμὲν οὐδ' ἄτεκνοι·
Δῶμα δ' ἑστιοῦται, τάδε δ' ἔχει τυράννους·
Ἀνηβᾷ δ' Ἐρεχθεύς,

Meum infantem ulnarum?
Per quam manum venit *ad* domum Apollinis?
Ion. Dei opus hoc. At *in* cæteris fortunæ *rebus*
Beati simus, quia *res* priores *fuerunt* infelices.
Cre. Fili, non sine lacrymis editus es,
Et *cum* lamentis ex manibus matris dimissus.
Nunc vero ad tuas genas vivo,
Beatissimæ compos facta voluptatis.
Ion. Meum *fatum* commemorans, tuum etiam dicis pariter
Cre. Sine liberis non amplius sumus, neque orbæ:
Et mea domus colitur, et habet terra adhuc dominos.
Repubescit autem Erechtheus,

1461. γενυάσι. 1462. ἡδονᾶς.

ΚΡΕ. Ἔτι φόβῳ τρέμω. dochmaicus.
ΙΩΝ. Μῶν οὐκ ἔχων μ' ἔχουσα; hephthemimeris iambica.
Beck.

1453. ἀπέβαλον] Ita jam olim editum est, nescio, quo auctore. Ed. Ald. ἐπέβαλον. Conferri meretur Anytæ phrasis Anthol. H. Steph. p. 263.

— ἀλλ' ἐπὶ πάντων,
Ἐλπίδας οὐλομένη μοῖρ' ἐπέλυσε πρόσω.

Musg.

Ut constet metrum asynarteti ex dochmaicis, legendum est ἐλπίδας γ'. *Beck.*

1454. s. ἐμῶν βρέφος ἀγκαλῶν;] Lego: ἐμὸν βρέφος ἀγκάλαιν. *Musg.*

Ita disponit Heath.

Ἰὼ γόναι basis iambica.
Πόθεν ἔλαβες ἐμῶν βρέφος γ' ἀγκαλᾶν asynartetus ex dochmaicis.
Beck.

1454. s. Hæc ad absentem Pythiam converti censet Prev. nam ipsam dudum ante scenam reliquisse. *Beck.*

1461. γενυάσιν metri causa scribit Heath. *Beck.*

1465. τάδε δ' ἔχει] Emendabat Scaliger τόπος δ' ἔχει. Sed legendum haud dubie γᾶ δ' ἔτ' ἔχει τυράννους *terra autem reges adhuc habet.* *Musg.*

Hunc versum Heath. ita dividit:

Ὅ τε γηγενέτας δόμος οὐκέτι
Νύκτας δέρκεται,
Ἀλίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσιν.
ΙΩΝ. Μῆτερ, παρών μοι καὶ πατὴρ μετασχέτω
Τῆς ἡδονῆς τῆσδ', ἧς ἔδωχ' ὑμῖν ἐγώ.
ΚΡ. Ὦ τέκνον, τί φής; οἷον οἷον ἀνελέγχομαι.
ΙΩΝ. Πῶς εἶπας; ΚΡ. Ἄλλοθεν γέγονας ἄρ', ἄλλο-
ΙΩΝ. Ὤμοι· νόθον με παρθένευμ' ἔτικτε σόν. [θεν.
ΚΡ. Οὐχ' ὑπὸ λαμπάδων, οὐδὲ χορευμάτων
Ὑμέναιος ἐμὸς,
Τέκνον, ἔτικτε σὸν κάρα.
ΙΩΝ. Αἲ αἴ· πέφυκα δυσγενὴς, μῆτερ, πόθεν;

Et terrigena domus non amplius
Noctem aspicit,
Solis vero faces rursus intuetur.
Ion. Mater, pater mihi præsens esto socius
Hujus voluptatis, quam præbui vobis ego.
Cre. O fili, quid ais? Quomodo, quomodo arguor.
Ion. Quid dixisti? *Cre.* Aliunde enim natus es, aliunde.
Ion. Hei mihi! tua virginitas peperit me nothum.
Cre. Non sub facibus, non *cum* tripudiis,
Hymenæus meus,
O fili, peperit tuum caput.
Ion. Heu, heu. Undenam ignobilis *ego*, mater, natus sum?

1469. λαμπάσι. 1472. Verba: οἷον — et rel. dantur Ioni. 1473. Totus v. datur Creusæ. Ib. γέγονας γάρ.

Δῶμα δ' ἑστιοῦται ithyphallicus.
Τάδε δ' ἔχει τύραννος idem.

Reisk. conjicit: γᾶ δ' ἔχει, *terra* (Attica) *vero habet tyrannos suos.* *Beck.*

1467. δόμος γηγενέτας] Erichthonii e terra geniti domus; de Erichthonio autem terrigena vide supra ad v. 1000. et v. 1426. *Barnes.*

1472. Optime Tyrwhittus: "Turbantur personæ, quæ sic forte ordinandæ sunt:

ΚΡ. Ὦ τέκνον, τί φής; οἷον, οἷον ἀνελέγχομαι.
ΙΩΝ. Πῶς εἶπας; ΚΡ. Ἄλλοθεν γέγονας γὰρ, ἄλλοθεν."

Musg.

1472. s. Heath. ita distinguit et emendat:

ΚΡΕ. Ὦ τέκνον. ΙΩΝ. Τί φής; penthemimeris trochaica.
ΚΡΕ. Οἷον, οἷον ἀνελέγχομαι; Euripideus.
ΙΩΝ. Πῶς εἶπας; ΚΡΕ. Ἄλλοθεν γέγονας ἄρ', ἄλλοθεν. senarius iambicus.

Verba οἷον — ἀνελ. adhuc Creusæ, πῶς εἶπας Ioni, ἄλλ. — ἄλλ. Creusæ tribuit Prev. secutus judicium Musgr. et Tyrwhitti. *Beck.*

1475. ss. Οὐχ ὑπὸ λαμπάδων, οὐδὲ χορευμάτων Ὑμέναιος ἐμὸς, etc.] De nuptialibus facibus et Hymenæi tæda vide ad Helen. v. 638. *Barnes.*

ΚΡ. Ἴστω Γοργοφόνα — ΙΩΝ. Τί τοῦτ' ἔλεξας;
ΚΡ. Ἃ σκοπέλοις ἐπ' ἐμοῖς
Τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον θάσσει.
ΙΩΝ. Λέγεις μοι δόλια, κοὐ σαφῆ τάδε.
ΚΡ. Παρ' ἀηδόνιον πέτραν Φοίβῳ —
ΙΩΝ. Τί Φοῖβον αὐδᾷς;
ΚΡ. Κρυπτόμενον λέχος ηὐνάσθην.
ΙΩΝ. Λέγ'· ὡς ἐρεῖς τι κεδνὸν εὐτυχές τέ μοι.
ΚΡ. Δεκάτῳ δέ σε μηνὸς ἐν κύκλῳ
Κρύφιόν γ' ὠδῖν' ἔτεκον Φοίβῳ.
ΙΩΝ. Ὦ φίλτατ' εἰποῦσ', εἰ λέγεις ἐτήτυμα.

Cre. Sciat Gorgonis interfectrix — *Ion.* Quid hoc dixisti?
Cre. Quæ scopulis in meis
Rupem oleas ultro ferentem incolit.
Ion. Dicis mihi obscura, nec manifesta hæc.
Cre. Ad rupem lusciniis-celebrem Phœbo —
Ion. Quid narras Phœbum?
Cre. Furtivo lecto juncta sum.
Ion. Perge, quia dicis aliquid gloriosum et faustum mihi.
Cre. In decima vero revolutione mensis
Occultum partum peperi Phœbo.
Ion. O gratissima locuta, si modo vera dicis.

1488. deest γ'.

1477. ἔτικτε σὲν κάρα.] i. e. *te.* Vid. ad Heraclid. v. 529. et 540. *Barnes.*

1479. Ἴστω Γοργοφόνα] i. e. *Testis sit Gorgonis interfectrix Minerva.* Sic Ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτός. Hom. Iliad. κ'. v. 329. Ubi Scholiastes: γινωσκέτω, μάρτυς ἔστω. Ex Brodæo. *Musg.*

Ἴστω Γοργοφόνα] Sciat *Gorgonum interfectrix, id est,* Minervam testor. Ita Homer. Iliad. κ'. v. 329. Ἴστω νῦν Ζεὺς αὐτὸς ἐρίγδουπος, πόσις Ἥρης. Scholiast. Γινωσκέτω, μάρτυς ἔστω. Sophocles: Ἴστω Ζεὺς, ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί. Theocritus: Ἴστω γὰρ κούρα τε καὶ εὐίανος Δαμάτηρ. Ex Joh. Brodæi notis. Ponitur autem pro ἰσάτω per syncopen. Γοργοφόνα autem Pallas dicitur, vel quia ipsa Gorgonem interemit, vel quia ejusdem consilio Perseus, ut et alias observavimus, ad Bacch. v. 979. Duplex enim narratur historia. *Barnes.*

1480. Ἃ σκοπέλοις ἐπ' ἐμοῖς] Vide similem locum supra ad v. 1433. *Barnes.*

1481. Τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον θάσσει.] Πάγον ἐλαιοφυῆ τὴν Ἀκρόπολιν καλεῖ, ὅτι πρῶτον ἐνθάδε ἡ ἐλαία ἐφάνη. Vid. Eustath. in Homer. fol. 1095. lin. 25. *Barnes.*

1482. Reisk. scribit: θολία, *turbida.* *Beck.*

1485. Κρυπτόμενον λέχος ηὐνάσθην.] Quia dicitur εὐνὴν εὐνάζομαι, etiam λέχος εὐνάζομαι dicendum, quia λέχος et εὐνὴ sunt synonyma: sic quia *vitam vivere,* et *ætatem vivere,* dicitur; et similia licet sexcenta observare. Vid. ad Iphig. Aul. v. 1182. et hujus fabulæ, v. 622. *Barnes.*

1486. κεδνὸν] Ed. Ald. κεδνός. MS, G. καινὸν. *Musg.*

ΚΡ. Παρθένια δ' ἐμᾶς ματέρος
Σπάργαν' ἀμφιβολά σοι τάδε
Ἐνῆψα, κερκίδος ἐμᾶς πλάνους.
Γάλακτι δ' οὐκ ἐπέσχον, οὐδὲ μαστῷ
Τροφεῖα ματρὸς, οὐδὲ λουτρὰ χειροῖν,
Ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον οἰωνῶν
Γαμφηλαῖς φόνευμα θοίναμά τ' εἰς
Ἅιδαν ἐκβάλλῃ.
ΙΩΝ. Ὦ δεινὰ τλᾶσα μῆτερ.
ΚΡ. Ἐν φόβῳ καταδεθεῖσα σὰν
Ψυχὰν ἀπέβαλον, τέκνον·

Cre. Virginales vero labores, ut matris
Fascias circumjectas tibi
Indui, mei radii errores.
Lacti vero te non admovi, neque mamma,
Alimenta matris, neque lavacra manibus:
Sed in antro deserto avium
Rostris cædes epulumque ad
Mortem ejectus es.
Ion. O dira mater ausa.
Cre. Metu constricta, tuam
Animam perdidi, fili,

1494. χεροῖν. 1497. ἀΐδαν.

1488. Malim κρύφιόν γ' ἀδῖν', ut metrum anapæsticum sit. *Heath.*

Vide Wesseling. ad Diod. Sic. IV. 58. Hermann. Corregerat jam Barnesius, qui, tamen, Ἠλεκτρυῶνος retinet Alc. 855. Non tam accuratus est Hermannus, ut par est, in referendo emendationes ad auctores suos. Ille lector Herc. Fur. qui omnem ejus notitiam de textu ex Notis editionis hujusce hauriat, multas editori adscribet emendationes, quæ illius non sunt. Sed monendum est, Hermannum longe a suspicione plagiarismi removeri; et culpam cujus eum redarguimus, inter editores tam universalem esse, ut in excessum ejus tantum animadvertendum est. Si quis certiorem faceret Hermannum de vituperatione nostra verisimile est, sese excusaret, dicendo, ejus editionem nimis festinanter comparatam esse. Præ se fert indicationes quasdam alias solicitudinis auctoris, opus suum ad finem ducere properantis, ut venale prostet nundinis librariis Leipsiæ. *Elmsl.*

Ἠλεκτρυῶνα] Vide infra ad v. 1250. *Musg.*

Ἠλεκτρύωνα·] Amphitryon invitus Electryonem, Alcmenæ patrem et amicum, occidit, de qua re videsis Apollodorum Bibliothec. Lib. II. c. 4. sect. 6. Homeri Scholiast. ad Odyss. λ'. v. 265. Καὶ Ἀμφιτρύων ἀποκτείνας ἀκουσίως Ἠλεκτρύωνα, φεύγει εἰς Θήβας. *Barnes.*

19. καθέλων] Ita verissime emendant Reiskius et Tyrwhittus. Ed. Ald. et MSS. καθελών. *Musg.*

21. εἴτε του χρεὼν μέτα.] Lege εἴτε τοῦ. *Por.*

23. Ταινάρου διὰ στόμα] De Herculis ad inferos per hunc locum descensu ita Apollodorus Biblioth. Lib. II. c. 5. sect. 12. Καὶ παραγενόμενος ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς, οὗ τῆς Ἅιδου καταβάσεως τὸ στόμιόν ἐστι, διὰ τούτου κατῄει. *Barnes.*

24. τρισώματον κύνα] Κέρβερον, τὸν Κύνα Πλούτωνος, ὃν τρισώματον καλεῖ, ὅτι τρικέφαλος ἦν· φυσικῶς δ' οὐκ ἂν εἴη κεφαλὴ ἄνευ τοῦ σώματος. Et sane communiter tria capita Cerbero tribuuntur: Unde et Sophocles vocat τρίκρανον ᾅδου σκύλακα, et κύων τρικάρηνος aliis dicitur. Sed latius Hesiodus vocat Κέρβερον πεντηκοντακάρηνον, Theogon. v. 312. Et Horatio dicitur Lib. II. Od. 13. *Bellua centiceps.* Et Tzetzes idem: Ἐκεῖ δὲ λέγουσιν εἶναι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς· ἃς φυλάσσει ὁ Κύων τοῦ Ἅιδου, ὃς ἔχει ἑκατὸν κεφαλάς. Et idem tamen Horatius tria capita quoque illi affigit, eodem Carminum libro, Od. 19. *Te vidit insons Cerberus aureo Cornu decorum leniter atterens Caudam et recedentis* trilingui Ore *pedes, tetigitque crura.* Quæ quidem opinio usitatior, et a Virgilio quoque, Ovidio, Tibullo, confirmata. Pausanias Laconic. fol. 108. lin. 41. Ἀλλὰ Ἑκαταῖος μὲν ὁ Μιλήσιος λόγον εὗρεν εἰκότα, Ὄφιν φήσας ἐπὶ Ταινάρῳ τραφῆναι δεινόν· κληθῆναι δὲ Ἅιδου κύνα, ὅτι ἔδει τὸν δηχθέντα τεθνάναι παραυτίκα ὑπὸ τοῦ ἰοῦ. *Barnes.*

27. Δίρκης τις] Ita MSS. E. G. ut legendum conjecerat Piersonus. In Ed. Ald. deest τις. Prioris hujus Lyci historiam enarrat Apollodorus Lib. III. c. 5. sect. 5. *Musg.*

Ὡς ἦν ὁ Δίρκης τοπάρος εὐνήτωρ Λύκος,] Hic Lycus primus, hujus Lyci pater, erat Nyctei frater, et filius Chthonii Spar-



Τὴν ἑπτάπυργον τήνδε δεσπόζων πόλιν,
Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονός,
Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός·
Οὗ ταυτὸν ὄνομα παῖς πατρὸς κεκλημένος,
Καδμεῖος οὐκ ὤν, ἀλλ' ἀπ' Εὐβοίας μολών,
Κτείνει Κρέοντα, καὶ κτανών, ἄρχει χθονός,

Dominum hujus urbis, quæ septem turres habet,
Priusquam terræ dominarentur, in-equis albis-equitantes,
Amphion et Zethus filii Jovis.
Cujus filius, eodem quo pater nomine vocatus,
Non existens Thebanus, sed ex Eubœa profectus,
Occidit Creontem: quo interfecto, ipse imperat terræ,

tæ, Dircæ maritus, quem Amphion et Zethus occiderunt. De qua re Apollodor. Bibliothec. Lib. III. c. 5. sect. 5. Cum autem male hic versus se prius habebat: scribebatur enim: Ὡς ἦν πάρος Δίρκης εὐνήτωρ Λύκος: Josephi Scaligeri lectio hæc erat, quam nos admisimus; quanquam nec illa Duporti erat contemnenda: ita enim is legit: Δίρκης ὅτ' ἦν πάροιθεν εὐνήτωρ Λύκος. *Barnes.*

Reisk. vult: ὡς ἦν πάρος Δίρκης ὁμευνήτωρ, aut συνευνήτωρ.

Struchtmeier. An. Cr. p. 148. vel μὲν εὐν. quod est in antt. edd. retineri, vel συνευνήτωρ scribi vult. *Beck.*

29. λευκοπώλω] Idem epitheton exstat Phœn. v. 615. ubi recte Valckenærius de Amphione et Zetho intelligit, hujus maxime loci subsidio usus, nec tamen negligens Hesychium v. Διόσκουροι. Barnesius, non inepte, honoris indicium apud Veteres fuisse putat *Equis albis vectari*, unde Jason apud Pindarum: λευκίππων δόμους πατέρων φράσσετέ μοι. Pyth. IV. Stroph. 6. confer Lib. Judicum, c. v. ver. 10. *Musg.*

Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς Ἀμφίον', ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διὸς] Candidi equi, et muli, et asini principibus et tyrannis et victoribus, præcipue ovantibus et triumphantibus, semper in usu esse solebant; Castorique et Polluci κατ' ἐξοχὴν tribuuntur a veteribus; ut diximus ad Helen. v. 639. Sed nec iis solis, ut vel ex hoc loco patet: verum Amphioni etiam et Zetho, qui λευκόπωλοι quoque dicuntur et ἔκγονοι Διός; erant enim et illi Διὸς κοῦροι, Jovis nempe et Antiopæ filii, unde et illi etiam Gemini, ut Castor et Pollux, vocati; sic enim Horat. Epist. Lib. I. 1. Epist. 18. v. 41. *Gratia sic fratrum Geminorum, Amphionis atque Zethi, dissiluit.* Quod vero Διὸς κοῦροι et alii dicantur, vide Eustathium in Homer. fol. 1333. lin. 57. Quin et hi Castorum titulo in hoc loco insigniti, λευκοπώλω vocantur; unde Hesychius recte: Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοί. Καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων λευκόπωλοι καλούμενοι· καὶ ἀστέρες, etc. Palmerius errat, dum studens hunc locum corrigere, magis implicat, dicendo: *Pro Ζῆθος καὶ Ἀμφίων repone Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης. Incogitanter certe hæc scripsit*] Hesychius. *Ita ille.* Salmasius, ut nos, legit, Diog. Laërt. 123. Nunnes. in Phrynich. p. 47. Neque aliud in Hesychio desiderabatur, quam vocula καὶ ante Ζῆθος, etc. Quod et de Phavorino quoque dicendum. Sed, ut ad vocem λευκόπωλος revertamur, etiam inter Hebræos candor erat nobilitatis insigne, tam in vestibus, ut probavimus ad Helen. v. 1186. quam in equis, mulis, aut asinis, ut supra diximus; et jam nunc probaturi sumus. Ita Judicum, c. v. ver. 10. Principes et Judices populi Israëlitici designantur per hæc verba, *equitantes asinas nitidas*, i. e. *candidas*; ita vertit Anglicana nostra versio: *Speak ye, that ride on white asses.* Quin et Ἱερονῖκαι, ut et nobiles et regii juvenes, albis equis invehebantur; unde Pindarus Jasonis parentes vocat λευκίππους, Pythionic. Od. 4. Stroph. ς'. Λευκίππων δὲ δόμους πατέρων Κεδνοὶ πολῖται φράσσατέ μοι σαφέως. Unde et nos in Franciados nostræ Lib. VII. de Nigri Principis equo ita veteribus conformiter canimus — *Hic longe cygnos can-*

Στάσει νοσοῦσαν τήνδ' ἐπεισπεσὼν πόλιν.
Ἡμῖν δὲ κῆδος εἰς Κρέοντ' ἀνηγμένον
Κακὸν μέγιστον, ὡς ἔοικε, γίγνεται.
Τοὐμοῦ γὰρ ὄντος παιδὸς ἐν μυχοῖς χθονὸς,
Ὁ κλεινὸς οὗτος τῆσδε γῆς ἄρχων Λύκος
Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας ἐξελεῖν θέλει

Irruens in hanc urbem seditione laborantem.
Nobis vero affinitas cum Creonte contracta
Maximum, ut apparet, malum est.
Nam dum in penetralibus terræ est filius meus,
Ille inclytus hujus terræ dominus Lycus
Liberos Herculis vult perdere,

denti corpore vincat, Idem aquilas oculorum acie, cursuque fatiget. Quin et in historia nostra, quam de vita et gestis Regis Eduardi Tertii quinquennio fere abhinc edidimus, ubi post pugnam Pictaviensem, in qua rex Gallorum, Johannes de Valois, ab Eduardo Principe captus est, ejusdem principis triumphalem in urbem Londinum ingressum describimus, ita dicimus, Histor. Ed. III. Lib. III. c. 2. sect. 1. "Rex Johannes, regalibus vestimentis indutus, arduo candidoque equo invehebatur; majestatis id erat emblema et honoris. At generosus ille Princeps Walliæ lateri ejus adequitabat nigro asturcone vectus, ut qui ne minimam quidem triumphi speciem præ se ferret." Non abludit hinc vetus triumphantium apud Romanos mos: Hi enim curru quatuor albis equis propter amnem Clitumnum pastis protracto capitolium adscendebant; veluti dignos hinc se probarent, qui propter fortitudinem rerum potirentur. Et de Camillo hæc Livius, Lib. V. Maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invectus, parumque id non civile modo, sed humanum etiam visum. Jovis Solisque equi æquiparatum dictatorem in religionem etiam trahebant. Et paulo post: *Camillus meliore multo laude, quam cum triumphantem albi per urbem invexerant equi.* Hinc Ovid. Art. Aman. *Quatuor in niveis aureus ibis equis.* Et Horat. *Barros ut equis præcurreret albis.* De Persarum vero albis equis, qui Nesæi dicebantur, Solique erant sacri, vid. quæ nos in Αὐλικοκατόπτρῳ nostro ad v. 1504. notavimus. Huc adde Hadriani Junii Animadvers. Lib. I. c. 12. ubi hanc ipsum locum expendit. *Barnes.*

30. Vid. Pors. ad Hecub. 327. *Herman.*

31. παῖς h. l. non propria poni significatione, sed indicare *unum e posteris* (descendant) censet Prev. *Beck.*

35. ἀνηγμένον] Amicus quidam Musgravii recte in ἀνημμένον mutare videtur. *Herman.*


Musgravii amicus jure ad v. 476. refert. Proximo versu ancipites hæremus inter κακὸν μέγιστον, *permagnum malum*, et κακῶν μέγιστον, *malorum maximum.* Absque dubitatione legimus, κάκιστον ὅπλων, v. 161. Legimus etiam σκαιὸν ἡγοῦμαι βροτῶν, loco βροτὸν, v. 285. *Quam emendationem*, ut dicere solet Wakefieldius, *præripuit nobis Porsonus Adversar.* p. 271. *Elmsl.*

ἀνηγμένον] Malit amicus ἀνημμένον, ut v. 476. *Musg.*

38. Ὁ κλεινὸς οὗτος τῆσδε γῆς ἄρχων Λύκος] v. 540. Λύκος σφ' ὁ κλεινὸς γῆς ἄναξ διώλλυσιν. v. 764. Βέβακ' ἄναξ ὁ κλεινὸς, ὁ δὲ παλαίτερος κρατεῖ, λιμένα λιπών γε τὸν Ἀχερόντιον. Mirum nobis videtur, Hermannum in horum tertio locorum, Piersoni emendationem καινὸς pro κλεινὸς respuisse, quæ, judicio nostro, primo et secundo reciperetur. Conf. v. 566. non multum abest quin legeremus καινὸς, in omnibus locis a Piersono citatis (Verisim. p. 233.) Vid. etiam Eurip. Suppl. 1065. Hel. 1398. *Elmsl.*

κλεινὸς] Ionice, ut κλεινὴ, v. 1294. *Musg.*

39. ἐξελεῖν] Ita recte edunt, ex conjectura H. Stephani. vid. infra v. 60. Ed. Ald. ἐξελθεῖν. *Musg.*



Κτανών, δάμαρτά θ', ὡς φόνῳ σβέσῃ φόνον,
Κἄμ', εἴ τι δὴ χρὴ κἄμ' ἐν ἀνδράσιν λέγειν,
Γέροντ' ἀχρεῖον· μή ποθ' οἵδ' ἠνδρωμένοι
Μήτρωσιν ἐκπράξωσιν αἵματος δίκην.
Ἐγὼ δέ, λείπει γάρ με τοῖσδ' ἐν δώμασιν
Τροφὸν τέκνων οἰκουρόν, ἡνίκα χθονὸς
Μέλαιναν ὄρφνην εἰσέβαινε, παῖς ἐμὸς
Ξὺν μητρί, τέκνα μὴ θάνωσ' Ἡρακλέους,
Βωμὸν καθίζω τόνδε σωτῆρος Διός,
Ὃν καλλινίκου δορὸς ἄγαλμ' ἱδρύσατο,

Necans et conjugem, ut cædem cæde extinguat,
Et me: si modo inter viros numerare quoque convenit
Senem inutilem, ne aliquando illi, postquam ad virilem ætatem pervenerint,
Pœnas exigant cædis Avorum maternorum.
Ego vero (reliquit enim me in his ædibus
Nutritorem liberorum *et* custodem domus, quando terræ
Obscuram caliginem ingressus est filius meus,)
Cum matre, ne liberi Herculis moriantur,
Ad aram hanc Jovis servatoris sedeo,
Quam statuit ut monumentum esset victricis hastæ,

40. δάμαρτά θ',] Conjectura Canteri est, quam recte receperunt Editi. Ed. Ald. δάμαρθ'. *Musg.*

δάμαρτά θ',] Ita lego pro δάμαρθ', ut versus expleatur, qui defecit una syllaba. Auctores Canterum et Scaligerum habeo. *Barnes.*

43. Μήτρωσιν] Pluralis pro singulari, ut infra v. 455. Confer Longinum, Sect. XXIII. Unum quippe hic Creontem respicit, Megaræ patrem, liberorumque ideo avum. Notandum enim, vocem Μήτρως, quæ plerumque avunculum sonat, ab Euripide, et solo forte Veterum, ad avum maternum indicandum adhibitam esse. Pollux Lib. III. sect. 16. Μητρὸς πατὴρ, τοῦτον δὲ Εὐριπίδης μήτρωα ὀνόμασι.

Μήτρωσιν] *Avis maternis.* Pindarus Olymp. IX. Stroph. III. ubi Scholiastes: νῦν ὁ Πίνδαρος τὸν ἐκ μητρὸς πάππον μήτρωα ὀνομάζει. *Musg.*

Μήτρωσι,] Ita omnino pro μήτρωσιν scribendum; Creon enim, quem Lycus ceciderat, et cujus cædis vindictam ab Herculis liberis metuebat, erat illis Μήτρως, hoc est in hoc loco μητροπάτωρ: ita enim Eustathius fol. 971. lin. 38. Καὶ ὅτι που οἱ τῆς μητρὸς Γονεῖς Μήτρωες εἴρηνται. Ita ipse poëta infra explicat, v. 546. Μήτρωτι Κρέοντι θάνατον ἐπιτιμᾶται. Quod non cernentes interpretes, nescio quid de avunculis delirabant; nos jam Latinam quoque versionem in hac parte sanavimus. *Barnes.*

Uberius Reisk. docuit, pluralem sic pro singulari poni, sed monuit etiam, posse in μήτρωσι præter avum maternum intelligi fratres matris, s. avunculos. *Beck.*

45. Locum hunc non observavit Censor anonymus in Vol. VII. p. 447. libri cui [illegible] titulus, *The Quarterly Review*, qui negat, [illegible] τροφὸς unquam in genere masculino usur[illegible] pari. Lege Τροφὸν τέκνων οἰκουρόν. Cujus [illegible] mutationis in fidem, monendum erit, MS. [illegible] Philoctet. Soph. in Musæo (Harl. 5743. [illegible]) Britannico, legere, τροφὸς pro τροφεὺς, [illegible]. 344. Vid. Porson. Advers. p. 203. *Elms[illegible].*

47. Vide Pors. ad Hecub. v. 1141. *Herma[illegible].*

Reisk. scribit: μὴ θάνωσιν ἀκλεῶς. *Bec[illegible].*

48. σωτῆρος Διὸς,] Statuam Tropæi mo[illegible] erexit Hercules Thebis, in honorem Jovis



Μινύας κρατήσας, οὑμὸς εὐγενὴς τόκος.
Πάντων δὲ χρεῖοι τάσδ' ἕδρας φυλάσσομεν,
Σίτων, ποτῶν, ἐσθῆτος, ἀστρώτῳ πέδῳ
Πλευρὰς τιθέντες· ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι
Δόμων καθήμεθ' ἀπορίᾳ σωτηρίας.
Φίλων δὲ τοὺς μὲν, οὐ σαφεῖς ὁρῶ φίλους,
Οἱ δ' ὄντες ὀρθῶς, ἀδύνατοι προσωφελεῖν.
Τοιοῦτον ἀνθρώποισιν ἡ δυσπραξία·
Ἧς μήποθ', ὅστις καὶ μέσως εὔνους ἐμοί,
Τύχοι, φίλων ἔλεγχον ἀψευδέστατον.

Cum vicisset Minyas, generosus filius meus,
Has autem sedes servamus inopes *rerum* omnium,
Cibi, potus, vestitus, *in* non strato solo
Latera ponentes. Etenim exclusi
E domo sedemus, inopia salutis.
Amicorum vero alios quidem video non *esse* veros amicos,
Et qui vere sunt, non possunt nos adjuvare.
Ejusmodi inter homines *res est* calamitas:
In quam utinam nunquam, qui vel mediocriter mihi *sit* amicus,
Incidat, certissimum indicem amicorum.

Sospitatoris; quæ Asyli instar erat. De Tropæis nos ad Heraclid. v. 937. De Asylis ad Ion. v. 1311. *Barnes.*

49. Ὃν καλλινίκου δορὸς ἄγαλμ' ἱδρύσατο,] Ἄγαλμα δορὸς καλλινίκου, periphrasis apta tropæi, de qua re vide nota præcedente. *Barnes.*

50. Μινύας] Orchomeni incolas, *quibus cum Thebani vectigales essent*, Herculis *ope libertatem recuperarunt*. vid. Apollod. Lib. II. c. 4. sect. 11. Diod. Sic. Lib. IV. sect. 10. *Musg.*

Μινύας κρατήσας,] De Herculis cum Minyis pugna et Ergino, eorum rege, vide Apoll. Bibl. Lib. II. c. 4. sect. 2. et Polyænum Stratagem. Lib. I. Minyæ autem hi erant Orchomenii, et ab Argonautis diversi, qui et ipsi Minyæ dicti. *Barnes.*

51. Sic Heathius et Musgravius. Vulgo χρεωί. *Herman.*

χρεῖοι] Adjectivum χρεῖος, de quo non cogitarunt interpretes, exstat infra v. 1328. Æsch. Suppl. v. 210. et in fragmento Andromedæ apud Stobæum Tit. XCI. Philo Judæus de Cosmopœia: μὴ γὰρ χρεῖος ἐστιν, ᾧ πάντα ὑπήκοα. *Musg.* χρεῖοι, *indigi*, jam Heath. reposuerat. *Beck.*

53. Reisk. ἐκσφραγίζειν vult esse *excludere aliquem domo*, ceris velut et signis appositis arcere. *Beck.*

55. σαφεῖς] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. σαφῶς. *Musg.*

57. Non opus est ut confugiamus aut ad hoc genus interpretandi aut ad emendationes ab aliis interpretibus propinatas. Accusativus ἔλεγχον non respicit ad δυσπραξία, sed ad infinitivum subauditum δυσπραξίας τυχεῖν. Sic v. 425. τόν τε πολυδάκρυον Ἔπλευσ' ἐς Ἅιδαν, πόνων τελευτάν. Iph. A. 231. Ναῶν δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον, Καὶ θέαν ἀθέσφατον, Τὰν γυναικείαν ὄψιν ὀμμάτων Ὡς πλήσαιμι, μείλινον ἁδονάν. Hel. 1432. πᾶσαν δὲ χρὴν Γαῖαν βοᾶσθαι μακαρίαις ὑμνῳδίαις, Ὑμέναιον Ἑλένης κἀμὸν, ὡς ζηλωτὸς ἦ. Locis his, accusativi, πόνων τελευτὰν, μείλινον ἁδονὰν, ὑμέναιον Ἑλένης κἀμὸν, non pendunt ab ullo uno vocabulo, sed tota actione a verbis antecedentibus descripta. *Elmsl.*

59. Temere tentatur hic versus. Mutata est constructio, quod in mente habebat, ἣν μήποτε λάχοι. *Herman.*

ΜΕΓΑΡΑ.

Ὦ πρέσβυ, Ταφίων ὅς ποτ' ἐξεῖλες πόλιν,
Στρατηλατήσας κλεινὰ Καδμείων δορός,
Ὡς οὐδὲν ἀνθρώποισι τῶν θεῶν σαφές.
Ἐγὼ γὰρ οὔτ' εἰς πατέρ' ἀπηλάθην τύχης,
Ὃς οὕνεκ' ὄλβου μέγας ἐκομπάσθη ποτέ,
Ἔχων τυραννίδ', ἧς μακραὶ λόγχαι πέρι
Πηδῶσ' ἔρωτι σώματ' εἰς εὐδαίμονα,
Ἔχων δὲ τέκνα, κἀμ' ἔδωκε παιδὶ σῷ,

MEGARA.

O senex, qui Taphiorum olim cepisti urbem,
Gloriose exercitui Thebanorum imperans,
Quam Deorum nullum *consilium* certum *est* hominibus!
Ego enim quod ad patrem, non fortuna carui;
Qui propter opes olim valde superbus erat,
Habens regnum, propter quod longæ hastæ
Saltant ob cupiditatem, in beata corpora *principum:*
Habens insuper liberos; filioque tuo me dedit,

ἔλεγχον] Ita Aldina, nec ulla ratio est, cur cum Brodæo legamus ἔλεγχος. Utrumque enim, vel ipso teste, probum. vid. infra v. 73. *Musg.*

φίλων ἔλεγχον ἀψευδέστατον.] Canterus Φιλῶν. Ovid. *Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicienda fides.* Malim, inquit Brodæus, ἔλεγχος, ut sit: ἡ δυσπραξία τοιοῦτόν ἐστιν ἔλεγχος. Eustathius: Ὁ δὲ Ἡρακλεωτὸς λέγει, ὅτι, καθάπερ ὁ σκότος, καὶ τὸ σκότος, ἐν ὁμοίᾳ καταλήξει, οὕτω καὶ ὁ ἔλεγχος, καὶ τὸ ἔλεγχος. *Barnes.*

Heath. etiam legit ἔλεγχος ἀψευδέστατος, sed ἔλεγχος non pro neutro, verum pro masc. habet, ut sit *index*, vel *argumentum*, et constructio: τοιοῦτον πρᾶγμα ἡ δυσπραξία ἐστὶν ἀνθρώποισιν, δηλονότι ἔλεγχος ἀψ. φίλων. *Beck.*

Aut ἔλεγχος ἀψευδέστατος, ut ad δυσπραξία redeat, aut ἐλέγχου ἀψευδεστάτου, ut ad ἧς et τύχοι. Si autem ἔλεγχον ἀψευδέστατον retineatur, debebit ἣν et λάχοι legi. *Reisk.*

60. De Taphiis ab Amphitryone subactis vide Apollodor. Lib. II. c. 4. sect. 7. et Plautum Amphitryone, passim. *Musg.*

Ταφίων ὅς ποτ' ἐξεῖλες πόλιν,] Taphiorum et Teleboarum urbes excidit Amphitryon juvenis, in vindictam Alcmenæ fratrum ab iis cæsorum. De qua re vide Apollodor. Bibliothec. Lib. II. c. 4. §. 6. et interpretes Hesiodi ad illud Scut. Hercul. v. 18. μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας Ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων. Item Joh. Brodæum in Antholog. Lib. V. *Barnes.*

63. ἀπηλάθην τύχης,] *Expers eram fortunæ.* Isocrat. Evagora: ἀπελελαμένο[illegible] τῆς πολιτείας. Maxim. Tyr. Dissert. XXI[illegible] ἀπεληλαμένην τοῦ ὑγιοῦς. Idem Dissert[illegible] XXXIII. βάναυσος ψυχὴ, ἀπελελαμ[illegible] λόγου: vid. et Dissert. XL. in fine. Xe[illegible]noph. p. 7. Themist. p. 90. C. Plutarch[illegible] Agesil. p. 1125. Ed. H. Steph.

οὔτ' εἰς πατέρ'] *Nec quoad patrem.* Op[illegible] poni debuit in sequentibus οὔτ' εἰς πόσιν[illegible] *nec quoad maritum.* Sed hoc videtur l[illegible]tere in κἀμ' ἔδωκε παιδὶ σῷ. *Musg.*

64. Ὃς οὕνεκ' ὄλβου] Ita MSS. Step[illegible] Ed. Ald. ὡς οὕνεκ' ὄλβῳ. *Musg.*

69. θανόντ'] Legendum, ni fallor, ζ[illegible]ντ'. *Illa quidem prius* (i. e. viventib[illegible] nobis) *ovilarunt.* *Musg.*

Reisk. reponit: καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θα-

Ἐπίσημον εὐνὴν Ἡρακλεῖ ξυνοικίσας.
Καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ' ἀνέπτατο·
Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μέλλομεν θνήσκειν, γέρον,
Οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑπὸ πτεροῖς
Σώζω νεοσσούς, ὄρνις ὥς, ὑφειμένη.
Οἱ δ', εἰς ἔλεγχον ἄλλος ἄλλοθεν πιτνῶν,
Ὦ μῆτερ, αὐδᾷ, ποῖ πατὴρ ἄπεστι γῆς;
Τί δρᾷ; πόθ' ἥξει; τῷ νέῳ δ' ἐσφαλμένοι
Ζητοῦσι τὸν τεκόντ'· ἐγὼ δὲ διαφέρω
Λόγοισι, μυθεύουσα, θαυμάζω δ', ὅταν

Nobilem conjugem Herculi jungens matrimonio.
Et nunc illa quidem mortua avolaverunt.
Ego vero, et tu senex, moriemur,
Et liberi Herculis, quos sub alis
Pullos, veluti gallina incubans, servo.
Ipsi autem ad sciscitandum alius aliunde accedens,
O mater, inquit, ubinam terrarum abest pater?
Quid facit? quando veniet? ob teneram ætatem autem decepti,
Quærunt patrem: ego vero profecto
Verbis, fabulans. Admiror vero quando

νόντ' ἀνέπτατο, aut: καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντος (nempe Creonte) ἀπέπτατο, *illa gloria avolavit, Creonte mortuo. Beck.*

69. s. καὶ νῦν ἐκεῖνα μετὰ θανόντ' ἀνέπτατο·
ἐγὼ δὲ καὶ σὺ μέλλομεν θνήσκειν, γέρον.

Priorem versum in mendo cubare primus intellexit Reiskius, cujus tamen conjecturæ prostant ejusmodi, quibus nemo facile calculum adjecerit. Musgravius φθανόντ' ἀνέπτατο legendum suspicatus, voculam reliquit μετὰ, huic loco, si quid video, minime accommodatam. Videsis an corrigi debeat

καὶ νῦν ἐκεῖνα μάτην ἄφαντ' ἀνέπτατο.

Illa nunc quidem avolarunt, neque ullum sui vestigium, nullum fructum ad præsentem hanc vitam reliquerunt. In Oreste v. 1506. Helena percussorum manibus elapsa et inter Deos recepta ἐκ θαλάμων ἐγένετο διὰ προδόμων ἄφαντος. et v. 1574.

οὐ τέθνηκεν ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται.

in Helena autem, v. 604. illud simulacrum, cujus causa Græci multos per annos bellum gesserant, βέβηκεν πρὸς αἰθέρος πτύχας Ἀρθεῖσ' ἄφαντος. Æschylus Agam. 668. naves ᾤχοντ' ἄφαντοι, ποιμένος κακοῦ στρόβῳ. Plura huc pertinentia congessit Abresch. in Annotationibus ad N. T. p. 595. sq. Quod ad μάτην attinet, quod facile permutari potuit cum μετὰ per compendium scripto, illud minime abundat, sed eum sensum habet, quem in Latina versione exprimere conati sumus. Eodem sensu positum legitur in Medea, v. 1257. μάταν μόχθος ἔρρει τῶν τέκνων.

Jacobs.

71. Ex emendatione Piersoni. Vulgo ὑποπτέροις. *Herman.*

ὑποπτέρους] Recte Piersonus ὑπὸ πτεροῖς, conferens Heraclid. v. 10. *Musg.*

71. s. ὑποπτέρους Σώζω νεοσσούς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη.] Vide ad Andromach. v. 441. et Troad. v. 753. *Barnes.*

73. ἄλλος] Ita Edd. recent. monente H. Stephano, nec dissentiunt MSS. E. G. Ed. Ald. ἄλλης. *Musg.*

75. τῷ νέῳ] Τῇ νεότητι. Τὸ νέον, pro ἡ νεότης, vid. ad Androm. v. 183. et v. 601. et Ion. v. 547. *Barnes.*

Πύλαι ψοφῶσι· πᾶς τ' ἀνίστησιν πόδα,
Ὡς πρὸς πατρῷον προσπεσούμενοι γόνυ.
Νῦν οὖν τίν' ἐλπίδ' ἢ πόρον σωτηρίας
Ἐξευμαρίζει, πρέσβυ; πρὸς σὲ γὰρ βλέπω·
Ὡς οὔτε γαίας ὅρι' ἂν ἐκβαῖμεν λάθρα·
Φυλακαὶ γὰρ ἡμῶν κρείσσονες κατ' ἐξόδους·
Οὔτ' ἐν φίλοισιν ἐλπίδες σωτηρίας
Ἔτ' εἰσὶν ἧμιν. ἥντιν' οὖν γνώμην ἔχεις,
Λέγ' εἰς τὸ κοινόν, μὴ θανεῖν ἕτοιμον ᾖ,
Χρόνον δὲ μηκύνωμεν, ὄντες ἀσθενεῖς.
ΑΜ. Ὦ θύγατερ, οὔτοι ῥᾴδιον, τὰ τοιάδε
Φαύλως παραινεῖν σπουδάσαντ' ἄνευ πόνου.

Fores strident, et unusquisque attollit pedem,
Ut ad paternum se projecturi genu.
Nunc igitur quam spem, aut viam salutis
In promptu habes, O senex? ad te enim respicio.
Nam neque terminos terræ clam egredi possumus:
Sunt enim custodiæ in exitu nobis potentiores,
Neque in amicis spes salutis
Nobis est amplius. Sententiam igitur quam habes,
In medium profer, ne mors sit expedita *nobis:*
Sed tempus producamus, existentes infirmi.
Am. O filia, non facile *est* talia deliberantem decernere
Tanquam levia sine fluctuatione.

80. Ald. ἢ πίδον. Barnesius ex Canteri conjectura, probata Æm. Porto, edidit ἔμπιδον. Præferendam judicavi Musgravii correctionem. *Herman.*

ἢ πίδον] Canterus ἔμπιδον. Legendum ἢ πόρον. πόρος σωτηρίας est apud Josephum Lib. XX. c. 3. sect. 1. et de vita sua, sect. 3. *Musg.*

ἔμπιδον] Ita cum Cantero pro ἢ πίδον lego, et ad ἐλπίδα refero. Vox Homerica. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἢ πίδαν σωτηρίας, *aut vinculum, ansam salutis. Beck.*

Ferri poterat antiqua lectio ἢ πίδον, *aut fundamentum salutis. Heath.*

81. Ἐξευμαρίζῃ,] Εὐπρεπίζεις, παρασκευάζεις, ῥᾴδιον ποιεῖς, καὶ παρέχεις ἡμῖν. Εὐμαρὴς, ῥᾴδιος, πρόχειρος, παρὰ τὸ μάρη, αἱ χεῖρες. Vid. supra v. 18. συμφορὰς ἐξευμαρίζων. *Barnes.*

86. Videntur dura verba sic exponi debere: dic, annon expeditum et consultum sit mori, et annon tempus tantummodo trahamus absque fructu, quum non valeamus cædem arcere. *Reisk.*

88. s. παραινεῖν] Optime Reiskius (et Heath.) περαίνειν. περαίνειν τὰ τοιάδε idem plane est, ac περαίνειν κρίσιν περὶ τοιῶνδε. Sed præterea legendum putem:

— οὔτοι ῥᾴδιον τὰ τοιάδε,
φαῦλ' ὡς, περαίνειν σπουδάσαντ' ἄνευ πόνου.

Non utique facile est, hujusmodi res, tanquam levia quædam, sine ulla hæsitatione aut errore mentis discernere. ὡς postpositum adjectivo vide Suppl. v. 331. *Musg.*

89. Reiskius et Heathius περαίνειν. Non sollicitanda vulgata. *Herman.*

90. Vulgo προσδεῖ σ'] Emendavit Musgravius. *Herman.*

προσδεῖς,] Male vulgo, quod et habet

ΜΕ. Λύπης τι προσδεῖς, ἢ φιλεῖς οὕτω φάος;
ΑΜ. Καὶ τῷδε χαίρω, καὶ φιλῶ τὰς ἐλπίδας.
ΜΕ. Κἀγώ· δοκεῖν δὲ τἀδόκητ' οὐ χρὴ, γέρον.
ΑΜ. Ἐν ταῖς ἀναβολαῖς τῶν κακῶν ἔνεστ' ἄκη.
ΜΕ. Ὁ δ' ἐν μέσῳ με, λυπρὸς ὢν, δάκνει χρόνος.
ΑΜ. Γένοιτό τἂν, ὦ θύγατερ, οὔριος δρόμος
Ἐκ τῶν παρόντων τῶνδ' ἐμοὶ καὶ σοὶ κακῶν·
Ἔλθοι τ' ἔτ' ἂν παῖς οὑμὸς, εὐνήτωρ δὲ σός.
Ἀλλ' ἡσύχαζε καὶ δακρυῤῥόους τέκνων
Πηγὰς ἀφαίρει καὶ παρευκήλει λόγοις,
Κλέπτουσα μύθοις ἀθλίους κλοπὰς ὅμως.
Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ ξυμφοραί,

Meg. Quid tristitiæ tibi deest? aut amas tantopere lucem?
Am. Ego vero et lætor ea, et spem amo.
Meg. Et ego: sed non oportet sperare non speranda, O senex.
Am. In ipsa mora insunt remedia malorum.
Meg. At tempus interjectum, cum sit triste, mordet me.
Am. Forte, filia, contingat secundus cursus
Ex præsentibus malis mihi, et tibi,
Ac veniat aliquando filius meus, tuus maritus.
Verum quiesce, et lacrymosos liberorum
Fontes aufer, et *ipsos* delini verbis,
Commentis fallens, quamvis miseram deceptionem.
Laborant enim etiam ipsæ mortalium calamitates,

contextus, προσδεῖ σ'. Vid. Iph. in Aul. v. 41. Troad. v. 799. *Musg.*

Petit. Miscell. Lib. III. c. 20. reponit: Ἐλπὶς τί προσδεῖ σ', sed repugnat ei Heath. *Beck.*

95. Erfurdtii emendatio est γένοιτό τἂν. Vulgo γένοιτ' ἄν. *Herman.*

Malim, Γένοιτ' ἂν ἔτ' ἄν, ὦ θύγατερ. Ἔτι, nobis videtur, magis sententiæ consentaneum quam τοι. *Elmsl.*

Recte, ut videtur, Barnesius versum per μοὶ supplevit, uncinis hic inclusum. Vide, citante ipso, Orest. v. 124. Iphig. in Aul. v. 613. Iphig. in Taur. v. 871. Troad. v. 1073. *Musg.*

95. s. Γένοιτ' ἄν, ὦ μοι θύγατερ, οὔριος δρόμος Ἐκ τῶν παρόντων τῶνδ' ἐμοὶ καὶ σοὶ κακῶν·] Olim μοι ante θύγατερ aberat, non sine versus jactura; restituitur nunc cum elegantia; sic Orest. v. 124. Ἰδ', ὦ τέκνον μοι. Iphig. Aul. v. 613. Σὺ δ', ὦ τέκνον μοι. Iphig. Taur. v. 871. Ὦ μοι σύγγονε. Demum Troad. v. 1073. Ὦ φίλος, ὦ πόσι μοι. Nec obest, quod in versu sequenti ἐμοὶ iterum occurrat: prius enim μοι pro μου ponitur, alterum ad γένοιτο refertur. Τῶνδ' vero, quod in secundo versu post παρόντων aberat in nonnullis exemplaribus, ex Aldina editione restitui. *Barnes.*

Quia in ed. vet. est, γένοιτ' ἄν, ὦ θύγατερ, Reisk. scribit: γένοιτ' ἂν αὖ, ὦ θ. *Beck*

97. Ἔλθοι τ' ἔτ' ἄν] Ita MS. 2714. Vulgo ἔλθοι τί ποτ' ἄν. *Musg.*

In vulgata particulam τι ejici jubebat Heath. locumque reddidit sic: *Fieri potest, O filia, ut, secundante fortunæ aura, effugium obtingat ex præsentibus malis,*

Καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει,
Οἵ τ' εὐτυχοῦντες διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς.
Μεθίσταται γὰρ πάντ' ἀπ' ἀλλήλων δίχα.
Οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσιν
Πέποιθεν ἀεί· τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.

Et flatus ventorum: neque semper robur habent,
Et qui felices sunt, non sunt perpetuo felices,
Omnia enim a se invicem in diversa abeunt.
Hic autem optimus *est* vir, qui spei
Semper confidit: at desperare, hominis *est* ignavi.

quæ me et te circumdant; veniat modo filius meus tuusque maritus. *Beck.*

98. Ald. τέκνον, reliquæ τέκνων, sic citavit etiam Pors. ad Phœn. 381. *Herman.*

101—106. Apud Stob. Grot. CXI. p. 461. ubi ξυμφοραί. *Burn.*

Elegantius foret:

101. s. κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραί,
καὶ πνεύματ' ἀνέμων· οὐδ' ἀεὶ ῥώμην ἔχει. *Musg.*

101. Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραί,] Hunc locum egregium sane et philosophia plenum citat Stobæus in capite περὶ ἐλπίδος, totidem verbis, excepto, quod in v. 104. Μεθίσταται pro 'Εξίσταται legit. Hugo Grotius ita vertit in sua Stobæi editione: "Etiam calamitas ipsa lassari solet. Nec semper aër tristibus flabris gemit, Nec cui beate nunc, et olim sic erit. Perpetua rebus imminent divortia. longe Optimus, qui sperat: at qui ignavia Despondet animum, nullius pretii est homo." Hinc Ovidianum illud in omni fere consilio a me usurpatum: *Sed quid tentare nocebit?* Et sane, qui varias, miras, subitas et inexspectatas fortunæ vices novit, de nihilo unquam desperabit; audeat modo, et exspectet. Certe desperatio multis nocuit, heroica spes et fiducia sæpe felicem sortitur exitum. Quare recte Theocritus: 'Ελπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες, Idyll. IV. v. 42. Latine: Spes est in vivis, sed spes est nulla sepultis. At vetustissimus poëta, Linus, optime: 'Ελπεσθαι χρὴ πάντ'· ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον. 'Ρᾴδια πάντα Θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν. Non hæc ego de ambitiosorum, aut amatorum, aut avarorum spe vana; de his enim rectius Plato statuit, Τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι. *Barnes.*

103. Οἵ τ' εὐτυχοῦντες, διὰ τέλους οὐκ εὐτυχεῖς.] In hanc sententiam vide quæ nos ad Iphig. Aul. v. 161. *Barnes.*

104. Stobæi lectio est μεθίσταται tit. 111. Grot. Euripidis libri ἐξίσταται. *Herman.*

'Εξίσταται] Stobæus Tit. CXI. Ed. Grot. μεθίσταται, quod non deterius. *Musg.*

'Εξίσταται] De Stobæana lectione in margine notavimus. Nostra vero potior videtur, ut sit hic sensus: *Non eundem semper cursum tenoremque servant, sed ab invicem separari et mutari solent.* Ita Thucydides Lib. II. Καὶ ἐγὼ μὲν ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἐξίσταμαι· ὑμεῖς δὲ μεταβάλλετε. *Barnes.*

105. s. Οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσι Πέποιθεν αἰεί·] Οὗτός ἐστιν ἐπ' ἀνδρείᾳ τε καὶ σοφίᾳ μάλιστα μὲν ἐπαινετὸς, ὅστις εὐθαρσὴς καὶ εὔελπις πρὸς τὰ τῆς τύχης ἐπίπταν γίνεται. Spei autem laudem vide supra ad v. 101. *Barnes.*

106. Reisk. reponit: ἀπειρεῖν, i. e. ἀπειπεῖν, *despondere animum.* *Beck.*

107. s. Vulgo ὑπώροφα et ἐηλίμων. Sic Orest. 147. Hæret interpretatio in vocabula quinque priora quæ, si modo solito conjungamus, necessario signant locum, ad quem Chorus proficiscitur. Sic Med. 666. Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης; Hæc verba tamen, ut jure monent interpretes, locum significare ex quo venit Chorus, intelligenda sunt. Barnesius, causa nulla illata, in textum recepit λιπών. Musgravius vult ἐστάλην in ἐξῆλθον mutare. Quas emendationes metri ratio non fert, has igitur Hermannus rejicit, qui addit: "At μέλαθρα καὶ δόμων ἔρυμα εἰ-

ΧΟΡΟΣ.

'Υπώροφα μέλαθρα στροφή.
Καὶ γεραιὰ δέμνι' ἀμφὶ βάκτροις
Ἔρεισμα θέμενος, ἐστάλην, ἰηλέμων

CHORUS.

Ex bene tectis atriis
Et senili lecto, baculis
Innitens, egressus sum lugubrium

μενος idem est ac si dixisset, μέλαθρα καὶ δέμνια σὺν βάκτροις διαπορευόμενος. Sic in Ione 743. Βάκτρῳ δ' ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός." Nobis non arridet interpretatio hæc, quem locum si quis emendare nos rogaret, legamus: ἐξέβην, seu magis ἐξέβαν pro ἐστάλην. Omnia hac mutatione recta evadent. Verbum ἐκβαίνω accusativum regit in hujus tragediæ, v. 82. 'Ως οὔτι γαίας ὅρι' ἂν ἐκβαῖμεν λάθρα. Attamen libere fatemur, ἐξέβαν pro ἐστάλην, audacius mutari. Mirum est, quod in versu Medeæ supra laudato, Aldus habet ἱκάνεις loco ἐστάλης. *Elmsl.*

107. ss. Hæc Ode in editis omnibus tanquam monostrophica exhibetur, sed revera antistrophicam esse, monuit me Tyrwhittus. Strophe et antistrophe sic constitui possunt:

Στροφή.

ΧΟ. 'Υψόροφα μέλαθρα, καὶ γεραιὰ
δέμνι', ἀμφὶ βάκτροις
ἔρεισμα θέμενος, ἐξῆλθον ἰηλέμων
γόων τ' ἀοιδὸς, ὥστε πολιὸς ὄρνις
ἔπεα μόνον, καὶ δόκημα νυκτερωπὸν
ἐνύχων ὀνείρων,
τρομερὰ μὲν, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα.
ἰὼ τέκεα, τέκεα πατρὸς
ἀπάτορ', ὦ γεραιὰ, σύ τε
τάλαινα μᾶτερ, ἃ τὸν Ἀΐδα δόμοις
πόσιν ἀναστενάζεις.

'Αντιστροφή.

μὴ πόδα προκάμητε, βαρύ τε κῶλον,
ὥστε πρὸς πετραῖον
λέπας ζυγηφόρον πῶλον ἀνέντες· ὡς
βάρος φέρων τροχηλάτοιο βάλου
λαβοῦ χερῶν καὶ πέπλων, ὅτου λέλοιπε
ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος.
γέρων γέροντα παρακόμιζε,
ὃ ξύνοπλα δόρατα νέα
τὰ πάρος ἐν ξυνηλίκων
πόνοις νέῳ ξυνῆν ποτ', εὐκλεεστάτας
πατρίδος οὐκ ὀνείδη.

Descripsi, ut legendum puto. Rationes emendationum nunc exponam.

Pro ὑπώροφα, quod metro adversatur, legi potest non incommode ὑψόροφα. Vox Homerica est, Plutarcho etiam adhibita Themistocl. p. 217. Ed. H. Steph.

λιπὼν, quod præbet in fine versus Barnesiana, additamentum est Scaligeri. *Musg.*

λιπὼν deleri vult Reisk. alloqui Chorum sedes suas et urbem totam.

Heath. sic versum dividit:

'Υπώροφα μέλαθρα antispasticus hemiolius.
Καὶ γεραιὰ λιπὼν penthemimeris trochaica.

Beck.

108. Barnesius ex Scaligeri conjectura post γεραιὰ addidit λιπών. Musgravio ἐστάλην in ἐξῆλθον mutandum videbatur. At μέλαθρα καὶ δέμνι' ἔρεισμα θέμενος idem est ac si dixisset, μέλαθρα καὶ δέμνια σὺν βάκτροις διαπορευόμενος. Sic in Ione 743. βάκτρῳ δ' ἐρείδου περιφερῆ στίβον χθονός. *Herman.*

109. ἐστάλην,] Et metro repugnat hæc vox et sententiæ. Sententiæ scilicet, quia Amphitryon, non intra sedes, nedum in cubiculo, versabatur, sed foris sub dio ad aram Διὸς σωτῆρος. vid. v. 53. Non igitur ad stragula senilia properabat Chorus, sed ea tum maxime reliquerat Legendum forte ἐξῆλθον, *egressus sum*, quod non semper genitivum adsciscit, sed aliquando etiam accusativum. Herodot. Lib. V.



Γόων ἀοιδὸς, ὥστε πολιὸς ὄρνις,
Ἔπεα μόνον καὶ δόκημα νυκτερωπὸν
Ἐννύχων ὀνείρων,
Τρομερὰ μὲν, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα.
Ὦ τέκεα πατρὸς ἀπάτορ', ὦ
Γεραιὲ, σύ τε, τάλαινα μᾶ-
τερ, ἃ τὸν Ἀΐδα δόμοις
πόσιν ἀναστενάζεις.
Μὴ προκάμητε, πόδα ἀντιστρ.

Carminum cantator, ut cana avis,
Verba tantum, et species obscura
Nocturnorum somniorum,
Tremula quidem, sed tamen prompta.
Io liberi, liberi patre carentes, O
Senex, tuque, mater infelix,
Quæ Plutonis in *ædibus* agentem
Maritum deploras.
Ne defatigemini pedem,

ἐνθαῦτά μιν φυλάξας ἐξελθόντα τὸ ἄστυ Σαλαμινίων ὁ Ὀνήσιλος. Polyb. p. 586. B. τὴν πύλην οὐδεὶς ἐξιέναι θαῤῥήσει. Idem, p. 630. A. ἐκπορευόμενος τὸ βουλευτήριον. Dionys. Halicarn. p. 252. l. 44. τὰς πύλας ἐξεληλυθότι. Aristid. Orat. Sacr. III. ἐξιόντι δέ μοι τὰ προπύλαια. *Musg.*

110. πολιὸς ὄρνις,] i. e. cygnus. *Musg.*

111. s. Hos versus ita constituit Heath.

Ἔπεα μόνον, καὶ δόκημα periodus.
Νυκτερωπὸν ἐννύχων ὀνείρων trochaicus trimeter brachycatalectus.

δόκημα νυκτερωπὸν recto casu ponitur, et a senibus de se dictum accipi debet. *Beck.*

Vid. Hecub. 72. *Burn.*

113. Τρομερὰ μὲν, ἀλλ' ὅμως πρόθυμα.] V. 126. Γέρων γέροντα παρακόμιζε. Quoniam quemque horum versuum sequuntur iambici tres dimetri, perducimur ut legamus, πρόθυμ' et παρακόμιζ'. *Elmsl.*

Τρομερὰ μὲν,] Emendatio est Tyrwhitti pro τρομερὰ μόνον. *Musg.*

Pro μόνον Heath. legit μὲν οὖν. *Beck.*

114. Vulgo ἰὼ τέκεα, τέκεα. *Herman.*

114—116. Versus hi tres sunt iambici dimetri quos sequitur ithyphallicus. Vulgo legitur: Ἰὼ τέκεα, τέκεα. Brevis est secunda syllaba γεραιὲ, ut in vv. 444. 896. Legit Hermannus, Ὦ τέκεα πατρὸς ἀπάτορ', ὦ Γεραιὲ, σύ τε τάλαινα μᾶ. πατρὸς ἀπάτορα, *locutionem portentosam esse* clamat Wakefieldius, et legit, Ἰὼ τέκεα, μέλεα πατρὸς, Ἀπάτορ'. "Quam emendationem," ait Wakefieldius, "utroque pollice sine dubio laudabunt eruditi, cum sit ex intimis veterum venustatum thesauris deprompta." Quoniam πατρὸς ἀπάτορα, nobis videtur, Græce dici æque ut παίδων ἄπαιδας, Androm. 610. ἄπαιδας τέκνων. ibid. 712. ἄφιλος φίλων. Hel. 524. et viginti aliæ locutiones passim apud tragedias, propterea quod emendationem Wakefieldio *utroque pollice laudare* roganti morem gerere nolumus. *Elmsl.*

118. In editis est μὴ προκάμητε πόδα.] Sed voces πόδα et προκάμητε propter metrum transposui. *Musg.*

Comma post προκάμητε ponendum. nam πόδα cohæret cum ἀνέντες, *remittentes*, de cursus vigore scilicet. *Beck.*

118—123. Hæc Amphitryoni tribuenda censeo, quæ vero inde sequuntur, i terum Choro. *Heath.*

120. Vulgo ζυγηφόρον πῶλον ἀνέντες.] Metri indicio primam vocem correxi. Ante ἀνέντες syllaba deest. Fortasse ἐξανέντες scribendum. Rarior est remittendi

Βαρύ τι κῶλον, ὥστε πρὸς πετραῖον
Λέπας ζυγοφόρον πῶλον, . . ἀνέντες, ὡς
Βάρος φέρω τροχηλάτοιο κώλου.
Λαβοῦ χερῶν καὶ πέπλων, ὅτου λέλοιπε
Ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος·
Γέρων γέροντα παρακόμιζε,
Τὸ πάρος ἐν ἡλίκων πόνοις
Ὦι ξύνοπλα δόρατα νέα νέῳ
Ξυνῆν πότ', εὐκλεεστάτας

Et lenta membra; tanquam ad saxeum
Clivum jugales equos incitantes: ut
Onus gesto tremuli pedis,
Apprehende manus, et vestes, cujuscunque deficit
Imbecille pedis vestigium.
Senex senem deduc,
Qui, sociæ hastæ juveniles
Ante inter æqualium-labores, juniores
Una fuerant, laudatissimæ

significatio in forma ἐξανίημι. Sed habet Sophocles in Philoct. 705. Sensus est: ne fatigemini, pedem senio gravem remittentes, velut equum jugalem in loco acclivi. *Herman.*

Reisk. scribit ζυγηφόροι πῶλοι. *Beck.*

121. Vulgo φέρων. Scripsi φέρω, ut Heathius, qui tamen errat, quum id vult conjunctivi modi esse. Κώλου pro Aldino πώλου præbuerunt MSS. Stephani. Intelligitur pes titubans. Eamdem rem similiter in Ione v. 743. per περιφερῆ στίβον χθονὸς indicavit. *Herman.*

πώλου.] Ita Ed. Ald. MSS. Steph. κώλου. Sed legendum τροχηλάτοιο βώλου, et intelligendum de lapide molari, qui revera τροχήλατος est, i. e. rota circumactus. Sic Xenarchus apud Athen. Lib. II. c. 23. patinam fictilem τροχήλατον κόρην vocat, quod rota figulina circumacta fuisset.

βῶλος aliquando *lapidem* significat, ut in Orest. v. 976. Strabo de lapicidina Synnadica: κατ' ἀρχὰς μὲν μικρὰς βώλους ἐκδιδόντος τοῦ μετάλλου, διὰ δὲ τὴν νυνὶ πολυτέλειαν τῶν Ῥωμαίων κίονες ἐξαιροῦνται μονόλιθοι. Lib. XII. p. 577. B. *Musg.*

Reisk. reponit: βαρυφόρου τροχηλάτου πώλου, *equi currum trahentis*, cui onere currus et longo itinere *pes gravis* et tardus factus est. *Beck.*

Pro φέρων malim legere φέρω, forma subjunctiva, ut constructio sit: λαβοῦ χερῶν καὶ πέπλων ὡς βάρος φέρω. τροχηλάτοιο κώλου verte *aurigantis pedis.* *Heath.*

122. ὅτου, *cujuscunque.* Legitur etiam ὅπου, sed, ut opinor, perperam. *Heath.*

125. Elisio in voc. παρακόμιζ' flagitat ordinem vv. 125. 126. mutari, cum prior duorum horum versuum, ordine quo fere semper stant, a consonante incipit. Mutationem hanc, Musgravio judice, sententia ipsa postulat. *Elmsl.*

Τὸ πάρος] MSS. Steph. τὸν πάρος. In MSS. pariter ac editis hic versus ante versum ὦ ξύνοπλα exhibetur, quod constructionem impeditam facit. Transponendos fuisse, metro Odes invento, dubitari non potest.

ὦ et νέω in edd. iota subscriptum habent, quasi dativi singularis essent. Mihi videntur nominativi dualis esse, ut ipsi commilitones ξύνοπλα δόρατα vocentur. vide, quæ dedimus ad Suppl. v. 708. Iphig. in Taur. v. 141.

Pro ξυνηλίκων, quod hic dedi, MSS. habent ἡλίκων. *Musg.*



Πατρίδος οὐκ ὀνείδη.
Ἴδετε, πατρὸς ὡς ἐπῳδός.
Γοργῶπες αἵδε προσφερεῖς
Ὀμμάτων αὐγαί.
Τὸ δὲ δὴ κακοτυχὲς οὐ λέλοιπεν ἐκ τέκνων,
Οὐ δ' ἀποίχεται χάρις.
Ἑλλάς, ὦ, ξυμμάχους
Οἵους, οἵους ὀλέσασα
Τούσδ' ἀποστερήσει.
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τῆσδε κοίρανον χθονὸς

Patriæ non probra.
Videte ut truces
Patris similes *sunt* hi
Oculorum fulgores.
Infortunium vero nondum a liberis discessit,
Neque abiit ob venustatem.
O Græcia, belli socios
Quales, quales amittes,
Cum hos perdideris.
Sed enim video dominum hujus terræ

Leg. τὸν πάρος συνήλικ' (aut εὐήλικ') ἐν πόνοις, *illum, qui in laboribus eandem mecum* (aut *bene*) *ferebat ætatem*. *Beck.*

126. Vulgo δούρατα. Emendavit Tyrwhittus, licet ille non uno modo in descriptione metrorum hic falsus. *Herman.*

128. οὐκ ὀνείδη.] *Non in opprobrium patriæ*. *Reisk.*

129. Hic versus in duos dividendus:

Ἴδετε πατρὸς ὡς penthemimeris trochaica.
Γοργῶπες αἵδε προσφερεῖς. iambicus dimeter.

Heath.

132. Hæc sensu carent. Scribendum videtur:

τὸ δὲ δὴ κακοτυχὲς οὐ λέλοιπεν ἐκ πατρὸς
τέκνοις, οὐδ' ἀποίχεται χάρις.

At nimirum infortunium paternum non destituit liberos, neque exstinctus est decor. Oris scilicet paterni. *Herman.*

Heath. vertit: *Sors vero iniqua patris nequaquam eos reliquit etiam a pueritia.* *Beck.*

133. Οὐ δ' ἀποίχεται χάρις.] Sic etiam in Sophocl. Electr. 132. *Herman.*

133. χάρισ'.] i. e. Χάρισι. *Propter formæ venustatem*. non χάρις, nominativo singulari. *Musg.*

138. περῶντα] Ita MSS. E. G. et 2714. Ed. Ald. παρόντα. vid. infra v. 701. et Bacch. v. 208. *Musg.*

Λύκον] Homeri Scholiastes ad Odyss. v. 268. Ἡ Μεγάρη, θυγάτηρ Κρέοντος, τοῦ Θηβῶν βασιλέως, γημαμένη Ἡρακλεῖ, παῖδας ἴσχει Θηριόμαχον καὶ Κρεοντιάδην. Βαδίζοντος δὲ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, ἐπὶ τὸν τοῦ Κυνὸς ἆθλον, Λύκος, ὁ τῶν Θηβαίων βασιλεύς, πεισθεὶς Ἥρᾳ, καταστρέφει τοὺς Ἡρακλέους παῖδας, ἵνα θύσῃ· οὐ γὰρ αὐτὸν ἐπανήξειν ᾤετο. Παραγινόμενος δὲ Ἡρακλῆς, ἀναιρεῖ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκείνου παῖδας. Μανεὶς δὲ διὰ τὴν Ἥραν, κτείνει τοὺς ἰδίους. Joh. Brodæus. Non autem hic Lycus erat legitimus regni Thebani successor et hæres, quanquam et ex Thebano sanguine procreatus: erat enim filius veteris Lyci, Nyctei fratris; sed ex Eubœa a seditiosis Thebanis ad regnum vocatus contra Creontem, dum abesset Hercules: illo autem mox redeunte, oppressus et cum liberis occisus.
Barnes.

Λύκον περῶντα τῶνδε δωμάτων πέλας.

ΛΥΚΟΣ.

Τὸν Ἡράκλειον πατέρα καὶ ξυνάορον,
Εἰ χρή μ', ἐρωτῶ· χρὴ δ', ἐπεί γε δεσπότης
Ὑμῶν καθέστηχ', ἱστορεῖν ἃ βούλομαι·
Τίν' εἰς χρόνον ζητεῖτε μηκῦναι βίον;
Τίν' ἐλπίδ', ἀλκήν τ' εἰσορᾶτε μὴ θανεῖν;
Ἦ τὸν παρ' Ἅιδῃ πατέρα τῶνδε κείμενον
Πιστεύεθ' ἥξειν; ὥσθ' ὑπὲρ τὴν ἀξίαν

Lycum accedere prope hanc domum.

LYCUS.

Herculis patrem, et uxorem,
Si mihi convenit, interrogo: convenit autem, siquidem dominus
Vester sum, interrogare quæ volo.
Quam diu quæritis prorogare vitam?
Quam spem, aut quod auxilium videtis, ne moriamini?
An patrem horum jacentem apud Plutonem
Venturum creditis, ut *ita* præter dignitatem

139. Τὸν Ἡράκλειον] Recte ab hoc versu Lyci ῥῆσιν orditur Barnesius, quæ in reliquis edd. a versu sequenti incipit. *Musg.*

139. s. Τὸν Ἡράκλειον πατέρα καὶ ξυνάορον Εἰ χρή μ', ἐρωτῶ·] Hæc ego verba primus Lyco tribuo, et rectissime, licet olim versus Τὸν Ἡράκλειον, &c. in Choro continuabatur; unde Scaliger τὸν δ' legendum putabat. Amphitryon autem et uxor Herculis cum Choro in scena manserant; nec una cum Lyco nunc intrant; quare ad Lycum hæc oratio incipit; in hunc sensum: *Si fas est, Herculis patrem et uxorem quæstionibus exercere; illos interrogo; at ego sum dominus et rex vester, ergo certe fas est: Quousque igitur et qua spe freti vitam vestram certissimæ morti destinatam producere conamini?* Sed hic necessitatem mihi impositam video, Euripidis causa et hujus loci pauca prælibandi. Magnus enim ille Scaliger, ubi de Senecæ fabula loquitur, cui nomen Hercules Furens, hæc habet: "Apud Euripidem tragœdia est huic affinis et argumento et nomine. Œconomia partim similis, partim dissimilis." Palmam autem ille vir magnus in hoc fere opere, præcipue in hac scena, ab Euripide detrahit, Senecæque capiti imponit, et decorum in Amphitryonis persona melius a Seneca observatum, quam ab Euripide, contendit: *Est*, inquit, *Euripides in decoro Personæ Amphitryonis longe inferior Seneca; ut in multis aliis.* Ego neque Scaligero, neque Senecæ quid detractum volo: Criticorum vero totam gentem appello, utrum Senecæ œconomia et judicium per omnia linguæ nitori respondere soleat; et num illi πιθανότητος par semper sit cura et τοῦ πρέποντος: et uter in hac ipsa fabula divinius spirat, an Seneca, qui Herculem desperatione victum manus sibi inferre fixum statuit, vel Euripides, qui id ipsum consilii, ut imbellis animi indicium, ab Hercule rejectum fortiter et prudenter facit. Vide infra ad v. 1137. et 1338. Non est hujus loci, comparationem inter eos instituere; Euripides certe, si in omnibus non sit melior, hoc saltem præferendus est, quod in multis etiam ipsi Senecæ sit auctor et exemplum. Et sic utrique salva sit sua laus. Quanquam, ut supra

Τὸ πένθος αἴρεσθ', εἰ θανεῖν ὑμᾶς χρεών,
Σὺ μὲν καθ' Ἑλλάδ' ἐκβαλὼν κόμπους κενούς,
Ὡς ξύγγαμός σοι Ζεὺς τέκοι νέον θεόν·
Σὺ δ', ὡς ἀρίστου φωτὸς ἐκλήθης δάμαρ.
Τί δῆτα σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει,
Ὕδραν ἕλειον εἰ διώλεσε κτανών,
Ἢ τὸν Νέμειον θῆρ', ὃν ἐν βρόχοις ἑλών,

Lugetis, quod mori vos oporteat?
Tu quidem, spargens per Græciam inanem jactationem,
Quod particeps tui conjugii Jupiter novum Deum genuerit:
Tu vero, quod præstantissimi viri uxor vocata sis.
Quid vero præclari gestum a tuo marito,
Quod palustrem Hydram interfectam perdiderit?
Aut Nemeæum leonem? quem, retibus captum,

ad Troadas observaverim, proxime post argumentum Actus Primi, Thomas Farnabius et Daniel Heinsius suis ad Scaligerum sententiis accedant. Cujus rei causam sicut haud usquequaque exploratam habeo, nisi quod Heinsium in magistri verba paratum jurare scio, ita neque prorsus comprobare possum. *Barnes.*

146. Reisk. scribit: τὸ πεῦθος, *fiduciam, confidentiam*, aut etiam τὸ πεποιθός. *Beck.*

148. Addidi θεὸν ex conjectura Erfurdtii. In Bacchis 459. Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ὃς νέους τίκτει θεούς;

Jam Wakefieldius θεὸν addidit, sed male hoc ordine verborum θεὸν νέον. *Herman.*

Non male hunc versum supplet Reiskius legendo:

ὡς σύγγαμός σοι Ζῆνα Ζεὺς τέκοι νέον.

Magis hoc arridet, quam Barnesianum παῖδα Ζεὺς τέκοι νέον. *Musg.*

Ὡς σύγγαμός σοι παῖδα Ζεὺς τέκοι νέον·] Olim quum in omnibus exemplaribus legeretur, ὡς σύγγαμός σοι Ζεὺς τέκοι νέον, uno pede absente; videbatur παῖδα defuisse; idque mihi et nonnullis aliis placuit. Nec vero supprimenda Scaligeri lectio, licet et novo vocabulo insolens videatur, nec alias usquequaque placeat; illa igitur est hæc: Ὡς σύγγαμός σοι Ζεύς τε καινὸν ἔφυ. Ad quam confirmandam rejicit nos infra ad v. 340. Μάτην δὲ παῖδας κοινοὺς (ita enim et ibi pro τοι νεὸν legit) ἐκλήζομεν. Judicet lector. *Barnes.*

Vetus scriptura est: Ὡς σύγγαμός σοι Ζεὺς τέκοι νέον, Scaliger reposuit Ζεύς τε κοινίων ἔφυ, sed Valck. ad Phœn. 431. τέκνου τε ξυνίων. Heath. mavult: ὡς σύγγαμός σοι Ζεύς, τέκνου τε κοινίων. *Beck.*

150. Reiskius τί δῆτα. Vulgo τί δὴ τὸ σεμνὸν. *Herman.*

Τί δὴ τὸ σεμνὸν σῷ· κατείργασται πόσει,] Lege Τί δῆτα σεμνόν. *Por.*

Τί δῆτα emendat Reisk. *Beck.*

153. Βραχίονος — ἀγκύλαισιν] Graphice depingit Theocrit. Idyll. XXV. v. 266. *Musg.*

Βραχίονος φησ' ἀγκύλαισιν ἐξελεῖν;] Petrus Victorius Variar. Lection. Lib. IV. c. 22. Cum pictorum natio priscis etiam temporibus sibi omnia licere existimarit, nostræ adhuc ætatis artifices majore licentia utuntur: Quod enim veteres plerumque servabant, ut a re ipsa, eoque, quod institutum esset, non temere discederent, Nostri sæpe negligunt, ut cum Herculem pingunt Nemeæum leonem necantem. Neque enim divulsis malis ipse interfectus est a fortissimo viro, sed faucium pressu strangulatus. Quod accurate narrat Apollodorus Atheniensis in Bibliotheca: Cæteris enim expositis, quæ in hoc certamine antecesserunt, inquit (Lib. II. c. 5. §. 1.) Καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ, κατέσχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε· καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἐκόμισεν εἰς Μυκήνας. Id tetigit etiam Euripides, in fabula, quam

Βραχίονός φησ' ἀγχόναισιν ἐξελεῖν;
Τοῖσδ' ἐξαγωνίζεσθε; τῶνδ' ἄρ' οὕνεκεν
Τοὺς Ἡρακλείους παῖδας οὐ θνήσκειν χρεών;
Ὃς ἔσχε δόξαν, οὐδὲν ὤν, εὐψυχίας
Θηρῶν ἐν αἰχμῇ, τἄλλα δ' οὐδὲν ἄλκιμος·
Ὃς οὔποτ' ἀσπίδ' ἔσχε πρὸς λαιᾷ χερί,
Οὐδ' ἦλθε λόγχης ἐγγύς, ἀλλὰ τόξ' ἔχων,

Strangulatione brachiorum se interfecisse dicit?
Hisne *freti* certatis? Horum igitur causa
Non oportet mori liberos Herculis?
Qui habuit existimationem fortitudinis, cum nihil esset,
In certamine ferarum fortis, cæteris *in rebus* minime,
Qui nunquam clypeum habuit in sinistra manu,
Neque venit prope hastam: sed arcum habens,

de illo insano fecit, inducens Lycum ita loquentem, cum criminaretur Herculem, fortiaque ipsius facta contemneret: Ἢ τὸν Νέμειον θῆρ'; ὃν ἐν βρόχοις ἑλὼν, Βραχίονός φησ' ἀγχόναισιν ἐξελεῖν. Sed Cicero quoque in 2. Quæstione Tusculana, ubi vertit ejulationem illam Herculis e Trachiniis. Inquit enim — *O Lacertorum tori, Vestrone pressu quondam Nemeæus Leo Frendens efflavit graviter extremum halitum?* In numismate præterea argenteo imago est hominis leonem suffocantis, quem Herculem esse ex clava ante posita intelligere licet, nec non ex pharetra. Leguntur autem illic verba hæc: C. POBLICI. Q. F. *Ita ille.* Quin idem ipse testatur Hercules apud Theocr. Idyll. κέ. v. 262, &c. Τὸν μὲν ἐγὼν ὀδύναισι παραφρονέοντα βαρείαις Νωσάμενος, πρὶν αὖθις ὑπότροπον ἀμπνευθῆναι, Αὐχένος ἀῤῥήκτοιο παρ' ἰνίον ἤλασα προφθὰς, Ῥίψας τόξον ἔραζε, πολύῤῥαπτόν τε φαρέτρην· Ἦγχον δ' ἐγκρατέως, στιβαρὰς σὺν χεῖρας ἐρείσας Ἐξόπιθεν, μὴ σάρκας ἀποδρύψῃ μ' ὀνύχεσσι, etc. Graphice sane; unde pictores normam sibi capiant. Puto vero, illos ex Sampsonis leonem lacerantis imagine primitus deceptos. *Barnes.*

155. Ἡρακλείους scribunt Reisk. et Heath. *Beck.*

156. Ὃς ἔσχε] Ψόγος Ἡρακλέους ὡς τοξότου. *Scholiast.*

159. s. ἀλλὰ τόξ' ἔχων, Κάκιστον ὅπλον,] Aristoph. Schol. fol. 290. Εἴη δ' ἂν καὶ ἀγεννής· διὸ καὶ τοξότην αὐτὸν καλεῖ, οἷον ὑπηρέτην. διεβάλλετο γὰρ ἡ τοξεία, ὡς εὐτελής. Et Sophocl. Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὰ φρονεῖν. Et Eustathius: Ὅτι δὲ οἱ Ἄβαντες αἰχμηταὶ, δηλοῖ μὲν ἡ ἱστορία εἰποῦσα, αἰσχρὸν εἶναι παρ' αὐτοῖς τὸ τοξεύειν. Joh. Brodæus. Præterea de hac quæstione Eustath. fol. 851. lin. 32. ad illud Homer. Iliad. λ'. v. 385. Τοξότα λωβητὴρ, etc. Τὸ δὲ τοξότα λωβητὴρ, οὐχ ἁπλῶς ὕβρις ἐστίν· Τοξότης γὰρ καὶ Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις, καὶ τῶν Ἡρώων οἱ κράτιστοι, Ἡρακλῆς, Ἴδας, Εὔρυτος, καὶ κατὰ Τροίαν Φιλοκτήτης, Τεῦκρος, Μηριόνης, etc. Ut vero Diomedes damnat timiditatis Paridem sagittantem apud Homerum, sic et Ajax arcus vituperat apud Q. Calabrum, Lib. III. a v. 436. ad v. 442. Et ut Eustathius ibidem: Φασὶν, οὐκ ἐν γενναίοις τίθεσθαι τοὺς παλαιοὺς τὸν τοξότην· διὸ καὶ ᾔδεσαν μὲν τοξεύειν οἱ ἄριστοι, προετιμῶντο δὲ τὴν σταδαίαν μάχην. Ita tamen et Herculis exemplum in viris fortibus hunc usum arcuum commendabit; quod et Amphitryon mox strenue defendit, a v. 187. ad v. 202. Et Saxonum, Normannorum et Anglorum nostrorum exemplum insupèr pro arcubus stabit, qui ante bombardarum usum sagittando plurimas victorias sunt adepti, ut præcipue sub Gulielmo Normanno, sub Eduardo Tertio et Henrico Quinto. His autem semper ex patribus in usu arcus erant; Saxones itaque arcu, et patres eorum, Gothi, et Getæ et Massagetæ valebant, quos Dionysius Afer sagittarum emissores emphatice vocat:

Τὸ πένθος αἴρεσθ', εἰ θανεῖν ὑμᾶς χρεών,
Σὺ μὲν καθ' Ἑλλάδ' ἐκβαλὼν κόμπους κενούς,
Ὡς ξύγγαμός σοι Ζεὺς τέκοι νέον θεόν·
Σὺ δ', ὡς ἀρίστου φωτὸς ἐκλήθης δάμαρ.
Τί δῆτα σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει,
Ὕδραν ἕλειον εἰ διώλεσε κτανών,
Ἢ τὸν Νέμειον θῆρ', ὃν ἐν βρόχοις ἑλών,

Lugetis, quod mori vos oporteat?
Tu quidem, spargens per Græciam inanem jactationem,
Quod particeps tui conjugii Jupiter novum Deum genuerit:
Tu vero, quod præstantissimi viri uxor vocata sis.
Quid vero præclari gestum a tuo marito,
Quod palustrem Hydram interfectam perdiderit?
Aut Nemeæum leonem? quem, retibus captum,

ad Troadas observaverim, proxime post argumentum Actus Primi, Thomas Farnabius et Daniel Heinsius suis ad Scaligerum sententiis accedant. Cujus rei causam sicut haud usquequaque exploratam habeo, nisi quod Heinsium in magistri verba paratum jurare scio, ita neque prorsus comprobare possum. *Barnes.*

146. Reisk. scribit: τὸ πεῖθος, *fiduciam, confidentiam*, aut etiam τὸ πεποιθός. *Beck.*

148. Addidi θεὸν ex conjectura Erfurdtii. In Bacchis 459. Ζεὺς δ' ἔστ' ἐκεῖ τις, ὃς νέους τίκτει θεούς;

Jam Wakefieldius θεὸν addidit, sed male hoc ordine verborum θεὸν νέον. *Herman.*

Non male hunc versum supplet Reiskius legendo:

ὡς σύγγαμός σοι Ζῆνα Ζεὺς τέκοι νέον.

458. Musgravius, ne quis vulgatam e v. 773. (Musgr.) defensum eat, illum quoque locum corruptum esse pronunciat. Hic quidem legendum censet, ἢ πολύ με πράξεις ἐξέπαισαν ἐλπίδος. Quod non magis probandum videtur, quam quod quibusdam placuit, ἐξέπαισαν esse ab ἐκπαίζω, verbo, quod nusquam invenitur. Sensus est idem ac si dixisset, ἐλπίδες με ἔψευσαν δόξης, spes mea frustrata est opinionem meam. *Herman.*

δόξης ἐξέπαισαν ἐλπίδες,] Defendi posse videtur ex v. 773. Sed iste etiam locus mendosus est, ut cum eo ventum fuerit, ostendemus. Legendum hic, ni fallor: ἢ πολύ με πράξεις ἐξέπαισαν ἐλπίδος. *Musg.*

459. Ἣν] Ad δόξης refertur. *Barnes.*

466. Reisk. mavult: πεδίον γῆς ἐμῆς, etsi vulgatum eodem sensu explicari possit. *Beck.*

467. Legebatur ἐξέπειθε. Id servans Heathius σε in με mutabat, Creontem intelligens. Scaliger ἐξέπειθον. Reiskius, vel ἐξέπεισα. Piersonus ὡς δὴ ἔπειθε, probante Musgravio. Ego ἐξέπειθες scribendum judicavi. *Herman.*

ἐξέπειθε] Hermannus legit ἐξέπειθες: vera lectio. Puer putatur dicere: Fac, pater, ut Thebis regnem. *Elmsl.*

Ὡς ἐξέπειθε] Assentior Piersono legenti ὡς δὴ ἔπειθε. Scaligero placebat: ὡς ἐξέπειθον. *Musg.*

Ὡς ἐξέπειθε] Ὡς ἡ ἐλπίς, ἡ δόξα, ἐξέπειθε τὸν πατέρα. *Barnes.*

Etiam Reisk. ἐξέπειθον scribit, vel ἐξέπεισα. *Beck.*

Forte leg. τὸν καταστρέψαντά με, Creontem scilicet. *Heath.*

468. Εἰς δεξιὰν δὲ σὴν] Ex particula δὲ colligi posset, Herculem alii liberorum clavam destinasse, alii Thebarum regnum; unde sequeretur, eum quatuor ex Megara suscepisse liberos, quod falsum esse ostendit, v. 474. Legendum igitur τε pro δέ. *Musg.*

469. Vulgo Δαιδάλου ψευδῆ δόσιν. A



Τῆς καλλικάρπου κράτος ἔχων Πελασγίας·
Στολήν τε θηρὸς ἀμφέβαλλε σῷ κάρᾳ,
Λέοντος, ἧπερ αὐτὸς ἐξωπλίζετο·
Σὺ δ' ἦσθα Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ,
Ἔγκληρα πεδία τἀμὰ γῆς κεκτημένος,
Ὡς ἐξέπειθες τὸν κατασπείραντά σε·
Εἰς δεξιὰν δὲ σὴν ἀλεξητήριον
Ξύλον καθίει δαίδαλον, ψευδῆ δόσιν·

Imperium habens fertilis Pelasgiæ:
Spoliumque feræ circumjiciebat tuo capiti,
Leonis, quo ipse armabatur.
Tu vero rex eras futurus Thebarum, quæ currus amant,
Possidens meos agri campos hæreditarios;
Ut *spes* persuaseras tuo patri.
In dextram vero tuam propulsatoriam
Clavam tradebat fabrefactam, donum simulatum.

nec tradidit quisquam, a Dædalo Herculi datam clavam esse, neque, si data fuisset, dici potuisset ψευδὴς δόσις. Itaque δαίδαλον scripsi, interpunctionemque mutavi. Nam etsi a quibusdam traditum est, rude lignum fuisse eam clavam, ut a Theocrito XXV. 207. sq. et a Pindaro, si is de Hercule loquitur, Hyporch. Fr. 3. p. 40. alios tamen arte elaboratam existimasse e Diodoro Sic. IV. 14. intelligitur, qui eam Vulcani donum fuisse refert. Huc pertinet etiam illud, quod ab Apollonio Rh. I. 1196. χαλκοβαρὲς ῥόπαλον vocatur, ubi Scholiastes: χαλκοβαρεῖ δὲ, τῷ ἰσχυρῷ, ἢ τῷ πρὸς τῷ τέλει χαλκῷ βεβαρημένῳ. Πείσανδρος δέ φησιν, ὁλόχαλκον εἶναι τὸ ῥόπαλον Ἡρακλέους.

Herman.

Quæ emendavit Hermannus, multis causis rejicimus. Primo, δαίδαλος apud poëtas Atticos legi minime putamus; interdum δαιδάλεος. Dein, clava Herculis, ut in picturis et statuis apparet, Dædalio opere non eminet, quæ vis quidem δαίδαλον nobis esse videtur. Postea, observandum est, quod in loco ubi duo hi versiculi inveniuntur, videmus Herculem sese oblectantem, apud tres filios ejus res suas distribuendo. Filio natu maximo regnum Argorum et Nemæi leonis pellem dat, alteri Thebas et clavam ejus dat. Minimo natu promittitur Œchalia, et arcus quo Eurytum urbem debellavit. Obvium est, Euripidem in animo habuisse, ut pellis leonis et arcus Argos et Œchaliam recturis dona conveniant. Quum res ita sese habet, poëtam aliquid et Thebis et clavæ commune aut reperire aut fingere minime est dubitandum. Quæ res et textui vulgato et emendationi Hermanni deest. *Elmsl.*

δαιδάλου ψευδῆ δόσιν·] Clavam a Dædalo Herculi dono datam nemo Veterum tradit. Neque, si ita proditum esset, commodam interpretationem admitteret ψευδῆ. Voluit haud dubie auctor: *clavam, rude donum et nullis artificiis ornatum.* Erat enim, teste Theocrito, truncus oleastri, quem radicitus evellerat Hercules, et cortice munitum gestabat. Idyll. XXV. v. 208. et seq. An legendum:

— δαιδάλου ψιλὴν δόσιν.

Hesychius: ψιλαῖς, ἀκοσμήτοις. δαίδαλα Homero et Q. Calabro *cælaturæ* sunt. Constructio est, ut in ψιλὰ πίστεως apud Themistium Orat. XV.

Clava Herculis donum Vulcani dicitur a Diod. Sic. Lib. IV. Quid vetat, ab aliis Mythologis, ut solent longissime a se invicem discrepare Mythologorum traditiones, Dædali donum vocatum esse: quem quidem Dædalum Vulcani filium

Σοὶ δ', ἣν ἔπερσε τοῖς ἑκηβόλοις ποτὲ
Τόξοισι, δώσειν Οἰχαλίαν ὑπέσχετο.
Τρεῖς δ' ὄντας ὑμᾶς τριπτύχοις τυραννίσιν
Πατὴρ ἐπύργου, μέγα φρονῶν ἐπ' ἀνδρίᾳ.
Ἐγὼ δὲ νύμφας ἠκροθινιαζόμην,

Tibi autem eam, quam olim vastavit longe jaculantibus
Sagittis, Œchaliam daturum se promisit.
Tres vero vos existentes triplici regno
Pater decorabat, valde elatus magnitudine animi.
Ego vero deligebam eximias sponsas,

facit, Plato Alcib. I. p. 440. Hoc si probetur, duplici modo constitui potest versus:

Ξύλον καθίει Δαιδάλου, ψευδῆ δόσιν.

Ut clava, quam ipsi Dædalus dono dederat, ξύλον Δαιδάλου idcirco audiat; sed ψευδὴς δόσις vocetur, utpote filio Herculis incassum legata. Altera ratio est:

Ξύλον καθίει, Δαιδάλου, ψευδὴς, δόσιν.

ψευδὴς, *falsus animi*, ut Orest. 1625, 6. De Herculis clava quædam habet Apollon. Rhod. I. 1196. *Musg.*

Ξύλον καθίει, Δαιδάλου ψευδῆ δόσιν] Clavam hic vocat poëta Dædali donum, et in hac parte Apollodoro contra statuit; qui cum reliqua Herculis arma memorat, et unde esset iis donatus, addit: ῥόπαλον μὲν γὰρ αὐτὸς ἔτεμεν ἐκ Νεμέας, Biblioth. Lib. II. c. 4. sect. 11. Forsan in capite ferro muniebatur a Dædalo. *Barnes.*

ψευδῆ δόσιν clavam forte dici posse conjicit Pr. quod in ultimo labore Herculem non juverit. *Beck.*

ψευδῆ δόσιν.] Quia Herculi ad inferos profectio nihil, ut putabat, profuisset. *Heath.*

471. οἰχαλίαν] Ut Hercules Eurytum, regem Œchaliæ, vicerit, illamque urbem debellaverit, Iole capta, vide Sophocl. in Trachiniis, Act. 2. Item Apollod. Biblioth. Lib. II. c. 6. sect. 1. et c. 7. sect. 7. Strabo Lib. X. Ἔστι δὲ καὶ ἡ Οἰχαλία κώμη τῆς Ἐρετριακῆς, λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους· ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ, καὶ τῇ περὶ Τρίκκην, καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, ἣν Ἀνδανίαν οἱ ὕστερον ἐκάλεσαν, καὶ τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ, περὶ τοὺς Εὐρυτᾶνας. Quænam porro fuerit ab Hercule diruta, non satis constat. At idem Strabo Thessalicam urbem putat, Lib. VIII. fol. 339. Quin Homerus putatur scripsisse poëma Οἰχαλίας Ἅλωσιν dictum, quod Creophylo Samio dono dedit; de qua re idem Strabo Lib. XIV. Item Callimachus: Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον Δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον, ὅσσ' ἔπαθεν, Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα. *Barnes.*

472. ὄντας ὑμᾶς] Recte Barnesius, Cantero jubente, ὑμᾶς addidit, quod in Ed. Ald. et MSS. deest. *Musg.*

Τρεῖς δ' ὄντας ὑμᾶς] Quod tres tantum filios ex Hercule suscepit Megara, probamus infra ad v. 994. Ὑμᾶς autem, quod prius deerat, Sensu, Cantero, Scaligeroque suadentibus, addere non dubitavi. *Barnes.*

473. Putamus voc. ἀνδρία non Græcam esse, saltem non Atticam; vera lectio est ἀνδρεία, penultima acuta, similiter ac βασιλεία, δουλεία, νοθεία, παρθενεία, πτωχεία. Aristoph. Nub. 510. Ἀλλ' ἴθι χαίρων, τῆς ἀνδρείας | οὕνεκα ταύτης. Lege igitur, μέγα φρονῶν εὐανδρίᾳ. Nexus verbb. seqq. hic est: Ἐγὼ δὲ [τρισὶν οὖσιν ὑμῖν τριπτύχας] νύμφας ἠκροθινιαζόμην, Κήδη ξυνάψουσ' ἔκ τ' Ἀθηναίων χθονὸς, Σπάρτης τε, Θηβῶν θ'. *Elmsl.*

ἐπύργου,] Pro ἐπύργοε, temporis imperfecti, a πυργόω. *Barnes.*

474. ἠκροθινιαζόμην,] Τὰς πρώτας καὶ ἀρίστας ἐξελεξάμην, οἷα δήποτε τὰ τῶν θεῶν ἀκροθίνια, μεταφορικῶς· Τοῖς γὰρ θεοῖς οὐδὲν κολοβὸν, ἢ ἀτελὲς, ἐξῆν διδόναι· καὶ τοῦτο κατὰ τὸν φυσικὸν νόμον. ἄξιον γὰρ αὐτοῖς τὰ ἄριστα προσφέρειν, ἐξ ὧν τὰ πάντα ἔχομεν, καὶ πάντα ἐλπίζομεν. Γράφεται δὲ καὶ ἐν τῷ Νόμῳ τοῦ Μωϋσέως. Καὶ Μαλαχίας κεφαλῇ πρώτῃ, κόμματι ὀγδόῳ· Διότι, ἐὰν προσαγάγητε τυφλὸν εἰς θυσίας, οὐ κακόν; καὶ ἐὰν

Κήδη ξυνάψουσ' ἔκ τ' Ἀθηναίων χθονός,
Σπάρτης τε, Θηβῶν θ', ὡς ἀνημμένοι κάλως
Πρυμνησίοισι βίον ἔχοιτ' εὐδαίμονα.
Καὶ ταῦτα φροῦδα· μεταβαλοῦσα δ' ἡ τύχη
Νύμφας μὲν ὑμῖν Κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν,

Affinitates contractura, et ex Atheniensium agro,
Et Sparta, et Thebis: ut religatam pulchris
Retinaculis, vitam haberetis beatam.
Hæc tamen *sunt* evanida: Fortuna vero mutata
Sponsas quidem vobis Parcas dedit habendas,

προσαγάγητε χωλὸν, ἢ ἄῤῥωστον, οὐ κακόν; Προσάγαγε δὴ αὐτὸ τῷ Ἡγουμένῳ σου, εἰ προσδέξεταί σε, εἰ λήψεται πρόσωπόν σου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. *Barnes.*

475. s. Ἀθηναίων χθονὸς, Σπάρτης τε, Θηβῶν θ'] Hæ tres, quas enumerat poëta, civitates, fuerunt ejus seculo totius Græciæ nobilissimæ. Et sicut Athenas, urbem patriam, suo more primo loco ponit poëta piissimus, ita Spartam, licet Athenis tunc temporis infensam, secundo loco memorat, æquus homo, qui et hostem sua laude nequaquam privandum præcipit. *Barnes.*

476. Vulgo κάλως. Heathius κάλῳς. In Medea 768. ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων. Vide ibi Schol. *Herman.*

Legebat olim Tyrwhittus:

— ὡς ἀνημμένοι κάλως
πρυμνησίοισι βίον ἔχοιτ' —

Musg.

476. s. ἀνημμένοι κάλως Πρυμνησίοισι] Translatio a navi funibus alligata, quæ jam nihil maris tempestatem metuit. Ita in Medeæ, v. 766. Οὗτος γὰρ ἁνὴρ, ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν, Λιμὴν πέφανται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, Ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων. Apollonius Argon. Lib. IV. Πρυμναῖα νηὸς ἄπο πείσματ' ἔκοψεν. *Brodæus.*

Heath. legit κάλῳς dativo plurali, ut cum πρυμνησίοισι jungatur.

Reisk. καλοῖς, aut saltem καλῶς, poni vult. *Beck.*

478. Megara cum Herculis liberis in scenam prodiens, multa de puerorum sorte, qui a summa spe dejecti ad miserrimam mortem ducuntur, flebiliter profert. Jam, inquit, præclaras circumspiciebam nuptias, quibus summorum in omnibus terris regum affinitatem vobis pararem.

Καὶ ταῦτα φροῦδα· μεταβαλοῦσα δ' ἡ τύχ
νύμφας μὲν ὑμῖν κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν.

Nisi hoc per ellipsin explicandum est: pro iis, quas spe conceperam, virginibus κῆρας νύμφας ἔχειν ὑμῖν δέδωκεν; levi forsitan mutatione legendum:

Νύμφων μὲν ὑμῖν κῆρας ἀντέδωκ' ἔχειν.

ut νύμφων pendeat ab ἀντέδωκε. Iphigen. in T. v. 28.

Ἀλλ' ἐξέκλεψεν, ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου
Ἄρτεμις Ἀχαιοῖς.

Orco sive *morti nubere* dicuntur puellæ, quæ ante justas nuptias diem supremum obierunt. Sophocl. Antig. v. 814.

— οὔτ' ἐπινυμφίδιος
πω μέ τις ὕμνος
ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.

Meleager Epigr. CXXV. Anal. V. P. T. I. p. 36.

Οὐ γάμον, ἀλλ' Ἀΐδαν ἐπινυμφίδιον Κλεαρίστα
δέξατο, παρθενίας ἅμματα λυομένα.

Anyte Epigr. XVII. Anal. T. I. p. 200.

Οὐ γὰρ ἐμείναμεν αἷμα τὸ δυστυχὲς, οὐδ' ὑμέναιον
νύμφιον, ἀλλ' Ἀΐδην κηδέμον' εὑρόμεθα.

cum quibus Anytæ versibus comparari potest quod sequitur apud Euripidem

ᾍδην νομίζων πενθερὸν, κῆδος πικρόν.

Sic enim cum Reiskio legendum est pro eo quod vulgatur: κῆδος πατρός. Cf. Med. v. 400.

Ἐμοὶ δὲ δάκρυα λουτρά· δύστηνος φρενῶν·
Πατὴρ δὲ πατρὸς ἑστιᾷ γάμους ὅδε,
Ἅιδην νομίζων πενθερόν, κῆδος πικρόν.
Ὤμοι, τίν' ὑμῶν πρῶτον, ἢ τίν' ὕστατον
Πρὸς στέρνα θῶμαι; τῷ προσαρμόσω στόμα;
Τίνος λάβωμαι; πῶς ἂν ὡς ξουθόπτερος
Μέλισσα συνενέγκαιμ' ἂν ἐκ πάντων γόους,
Εἰς ἓν δ' ἐνεγκοῦσ', ἀθρόον ἀποδοίην δάκρυ.
Ὦ φίλτατ', εἴ τις φθόγγον εἰσακούσεται
Θνητῶν παρ' Ἅιδῃ, σοὶ τάδ', Ἡράκλεις, λέγω·

Mihi vero lacrymas, lavacrum: O me miseram
Avus autem hic præbet convivium nuptiale,
Plutonem socerum judicans, affinem patris.
Heu me, quemnam vestrum primum, aut quem ultimum,
Ad pectus admovebo? cui adhibebo os?
Quem complectar? quomodo, ut varias-alas-habens
Apis, ex omnibus decerpam luctus,
Et in unum conferens, uberes lacrymas reddam?
O charissime, si quis modo vocem exaudit
Mortuorum apud Plutonem, tibi hæc, Hercules, dico:

Πικρὸν δ' ἐγὼ σφιν καὶ λύγρους θήσω γάμους
πικρόν τε κῆδος,

Jacobs.

479. ἡμῖν, quod dat Barnesiana, error typographicus est pro ὑμῖν.

Κῆρας] Male Interpres *Parcas.* Distinguit a Parcis Hesiodus Theogon. v. 217. et Parcarum quidem officium, v. 218, 219. describit, Κηρῶν vero v. 220, 1, 2.

Musg.

480. λουτρά·] De lavatione nuptiali vide Phœniss. v. 358.

δάκρυα, λουτρά·] Sic λουτρὰ illa nuptialia, toties a poëtis memorata, balneum designarent, cui sponsa totum corpus immergere deberet, lacrymas Megaræ cum tali balneo comparare ineptum esset et κακόζηλον. Verum docet Porphyrius, λουτρὰ aquam esse, quam sponsæ *infundi* mos erat: ὅθεν καὶ τὰς γαμουμένας ἔθος, ὡς ἂν εἰς γένεσιν συνεζευγμένας νύμφας τε καλεῖν, καὶ λουτροῖς ΚΑΤΑΧΕΙΝ ἐκ πηγῶν, ἢ ναμάτων, ἢ κρηνῶν, εἰλημμένοις. De antro Nympharum, p. 63. *Musg.*

Ἐμοὶ δὲ δάκρυα, λουτρά·] Eleganter ad nuptias hanc mutationem transfert; Parcas tres, pro trium filiorum sponsis, jam adesse ait misera mater; sibi ipsi pro balneis, quibus utebantur matres ante nuptias, lacrymas profundi; avum Amphitryonem avorum more nuptiale epulum exhibere, moriendo nempe; Socerum enim nullum esse, præter Plutonem.

Barnes.

Heath. distinctionis notam post φρενῶν tolli vult, ut δύστηνος φρενῶν jungatur cum πατὴρ πατρός. Sed Reisk. verba illa accipit, tanquam posita pro ὦ ἐγὼ δύστηνος φρενῶν, *O ego misera ob meos spiritus.*

Beck.

482. Πικρὸν ex Reiskii conjectura dedi. Vulgo πατρός. Similis corruptela, v. 547.

Herman.

κῆδος] i. e. κηδεστήν. Κηδεσταὶ enim, Hesychio auctore, sunt omnes utrinque τῶν γαμούντων cognati. Hercules igitur κηδεστὴς erat Plutonis, filiis ejus Κῆρας ducentibus. *Musg.*

κῆδος πατρὸς] Ex affinitate Herculis, qui nunc apud Plutonem detinetur.

Brodæus.

Θνήσκει πατήρ σὸς καὶ τέκν', ὄλλυμαι δ' ἐγώ,
Ἣ πρὶν μακαρία διὰ σ' ἐκληζόμην βροτοῖς.
Ἄρηξον, ἐλθέ, καὶ σκιὰ φάνηθί μοι.
Ἅλις γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸς ἂν γένοιο σύ.
Κακοὶ γὰρ εἰς σέ γ', οἳ τέκνα κτείνουσι σά.
ΑΜ. Σὺ μὲν τὰ νέρθεν εὐτρεπῆ ποιοῦ, γύναι.
Ἐγὼ δέ σ', ὦ Ζεῦ, χεῖρ' ἐς οὐρανὸν δικὼν,
Αὐδῶ, τέκνοισιν εἴ τι τοισίδ' ὠφελεῖν
Μέλλεις, ἀμύνειν, ὡς τάχ' οὐδὲν ἀρκέσεις.
Καίτοι κέκλησαι πολλάκις· μάτην πονῶ·

Moritur pater tuus, et liberi: pereo et ego,
Quæ antea felix ab hominibus propter te vocabar.
Opem feras, veni, et *vel* umbra mihi appareas:
Satis enim eris nobis vel imagine veniens,
Quippe *timidi sunt* qui tuos liberos occidunt.
Am. Tu quidem, mulier, infera parata reddas.
Ego vero te, O Jupiter, manus ad cœlum tendens,
Compello, ut liberis, si quid eos juvare
Velis, opem feras, quia brevi nihil proderis:
Quanquam sæpe vocatus es: frustra laboro,

Reisk. emendat κῆδος πικρὸν, *affinitatem acerbam. Beck.*

488. s. εἴ τις φθόγγον εἰσακούεται θνητῶν] Interpretatus est Barnesius: *Si quis modo vocem exaudit mortuorum.* Vulgata lectio *mortalium*, sententia *mortuorum* flagitat. Sensu posteriore, credimus, Euripidem, pro θνητῶν, maluisse θανόντων. *Elmsl.*

493. Legebatur ἱκανόν. Sensus est: satis erit, etiam si nihil aliud, quam veneris. *Herman.*

Ratio in hoc versu reddenda erat, cur vel Herculis umbram adesse sibi cuperet. Eam sic fortasse auctor enunciaverat:

ἄλκι γὰρ ἐλθὼν εἰκών ἂν γένοιο σύ.

Idem de loci corruptione sentit Tyrwhittus, sed aliam medelam exhibet:

σκιᾷ γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸν γένοιο σύ.

Musg.

Dan. Heinsius ad Senecæ Troad. 684. corrigit: Ἄλις γάρ· ἐλθὼν ἱκανὸς ἂν γένοιο σύ.

Reisk. conjicit: ἄλκαρ (aut ἄλκος) γὰρ ἐλθών. *nam veniens fias mihi auxilium, præsidium adversus calamitates idoneum.* *Beck.*

494. εἰς σέ γ',] Piersono placet ὡς σέ γ'. Mihi non liquet, annon εἰς σέ γ' explicari possit: *adversus Te, Tecum comparati.* *Musg.*

495. εὐτρεπῆ ποιοῦ,] Quomodo Megara, quæ ad inferos pertinebant, expedire posset, nemo dixerit. Legendum haud dubie εὐμενῆ ποιοῦ. *Tu quidem, ut inferi nobis propitii sint, cura.* Fuit utique Græcorum mos, ut, qui brevi se morituros scirent, precibus sese Diis inferis commendarent. vid. Soph. Ajac. v. 848. Trachin. v. 1102. Socrates apud Platonem, Phædon. c. 66. εὔχεσθαι γέ που τοῖς θεοῖς ἔξεστί τε καὶ χρὴ, τὴν μετοίκησιν τὴν ἐνθένδε εὐτυχῆ γενέσθαι. Hujusmodi preces εὐχὰς dictas fuisse notat Etymologus, ut et Suidas. *Musg.*

εὐτρεπῆ ποιοῦ,] Εὐτρέπιζε. *Barnes.*

496. δικὼν,] Βάλλων, τείνων. Quæ de verbo δίκω notanda sunt, diximus ad Bacch. v. 590. et Phœniss. v. 650. Videtur autem fere usurpari in aoristo secun-

Θανεῖν γάρ, ὡς ἔοικ', ἀναγκαίως ἔχει.
Ἀλλ', ὦ γέροντες, μικρὰ μὲν τὰ τοῦ βίου·
Τοῦτον δ' ὅπως ἥδιστα διαπεράσετε,
Ἐξ ἡμέρας εἰς νύκτα μὴ λυπούμενοι.
Ὡς ἐλπίδας μὲν ὁ χρόνος οὐκ ἐπίσταται
Σώζειν, τὸ δ' αὑτοῦ σπουδάσας, διέπτατο.
Ὁρᾶτέ μ', ὅσπερ ἦν περίβλεπτος βροτοῖς,
Ὀνομαστὰ πράσσων, καί μ' ἀφείλεθ' ἡ τύχη,
Ὥσπερ πτερὸν πρὸς αἰθέρ', ἡμέρᾳ μιᾷ.

Mori enim *nos*, ut apparet, necesse est.
Verum, O senes, parva certe *sunt* hujus vitæ *commoda*:
Hanc igitur jucundissime transigatis,
A die ad noctem non dolentes.
Quia tempus non novit spes
Servare: suum enim *negotium* curans, avolat.
Videte me, qui suspiciendus eram hominibus,
Præclare agens: et *tamen* fortuna mihi eripuit,
Ut avem avolantem in aërem, uno die.

do, quare hoc in loco βαρυτονεῖται in ultima. *Barnes.*

497. Τοισίδ'] Pro τοισίδε. Communiter dicitur τοῖσδεσι, poëtice δὲ transposito; ideoque circumflexus est in prima; quia δε adscititium ratione accentus non consideratur, vel etiam transfert: sic ὧντινων, οἷστισιν, quia dicimus ὧν τινων, οἷς τισιν: in τοισίδε autem, quod regulare est, aperta est accentuum ratio. Vid. de hac re ad Helen. v. 443. Scaligero itaque non opus erat, ut ad marginem suum notaret, τοῖσδεσ'. *Barnes.*

500. ἀναγκαίως ἔχει.] Isocrates: ἀναγκαίως ἔχει παρ' ὑμῶν τῶν δικαίων τυγχάνειν πειρᾶσθαι. Dicunt Latine necessum habeo; nescio, an id Græcis in usu sit. Certe ego audacter dicerem: ἀναγκαίως ἔχω τοῦτο ποιεῖν, ut: ἀναγκαίως ἔχει τοῦτό με παθεῖν. Cicero ἔχει ἀναγκαίως vertit: *sic jubet necessitas.* Vid. infra v. 855. *Barnes.*

πονῶν legit Reisk. *Beck.*

Hic Prev. ad transitum faciendum subintelligi jubet: Vos vero, O senes, instruite vos nostris malis. Brevis enim vita est, etc. *Beck.*

501. Ἀλλ', ὦ γέροντες, etc.] Hunc locum totum vertit H. Grotius in Excerptis, eleganter sane; at nimis prolixum est, huic ut adscribam chartulæ. *Barnes.*

502. διαπεράσετε,] Ita legendum, non διαπεράσατε. vid. Aristoph. Ecclesiaz. v. 949. et quæ dedit Dawesius affatim ad Nub. v. 822. *Musg.*

Τοῦτον δ' ὅπως ἥδιστα διαπεράσετε,] Ὁρᾶτε, ὅπως ἥδιστα διαπεράσητε, ἢ διαπεράσατε, ὅπως, ἀντὶ τοῦ, ὡς, ἥδιστα. *Barnes.*

507. s. ἀφείλετο — πρὸς αἰθέρα,] Lucianus: θάνατός γε εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο, *in Jove confutato. Musg.*

508. πτερὸν] Non *pennam* hic intelligo, sed *avem*, ut sit synecdoche partis pro toto. Sic κίττας, μιμηλὸν βιότου πτερὸν, Anthol. H. Steph. p. 107. iterumque σὺ πτερὸν ἀγρεύω, p. 377. denique, p. 431. σοὶ γὰρ ἀπὸ πτερύγων ταῦτα φέρω. Eadem comparatione utitur Noster Hippol. v. 829. *Musg.*

511. Πανύστατον] De hac voce vide supra ad v. 454. *Barnes.*

515. Forte, νέρθεν εἶν' (i. e. εἶναι) ἠκούομεν. Cf. v. 550. *Reisk.*

516. ss. Ὁ δ' ἐστὶν ὃν γῆς νέρθεν εἰσηκούομεν,
εἰ μή γ' ὄνειρον ἐν φάει γε λεύσσομεν·
τί φημί; ποῖ' ὄνειρα κραίνουσ' ὁρῶ;

Ὁ δ' ὄλβος ὁ μέγας, ἥ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ
Βέβαιός ἐστι. χαίρετ'· ἄνδρα γὰρ φίλον
Πανύστατον νῦν, ἥλικες, δεδόρκατε.
ΜΕ. Ἔα,
Ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ'; ἢ τί φῶ;
ΑΜ. Οὐκ οἶδα, θύγατερ· ἀφασία δὲ κἄμ' ἔχει.
ΜΕ. Ὅδ' ἐστιν, ὃν γῆς νέρθεν εἰσηκούομεν,
Εἰ μή γ' ὄνειρον ἐν φάει τι λεύσσομεν.
Τί φημι; ποῖ' ὄνειρα κηραίνουσ' ὁρῶ;

Opulentia vero magna, et gloria, haud scio cuinam
Stabilis sit. Valete; virum enim amicum
Postremum nunc, O vos æquales, vidistis.
Meg. Ehem.
O senex, videone mea charissima? aut quid dicam?
Am. Nescio, filia: stupor enim me quoque tenet.
Meg. Hic est, quem audiebamus infra terram *esse*,
Nisi in luce somnium aliquod videmus.
Quid loquor? quale somnium video delirans?

Tertium horum versuum variis conjecturis tentavit Musgravius, quamvis in ipsis verbis nihil omnino video, quod corruptelæ suspicionem facere possit. Sensit tamen, puto, vir acutissimus alienum esse hunc versum ab eo, quo nunc legitur loco, in quem ex margine irrepsisse videtur. Mox Hercule, spectaculi, quod oculis videt, novitate perculso quid esset quærente, quod liberos hoc tam lugubri habitu instructos videret, iteratis eum exclamationibus excipit, ut vulgo quidem putatur, Megara, ut equidem arbitror, Amphitryon:

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ὦ φάος μολὼν πατρὶ,
ἥκεις, ἰσώθης εἰς ἀκμὴν ἐλθὼν φίλοις.

Quamvis ad perturbatum animum significandum poëtas et oratores verba ejusdem fere notionis nonnunquam ita, ut copulam omitterent, accumulasse, non ignoro, hoc tamen loco Euripidem scripsisse existimo

ὦ φάος μολὼν πατρὶ
τέκνοις τ', ἰσώθης εἰς ἀκμὴν ἐλθὼν φίλοις.

Jacobs.

517. κηραίνουσ'] Ad hunc vel similem locum pertinet Hesychii interpretamentum: Κηραινεῖ — δυσθανατεῖ. Innuit enim Megara, mentem sibi fortasse mortis terrore concussam esse, atque inde natum esse hoc de Herculis adventu somnium. Nec tamen nolim θηραίνουσ'.

Si Megara falsa specie, vel somnio, per aliquod tempus decepta, postea errorem intelligere et agnoscere inciperet, recte hinc diceret:

— τοῦ ὄνειρα κηραίνουσ' ὁρῶ;

Quæ somnia errans video? Verum hic omnia contraria sunt. Quod somnium et inane simulacrum esse crediderat, nunc demum verum esse intelligit. Legendum igitur, sensu contrario:

Τί φημί; τοῦ ὄνειρα, κηραίνουσ', ὁρῶ;

Quid dico amens? quæ somnia me videre? Verbum κηραίνω, apud alios auctores perrarum, valde frequentat Philo Judæus. Apud eum semper fere τῷ νοσεῖν æquipollet. *Musg.*

Pro ὁρῶ malim ἐρῶ, ut sententia sit: *qualia dico somnia consternata?* i. e. de

Οὐκ ἔσθ' ὅδ' ἄλλος ἀντὶ σοῦ παιδὸς, γέρον.
Δεῦρ', ὦ τέκν', ἐκκρήμνασθε πατρῴων πέπλων,
Ἴτ', ἐγκονεῖτε, μὴ μεθῆτ', ἐπεὶ Διὸς
Σωτῆρος ὕμιν οὐδέν ἐσθ' ὅδ' ὕστερος.

ἩΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ χαῖρε, μέλαθρον, πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς,
Ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών·
Ἔα, τί χρῆμα; τέκν' ὁρῶ πρὸ δωμάτων
Στολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεστεμμένα,
Ὄχλῳ τ' ἐν ἀνδρῶν τὴν ἐμὴν ξυνάορον,
Πατέρα τε δακρύοντα συμφορᾶς τινός.
Φέρ', ἐκπύθωμαι τῶνδε πλησίον σταθείς.

Non est alius ille, quam tuus filius, O senex.
Huc, O liberi, pendete ex paternis vestibus.
Ite, festinate, ne dimittatis, quoniam Jove
Servatore nihil hic vobis est inferior.

HERCULES.

Salve, O domus, tuque vestibulum domus meæ,
Quam libens te aspicio, postquam in lucem veni.
Hem? quid rei est: video liberos ante domum
Coronatos capita ornatu mortuorum,
Et meam uxorem in turba virorum,
Et patrem lacrymantem *ob* aliquam calamitatem.
Age, prope hos stans interrogabo:

somniis nunc non agitur, somnia certe non sunt, quæ video, non est hicce homo alius, quam tuus filius. *Heath.*

519. ἐκκρήμνασθε] Frustra hanc vocem in suspicionem trahit H. Steph. Exstat enim, notante Barnesio, Ion. v. 1613. et simplex κρήμναμαι apud Aristophan. Nub. MSS. Steph. ἐκκρίμασθε. *Musg.*

ἐκκρήμνασθε] Sequor, inquit H. Stephanus, Vet. in quibus legitur ἐκκρίμασθε, quum usus verbi ἐκκρήμνασθε nullum exemplum reperiam. *Ita ille.* Et tamen κρημνάω Galenus utitur pro κρεμάω, et pro κρημνάω exstat vox κρίμνημι. Et κρήμναμαι pro κρέμαμαι et κρέμομαι Aristophanis Scholiastes dici tradit. Quare nos, paulo mutata voce, pro ἐκκρήμνασθε, quod hactenus obtinuit, ἐκκρίμνασθε aliquando scribere voluimus. Sed et Eustathius κρήμναμαι deducit a κρημνῷ, unde proverbialis locutio, κρήμνη σεαυτὴν, *suspende teipsam*, τρεπτῇ, (ut idem inquit) δηλαδὴ τοῦ ε εἰς η, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν. Quod et Phavorinus testatur. Et Aristophanes Κρημνάμεναι νεφέλαι dixit in Nubibus, fol. 82. Scholiast. Κρημνάμεναι] Κρεμάμεναι ἐκ τοῦ ἀέρος· οἷον ἐπικρεμάμεναι ἀλλήλαις καὶ ἐπιβαρούμεναι. Idem Phavorinus totidem verbis in κρημνάμεναι νεφέλαι. Quare maneat omnino Atticum verbum ἐκκρήμνασθε: et H. Steph. cum suis veteribus pro hac saltem vice valeat. Eadem vox occurrit, Ion. v. 1613. Ἠλίως κεκρημνάμεσθα, &c.
Barnes.

[redacted]

Γύναι, τί καινὸν ἦλθε δώμασιν χρέος;
ΜΕ. Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, ὦ φάος μολὼν πατρί,
Ἥκεις, ἐσώθης, εἰς ἀκμὴν ἐλθὼν φίλοις;
ἩΡ. Τί φής; τίν' εἰς ταραγμὸν ἥκομεν, πάτερ;
ΜΕ. Διολλύμεσθα· σὺ δὲ, γέρον, ξύγγνωθί μοι,
Εἰ πρόσθεν ἥρπασ', ἃ σὲ λέγειν πρὸς τόνδ' ἐχρῆν.
Τὸ θῆλυ γάρ πως μᾶλλον οἰκτρὸν ἀρσένων·
Καὶ τἄμ' ἔθνησκε τέκν', ἀπωλλύμην δ' ἐγώ.
ἩΡ. Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχει λόγου.
ΜΕ. Τεθνᾶσ' ἀδελφοὶ καὶ πατὴρ οὑμὸς γέρων.
ἩΡ. Πῶς φής; τί δράσας; ἢ δορὸς ποίου τυχών;
ΜΕ. Λύκος σφ' ὁ κλεινός, γῆς ἄναξ, διώλεσεν.
ἩΡ. Ὅπλοις ἀπαντῶν, ἢ νοσησάσης χθονός;

O mulier, quæ res nova accidit domui?
Meg. O charissime vir, O lumen patri veniens,
Venis, salvus es, opportune veniens ad amicos!
Her. Quid ais? in quem tumultum venimus, O pater?
Meg. Periimus: tu vero, senex, veniam des mihi,
Si præripui, quæ te loqui ad hunc conveniebat:
Mulieres enim quodammodo *sunt* viris miserabiliores,
Et liberi morituri erant, et ego peritura.
Her. O Apollo: quo exordio incipis sermonem?
Meg. Perierunt fratres, et pater meus senex.
Her. Quid ais? quid faciens, aut qualem hastam expertus?
Meg. Inclytus Lycus dominus terræ ipsos perdidit.
Her. Utrum occurrens armis, an concitata terra seditione?

μαθῆσ',] MS. G. a prima manu μαθῶσ'.

520. s. Διὸς Σωτῆρος] i. e. ejus, cujus aram tum insidebant: vid. v. 48. *Musg.*

522. Vid. Pors. ad Orest. 470. *Herman.*

525. Στολμοῖσι] Στολμὸς, pro στολισμὸς per syncopen, στολὴ, et exstat Andromach. et apud Æschylum. *Barnes.*

527. τίνος.] MSS. G. et 2714. τίνας, et in margine τίνος. Eadem hic constructio esse videtur, quæ in θυγατέρος θυμούμενος, Orest. v. 742. ubi Lamb. Bos V. Cl. ἕνεκα subaudiri arbitratur. Sic παιδὸς ἀλγεῖν, Hecub. v. 1238. *Musg.*

Forte, συμφοραῖς στυγνὸν, *vultu a calamitatibus mæsto.* *Beck.*

530. ὦ φάος μολὼν πατρὶ, et Herculis responsum cogunt nos ut credamus, duos versiculos, qui fere semper Megaræ tribuuntur, Amphitryoni deberi adjudicari. Sed hoc vulgaris lectio ver. 529. oppugnat, quam esse corruptam facile credamus. Si scripsisset poëta Γύναι, profecto legerat τῆσδε pro τῶνδε versu antecedente. Elegantius si τί καινὸν κ. τ. λ. forent juncta cum ἐκπύθωμαι. Sic Cycl. 94. 'Αλλ' ἥσυχοι γίγνεσθ', ἵν' ἐκπυθώμεθα Πόθεν πάρεισι κ. τ. λ. Fortasse scripsit poëta, Φέρ' ἐκπύθωμαι τῶνδε πλησίον σταθεὶς, Τί καινὸν ἦλθε τοῖσδε δώμασιν χρέος. Si animum inducamus credere τοῖσδε præteriisse librarium eodem modo quo θεὸν aut aliud verbum v. 148. ἡμῖν,

ΜΕ. Στάσει τὸ Κάδμου γ' ἑπτάπυλον ἔχει κράτος.
ἩΡ. Τί δῆτα πρὸς σὲ καὶ γέροντ' ἦλθεν φόβος;
ΜΕ. Κτείνειν ἔμελλε πατέρα, κἀμὲ, καὶ τέκνα.
ἩΡ. Τί φής; τί ταρβῶν ὀρφάνευμ' ἐμῶν τέκνων;
ΜΕ. Μήποτε Κρέοντος θάνατον ἐκτισαίατο.
ἩΡ. Κόσμος δὲ πέπλων τίς ὅδε νερτέροις πρέπων;
ΜΕ. Θανάτου τάδ' ἤδη περιβολαῖ ἀνήμμεθα.
ἩΡ. Καὶ πρὸς βίαν ἐθνήσκετ'; ὦ τλήμων ἐγώ.
ΜΕ. Φίλων ἔρημοι· σὲ δὲ θανόντ' ἠκούομεν.

Meg. Seditione regnum Cadmi tenet, quod-septem-portas-habet.
Her. Quid vero ad te, et senem pervenit hic terror?
Meg. Interfecturus erat patrem *tuum*, et me, et liberos.
Her. Quid ais? an metuens orbitatem meorum liberorum?
Meg. Ne aliquando ulciscantur mortem Creontis.
Her. Quis vero *est* iste vestium ornatus mortuis conveniens?
Meg. Mortis his vestibus jam sumus induti.
Her. Et per vim moriebamini? O me miserum.
Meg. Amicis orbi: te vero mortuum audiebamus.

v. 328. ὑμᾶς, v. 472. οὔτις, v. 773. πέπλοισι, v. 1150. qua de causa non credamus Γυναι addi versum claudere? *Elmsl.*

542. Κάδμου κράτος.] Thebanum imperium sic vocat, quod Cadmus illud primus fundarit, de qua re vide Euripidis Scholiasten ad Phœniss. v. 647. et auctores a nobis laudatos ad eundem locum.

ἑπτάπυλον] De septem turribus et portis urbis Thebanæ, vide, quæ nos ad Phœniss. v. 1120. Hæ portæ cum turribus muniebantur ab Amphione et Zetho, de quibus Homerus in Odyss. λ'. v. 262. Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο. Hinc passim hæc urbs apud poëtam nostrum ἑπτάπυλος et ἑπτάπυργος vocatur; quæ duo nomina idem sonant, aliquando autem male sibi invicem mutant locum; ut in veteribus hujus libri editionibus apparet. Hinc ad hunc ipsum locum Brodæus legit ἑπτάπυλον, prius ἑπτάπυργον. Quam tamen lectionem in nulla editione hoc in loco offendi. *Barnes.*

Forte, τὸ Κάδμου περιπυλῶν ἔχει. *Reisk.*

545. τί ταρβῶν] Ita Ed. Ald. et MSS. Vulgatum προταρβῶν conjecturæ debetur. *Musg.*

Τί φής; προταρβῶν ὀρφάνευμ' ἐμῶν τέκνων;] Quum olim ante ταρβῶν syllaba brevis deesset, sine qua versus stare nequibat, Scaliger legebat, ut versum suppleret: Τί φῇσθα; ταρβῶν, etc. Duportus hac in re melius, ut mihi quidem videtur, προταρβῶν unica voce, ut *metum futuri* significet: Quam lectionem et ego laudo, licet, ut verum fatear, vetustissima omnium editio, Aldina, legit: Τί φής; τί ταρβῶν ὀρφάνευμ' ἐμῶν τέκνων; Quæ lectio potuit quidem sufficere; Duportianam vero hic præfero. *Barnes.*

546. Μή ποτε Κρέοντι θάνατον ἐκτισαίατο.] Μή ποτε ἐκτιμωρήσαιντο θάνατον τοῦ Κρέοντος, ὑπὸ τοῦ Λύκου θανατωθέντος. Vide quæ nos supra ad v. 43. Ἐκτισαίατο autem pro ἐκτίσαιντο, Ionice. Sic verba contracta in ίω et άω faciunt in perfecto passivo, pro communi, ἔνοι εἰσὶν, νται, et in plusquam perfecto pro communi ἔνοι ἦσαν, ντο, ut πεποίηνται et ἐπεποίηντο, pro πεποιημένοι εἰσὶν et πεποιημένοι ἦσαν. Sic Ἐπεπυρέατο Ionice pro ἐπεπύρηντο, hoc pro πεπυρημένοι ἦσαν legitur; et ἤχθηντο, ab ἐχθίομαι, apud Josephum. Quod dico, non modo quod in hac parte grammaticæ vulgares sileant, sed ut docto viro morem geram: qui putabat, ἤχθηντο imperfecti

[redacted]

ʽΗΡ. Πόθεν δ᾽ ἐς ὑμᾶς ἦδ᾽ ἐσῆλθ᾽ ἀθυμία;
ΜΕ. Εὐρυσθέως κήρυκες ἤγγελλον τάδε.
ʽΗΡ. Τί δ᾽ ἐξελείπετ᾽ οἶκον, ἑστίαν τ᾽ ἐμήν;
ΜΕ. Βίᾳ· πατὴρ μὲν ἐκπεσὼν στρωτοῦ λέχους.
ʽΗΡ. Κοὐκ ἔσχεν αἰδῶ τὸν γέροντ᾽ ἀτιμάσαι;
ΜΕ. Αἰδώς γ᾽ ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ πρόσω.
ʽΗΡ. Οὕτω δ᾽ ἀπόντες ἐσπανίζομεν φίλων;
ΜΕ. Φίλοι γάρ εἰσιν ἀνδρὶ δυστυχεῖ τινές;
ʽΗΡ. Μάχας δὲ Μινυῶν, ἃς ἔτλην, ἀπέπτυσαν;

Her. Unde vero vos invasit hæc animi dejectio?
Meg. Eurysthei nuncii nunciaverunt ista.
Her. Sed quare reliquistis domum et meos lares?
Meg. Per vim quidem pater ejectus erat ex lecto strato.
Her. Nec puduit ipsum contumelia-afficere senem?
Meg. Pudor procul habitat ab ista Dea, Vi *scil.*
Her. Sic igitur absentes inopia-laboravimus amicorum?
Meg. Quinam enim viro calamitoso sunt amici?
Her. Prælia vero, quæ contra Minyas sustinui, respuerunt?

temporis, vel ab ἄχθημι, vel ab ἴχθημι, cum neutra vox exstet; et si utraque exstet, scribendum foret, vel ἤχθεντο, si a prima conjugatione, vel ἤχθαντο, si a secunda verborum in μι duceretur. *Barnes.*

547. πρίπων;] Ita MS. E. in margine, ut jam Edd. auctore H. Stephano. Ed. Ald. πίπλων. *Musg.*

550. Scribendum videtur: φίλων γ᾽ ἐρημοι. *Herman.*

556. τῆσδε τῆς θεοῦ] Intellige βίας, ut recte Barnesius. Favet Hesiodus, Κράτος et Βίαν inter immortales recensens, Theogon. v. 385. Fuit etiam templum Βίας Corinthi, teste Pausania, p. 48. l. 18. Ed. Sylburg.

ἀποικεῖ πρόσω.] Sic Plato: πόῤῥω που ἐσκήνωται, p. 759. A. *Musg.*

Αἰδώς γ᾽ ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ πρόσω.] Αἰδὼς ἀποικεῖ πόῤῥω τῆς Βίας. Προσωποποιία. Scaliger legit, quasi per repetitionem ex præcedenti versu: Αἰδῶ γ᾽; Ἀποικεῖ τῆσδε τῆς θεοῦ πρόσω, ut sit hic sensus: Ἐρωτᾷς, εἰ ὁ Λύκος αἰδῶ ἔσχεν; Πόῤῥω οὗτος ἀποικεῖ ταύτης τῆς θεᾶς, Αἰδοῦς δηλονότι. *Barnes.*

559. Μινυῶν,] Vide supra ad v. 50. *Musg.*

Μάχας δὲ Μινυῶν, ἃς ἔτλην, ἀπέπτυσαν;] Hanc historiam Minyarum ab Hercule victorum, Thebanorum causa, ita narrat Apollodorus Biblioth. Lib. II. c. 4. §. 11. Κλύμενον, τὸν Μινυῶν βασιλέα, λίθῳ βαλὼν Μενοικέως ἡνίοχος, ὄνομα Περιήρης, ἐν Ὀγχηστῷ, Ποσειδῶνος τεμένει, τιτρώσκει. Ὁ δὲ κομισθεὶς εἰς Ὀρχομενὸν ἡμιθανής, ἐπισκήπτει τελευτῶν Ἐργίνῳ, τῷ παιδὶ, ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον αὐτοῦ. Στρατευσάμενος δὲ Ἐργῖνος ἐπὶ Θήβας, κτείνας οὐκ ὀλίγους, ἐσπείσατο μεθ᾽ ὅρκων, ὅπως πέμπωσιν αὐτῷ Θηβαῖοι δασμὸν ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη, κατ᾽ ἔτος, ἑκατὸν βόας. Ἐπὶ τοῦτον τὸν δασμὸν εἰς Θήβας ἀπιόντας συντυχὼν Ἡρακλῆς ἐλωβήσατο· ἀποτεμὼν γὰρ αὐτῶν τὰ ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ διὰ σχοινίων τὰς χεῖρας δήσας ἐκ τῶν τραχήλων, ἔφη, τοῦτον Ἐργίνῳ καὶ Μινύαις δασμὸν κομίζειν. Ἐφ᾽ οἷς ἀγανακτῶν ἐστράτευσεν ἐπὶ Θήβας. Ἡρακλῆς δὲ λαβὼν ὅπλα παρ᾽ Ἀθηνᾶς καὶ πολεμαρχῶν Ἐργῖνον μὲν ἔκτεινε, τοὺς δὲ Μινύας ἐτρέψατο, καὶ τὸν δασμὸν διπλοῦν ἠνάγκασε Θηβαίους φέρειν. Hæc jam Hercules Thebanis objicit beneficia, qui bene ab illo affecti, tanta ingratitudine jam illius familiam prosecuti sunt. Vide supra ad v. 50. Ubi tamen in loco Apollodori citato, male sect. 2. pro sect. XI. quod Arabicis figuris scripseram 11. in illo loco, unde 2. imprimen-

ΜΕ. Ἄφιλον, ἵν' αὖθίς σοι λέγω, τὸ δυστυχές.
ΗΡ. Οὐ ῥίψεθ' Ἅιδου τάσδε περιβολὰς κόμης;
Καὶ φῶς ἀναβλέψεσθε, τοῦ κάτω σκότους
Φίλας ἀμοιβὰς ὄμμασιν δεδορκότες;
Ἐγὼ δέ, νῦν γὰρ τῆς ἐμῆς ἔργον χερός,
Πρῶτον μὲν εἶμι καὶ κατασκάψω δόμους
Καινῶν τυράννων· κρᾶτα δ' ἀνόσιον τεμών,
Ῥίψω κυνῶν ἕλκημα· Καδμείων δ' ὅσους
Κακοὺς ἐφεῦρον, εὖ παθόντας ἐξ ἐμοῦ,
Τῷ καλλινίκῳ τῷδ' ὅπλῳ χειρώσομαι·
Τοὺς δὲ πτερωτοῖς διαφορῶν τοξεύμασιν,
Νεκρῶν ἅπαντ' Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου,

Meg. Calamitas, ut tibi dicam iterum, *est* sine amicis.
Her. Non abjicietis Plutonis istum amictum a coma,
Et lucem aspicietis, infernarum tenebrarum
Charas vicissitudines oculis cernentes?
Ego vero, nunc enim opus est meæ manus,
Primum quidem vadam, et evertam domum
Novi tyranni: caput autem impium abscissum
Abjiciam canibus lanienam: quoscunque vero Thebanos
Malos deprehendero, beneficiis *a* me affectos,
Hoc præclaris-victoriis-insigni telo subigam.
Alios vero dissipans alatis sagittis,
Cæde mortuorum implebo totum Ismenum,

dum putabant. Vide etiam ad v. 220. *Barnes.*

561. Notandum, ᾍδου a περιβολὰς regi. Sic supra φθιμένων ἔνδυτ', v. 440. στολμοῖσι νεκρῶν, v. 525. θανάτου περιβόλαια, v. 548. Contra κόμης a ῥίψετε regi puto, ut constructio sit: ῥίψετε [ἀπὸ] κόμης τάσδε ᾍδου περιβολάς. *Musg.*

567. Aut ἕλκυσμα, aut ἕλκηθμα, legendum. *Reisk.*

570. διαφορῶν] *Distrahens, dividens,* ut διαφορήσαιμεν, Bacch. v. 1199.

Aristophanes: διαφορηθῆναί θ' ὑφ' ἡμῶν Av. 338. Philostrat. Heroicis: ὁ Αἴας λέγεται ταῖς ἀγέλαις ἐμπεσὼν διαφορῆσαι σφᾶς, p. 653. C. Adde Aristoph. Equ. 294. *Musg.*

571. Ἰσμηνὸν ἐμπλήσω φόνου,] Ismenus, fluvius Thebanus, ab Ismene, filia Asopi, vel ab Ismeno, ejusdem filio, quorum nomina Apollodorus notat: alii ab Ismeno, Pelasgi filio, dictum volunt; Pausanias denique in Bœoticis fol. 289. ab Ismeno, Apollinis filio, dictumque antea Ladona; cujus nominis fluvius quoque Arcadiæ dicebatur.

φόνου,] Αἵματος. Vid. ad Ion. v. 1011. *Barnes.*

572. Δίρκης τε νᾶμα] Dirce, ut nonnulli, Acheloi erat filia, Lyci prioris conjux, quæ ab Amphione et Zetho occisa, in fontem ejusdem nominis erat conversa. De hac re vide quæ nos ad Bacch. v. 507. *Barnes.*

574. Χαιρόντων] Attice pro χαιρέτωσαν. *Barnes.*

575. τῶνδ' ἁμαρτὼν,] *Horum jacturam si fecero,* hoc si mea negligentia perire sivero. *Reisk.*

576. οὔτις οἶδ' ὑπὲρ πατρὸς,] Supple:

[redacted]

Δίρκης τε νᾶμα λευκὸν αἱμαχθήσεται.
Τῷ γάρ μ' ἀμύνειν μᾶλλον, ἢ δάμαρτι, χρὴ,
Καὶ παισὶ, καὶ γέροντι; χαιρόντων πόνοι·
Μάτην γὰρ αὐτοὺς τῶνδε μᾶλλον ἤνυσα·
Καὶ δεῖ μ' ὑπὲρ τῶνδ', εἴπερ οἵδ' ὑπὲρ πατρὸς,
Θνήσκειν ἀμύνοντ', ἢ τί φήσομεν καλὸν,
Ὕδρᾳ μὲν ἐλθεῖν εἰς μάχην, λέοντί τε,
Εὐρυσθέως πομπαῖσι, τῶν δ' ἐμῶν τέκνων
Οὐκ ἐκπονήσω θάνατον; οὐκ ἄρ' Ἡρακλῆς
Ὁ καλλίνικος, ὡς πάροιθε, λέξομαι;
ΧΟ. Δίκαια, τοὺς τεκόντας ὠφελεῖν τέκνα,
Πατέρα τε πρέσβυν, τήν τε κοινωνὸν γάμων.

Et limpida aqua Dircæ cruentabitur.
Etenim cui me magis, quam uxori, opitulari convenit,
Et liberis, et seni? Valeant labores!
Frustra enim illos potius, quam hos exantlavi.
Et convenit me pro istis, si quidem illi pro patre,
Propugnantem mori. Aut quid? dicemusne honestum,
Pugnare quidem cum Hydra, et leone,
Missu Eurysthei? a meis vero liberis
Mortem non depellam? non igitur Hercules
Præclaris-victoriis-clarus, ut ante, dicar.
Cho. Justum *est*, ut parentes adjuvent liberos,
Et patrem senem, et participem nuptiarum.

ἔμελλον θνήσκειν. Sensus loci: Καὶ εἴπερ οἵδε οἱ ἁπαλοὶ παῖδες ὑπὲρ ἐμοῦ, πατρὸς αὐτῶν, θνήσκειν ἔμελλον, πόσῳ μᾶλλον ἐμὲ δεῖ ὑπὲρ αὐτῶν ἀμύνοντα θνήσκειν, ἐὰν δέῃ; ἢ τί; Ἆρα φήσομεν τοῦτο καλὸν, τοῖς θηρίοις τῶν ἄλλων ἕνεκα μάχεσθαι, τὰ δὲ ἐμαυτοῦ τέκνα θνήσκοντα ὑπερορᾷν; Ἄλλως· Ἆρα φήσομεν, τάδε καλὰ εἶναι ἀνδραγαθήματα, ὡς ὄντως εἰσί; Τῶν δ' ἐμῶν τέκνων οὐχ ὁμοίως ὑπερμαχοῦμαι; καὶ ἐκπονήσω, ἤγουν πονήσας ἀποστρέψω τὸν θάνατον αὐτῶν; *Barnes.*

580. ἐκπονήσω] Præstiterit ἐκπονῆσαι in infinitivo, ut supra ἐλθεῖν. *Musg.*

582. Chori notam Tyrwhittus apposuit. *Herman.*

Citat Stob. Grot. LXXIX. p. 339. *Burn.*

Δίκαια,] Optime Tyrwhittus hunc versum cum sequenti, qui Herculis sermoni male assuuntur, Choro reddendos suadet. Δίκαια pro δίκαιον bene illustrat Barnesius ex Hecub. v. 1222. Phœniss. v. 1008. Med. v. 491. Hippol. v. 575. *Musg.*

Δίκαια,] Ἀντὶ τοῦ δίκαιον. Sic Homer. Iliad. α'. v. 107. Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι. Φίλα pro φίλον. Sophocl. Οὕτως ἀρκετέ· ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις. Aristoph. Ξυνακτέα ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα. Ἀντὶ τοῦ ἀρκετέον καὶ συνακτέον. Johann. Brodæus. Hæc forma est Atticis usitatissima. Sic Hecub. v. 1089. Σύγγνωσθ', ὅταν τις κρείσσον', ἢ φέρειν, κακὰ, πάθῃ. Scholiast. Συγγνωστὸν ἔδει εἰπεῖν· ἐκφέρει δὲ πληθυντικῶς, Ἀττικῶς· καὶ τοῦτο ζητῶν εὑρήσεις παρὰ πᾶσι καὶ ποιηταῖς καὶ λογοποιοῖς. En! exempla. Hecub. v. 1222. Ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά. Pro ἀχθεινόν. Phœniss. v. 1008. Καὶ συγγνωστὰ μὲν Γέροντι· τοὐμὸν δ' οὐχὶ

ΑΜ. Πρὸς σοῦ μὲν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις εἶναι φίλον,
Τά τ' ἐχθρὰ μισεῖν· ἀλλὰ μὴ 'πείγου λίαν.
ΗΡ. Τί δ' ἔστι τῶνδε θᾶσσον, ἢ χρεών, πάτερ;
ΑΜ. Πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ
Δοκοῦντας εἶναι, ξυμμάχους ἄναξ ἔχει,
Οἳ στάσιν ἔθηκαν, καὶ διώλεσαν πόλιν
Ἐφ' ἁρπαγαῖσι τῶν πέλας· τὰ δ' ἐν δόμοις
Δαπάναισι φροῦδα, διαφυγόνθ' ὑπ' ἀργίας.
Ὤφθης ἐπελθὼν πόλιν· ἐπεὶ δ' ὤφθης, ὅρα,
Ἐχθροὺς ἀθροίσας, μὴ παρὰ γνώμην πέσῃς.
ΗΡ. Μέλει μὲν οὐδὲν, εἴ με πᾶσ' εἶδεν πόλις·
Ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις,

Am. Tuum quidem *est*, O fili, amicis esse amicum,
Et inimicos odisse. Sed ne nimium festines.
Her. Quid vero in his, O pater, citius fit, quam conveniat?
Am. Multos pauperes, sed qui sermone divites
Videntur esse, auxiliarios habet rex,
Qui seditionem concitarunt; et perdiderunt civitatem,
Propter rapinas proximorum: Res enim familiaris *eorum*
Sumptibus profusa est, negligentia aufugiens.
Conspectus es accedens ad urbem: postquam vero conspectus es, vide,
Ne congregatis inimicis præter opinionem tuam pereas.
Her. Non est mihi curæ, etiamsi tota me civitas viderit.
Conspicatus autem avem quandam in sedibus inauspicatis,

συγγνώμην ἔχει. Medeæ v. 491. Σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι. Utrobique pro συγγνωστόν. Hippolyt. v. 373. Ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐστὶν, οἷ φθίνει τύχα. Pro ἄσημον. *Barnes.*

582. s. Δίκαια — γάμων.] Hæc a Choro, non ab Hercule, dici censet Pr. *Beck.*

585. μὴ 'πείγου λίαν.] Huc refer proverbium: Σπεῦδε βραδέως, *festina lente*, de quo vid. Erasmum. Item quæ nos ad Phœniss. v. 607. *Barnes.*

587. Πολλοὺς πένητας,] Hic optime ostendit poëta, *seditiosi qui sint maxime*, et qui Rerumpublicarum turbis magis inhient, nempe qui divites apparent, revera autem pauperes sunt, quique otio et luxuria res suas penitus dissiparunt, ut Catilina. Hunc locum ita H. Grotius: *Plebs magna, famà divitum, re pauperum, Adest tyranno; turbidus quorum furor Rem penitus omnem Publicam evertit: Bona namque appetunt aliena, prodactis suis Sumtu immodesto pariter et segni otio.* *Barnes.*

591. ὑπ' ἀργίας, τοῦ βραδύνοντος. *Scholiast.*

595. αἰσίοις ἕδραις,] Locus, in quo avis considens auspici sese contemplandam præbet, vocatur ἕδρα. Vide Aristophan. Av. v. 276. ibique Scholiasten, Hesychium et Suidam v. ἔξεδρον. Is locus, si boni ominis erat, vocabatur αἴσιος. Sed quæ ad auspicia Veterum pertinent, affatim collegit Spanhemius ad Callimach. Lavacrum Palladis, v. 123. *Musg.*

Ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις,] Hoc probabiliter poëta in hoc loco fingit: alias enim nunquam crederemus, Herculem incognitum in suam urbem redire velle, nisi malo augurio prius observato; unde potuit viro magno de rebus domesticis suspicio oriri, licet ipse auguriis parum tribuisset. De Romanorum augurii lo-



Ἔγνων πόνον τιν' εἰς δόμους πεπτωκότα·
Ὥστ' ἐκ προνοίας κρύφιος εἰσῆλθον χθόνα.
ΑΜ. Καλῶς προσελθὼν νῦν, πρόσειπέ θ' ἑστίαν,
Καὶ δὸς πατρῴοις δώμασιν σὸν ὄμμ' ἰδεῖν.
Ἥξει γὰρ αὐτός, σὴν δάμαρτα καὶ τέκνα
Ἕλξων, φονεύσων, κἄμ' ἐπισφάξων, ἄναξ.
Μένοντι δ' αὐτοῦ πάντα σοι γενήσεται,
Τῇ τ' ἀσφαλείᾳ κερδανεῖς· πόλιν τε σὴν
Μὴ πρὶν ταράξῃς, πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι, τέκνον.
ἩΡ. Δράσω τάδ'· εὖ γὰρ εἶπας· εἶμ' εἴσω δόμων·
Χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν
Ἅιδου Κόρης ἔνερθεν, οὐκ ἀτιμάσω

Intellexi aliquam calamitatem incidisse in domum:
Itaque de industria clam ingressus sum terram.
Am. Recte accedens nunc saluta lares,
Et paternis Diis da tuum vultum, ut videant.
Ipse enim veniet tuam uxorem et liberos
Tracturus, interfecturus, et me una mactaturus, rex,
Manenti vero hic omnia tibi succedent,
Et lucrifacies securitatem; et urbem tuam
Non prius turbaveris, quam hoc bene confeceris, O fili.
Her. Faciam ista; recte enim dixisti: vado intra domum.
Tandem autem reversus ex sole-carentibus recessibus
Plutonis sponsæ sub terra *degentis*, non dedignabor

Co vide Livii Histor. Lib. I. ubi de Accio Nævio, qui novacula cotem discidit, in artis suæ assertionem. Vide etiam sis Dionys. Halicar. Lib. II. Plutarch. in Parall. et Problem. Ciceron. de Divin. aliosque. Notum illud Catonis, mirari se, *si augur augurem adspiciens a risu temperaret*; nempe quia occulto syncretismo colludebant inter se, ad populum decipiendum, probe interim sibi fraudis ac imposturæ conscii. Vide quæ nos de irrisa a Mossolano Judæo Augurii Vanitate ad Helen. v. 745. *Barnes.*

598. Καλῶς προσελθὼν νῦν, πρόσειπέ θ' ἑστίαν,] Mos erat apud Veteres, ut peregre redeuntes terram ipsam et topicos Deos, Geniosque loci, tum vestibula domuum suarum, salutarent primo; deinde introëuntes, Deos domesticos, Vestam, Laresque alloquebantur salutantium more, et congratulantium eorum adspectum sibi; quod felix iis faustumque videbatur. Sic Hercules supra ad v. 522. Ὦ χαῖρε, μέλαθρον, πρόπυλά θ' Ἑστίας ἐμῆς, Ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών: ubi salutat vestibulum. Nunc tandem pater hortatur eum, in interiora ad Lares salutandos se recipere. Hujus moris infiniti auctorum loci instantias exhibent. Sic Æschyl. Agamemn. v. 819. Agamemnon ex Troja reversus domum ait: Πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους δίκη προσειπεῖν, etc. Sic Senec. Agamem. v. 687. *Delubra et aras Cælitum, et patrios lares, Post longa fessus spatia, vix credens mihi, supplex adoro.* Nobis non licet hisce immorari. *Barnes.*

599. δώμασιν] Eleganter emendat Reiskius δαίμοσιν. vide infra v. 608. Quanquam et vulgata retineri potest. vide Æschyl. Choëph. v. 807. et seq. Confer

ΑΜ. Πρὸς σοῦ μὲν, ὦ παῖ, τοῖς φίλοις εἶναι φίλον,
Τά τ' ἐχθρὰ μισεῖν· ἀλλὰ μὴ 'πείγου λίαν.
ΗΡ. Τί δ' ἔστι τῶνδε θᾶσσον, ἢ χρεών, πάτερ;
ΑΜ. Πολλοὺς πένητας, ὀλβίους δὲ τῷ λόγῳ
Δοκοῦντας εἶναι, ξυμμάχους ἄναξ ἔχει,
Οἳ στάσιν ἔθηκαν, καὶ διώλεσαν πόλιν
Ἐφ' ἁρπαγαῖσι τῶν πέλας· τὰ δ' ἐν δόμοις
Δαπάναισι φροῦδα, διαφυγόνθ' ὑπ' ἀργίας.
Ὤφθης ἐπελθὼν πόλιν· ἐπεὶ δ' ὤφθης, ὅρα,
Ἐχθροὺς ἀθροίσας, μὴ παρὰ γνώμην πέσῃς.
ΗΡ. Μέλει μὲν οὐδὲν, εἴ με πᾶσ' εἶδεν πόλις·
Ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις,

Am. Tuum quidem *est*, O fili, amicis esse amicum,
Et inimicos odisse. Sed ne nimium festines.
Her. Quid vero in his, O pater, citius fit, quàm conveniat?
Am. Multos pauperes, sed qui sermone divites
Videntur esse, auxiliarios habet rex,
Qui seditionem concitarunt; et perdiderunt civitatem,
Propter rapinas proximorum: Res enim familiaris *eorum*
Sumptibus profusa est, negligentia aufugiens.
Conspectus es accedens ad urbem: postquam vero conspectus es, vide,
Ne congregatis inimicis præter opinionem tuam pereas.
Her. Non est mihi curæ, etiamsi tota me civitas viderit.
Conspicatus autem avem quandam in sedibus inauspicatis,

συγγνώμην ἴχει. Medeæ v. 491. *Σύγγνωστ' ἂν ἦν σοι.* Utrobique pro *συγγνωστόν.* Hippolyt. v. 373. *Ἄσημα δ' οὐκ ἔτ' ἐστὶν, οἷ φθίνει τύχα.* Pro *ἄσημον.* *Barnes.*

582. s. *Δίκαια — γάμον.*] Hæc a Choro, non ab Hercule, dici censet Pr. *Beck.*

585. *μὴ 'πείγου λίαν.*] Huc refer proverbium: *Σπεῦδε βραδέως, festina lente*, de quo vid. Erasmum. Item quæ nos ad Phœniss. v. 607. *Barnes.*

587. *Πολλοὺς πένητας,*] Hic optime ostendit poëta, *seditiosi qui sint maxime*, et qui Rerumpublicarum turbis magis inhient, nempe qui divites apparent, revera autem pauperes sunt, quiquè otio et luxuria res suas penitus dissiparunt, ut Catilina. Hunc locum ita H. Grotius: *Plebs magna, famà divitum, re pauperum, Adest tyranno; turbidus quorum furor Rem penitus omnem Publicam evertit: Bona namque appetunt aliena, prodactis suis Sumtu immodesto pariter et segni otio.* *Barnes.*

591. *ὑπ' ἀργίας, τοῦ βραδύνοντος.* *Scholiast.*

595. *αἰσίοις ἕδραις,*] Locus, in quo avis considens auspici sese contemplandam præbet, vocatur *ἕδρα.* Vide Aristophan. Av. v. 276. ibique Scholiasten, Hesychium et Suidam v. *ἐξέδρον.* Is locus, si boni ominis erat, vocabatur *αἴσιος.* Sed quæ ad auspicia Veterum pertinent, affatim collegit Spanhemius ad Callimach. Lavacrum Palladis, v. 123. *Musg.*

Ὄρνιν δ' ἰδών τιν' οὐκ ἐν αἰσίοις ἕδραις,] Hoc probabiliter poëta in hoc loco fingit: alias enim nunquam crederemus, Herculem incognitum in suam urbem redire velle, nisi malo augurio prius observato; unde potuit viro magno de rebus domesticis suspicio oriri, licet ipse auguriis parum tribuisset. De Romanorum augurii lo-




῎Εγνων πόνον τίν' εἰς δόμους πεπτωκότα·
῞Ωστ' ἐκ προνοίας κρύφιος εἰσῆλθον χθόνα.
ΑΜ. Καλῶς προσελθὼν νῦν, πρόσειπέ θ' ἑστίαν,
Καὶ δὸς πατρῴοις δώμασιν σὸν ὄμμ' ἰδεῖν.
῞Ηξει γὰρ αὐτός, σὴν δάμαρτα καὶ τέκνα
῞Ελξων, φονεύσων, κἄμ' ἐπισφάξων, ἄναξ.
Μένοντι δ' αὐτοῦ πάντα σοι γενήσεται,
Τῇ τ' ἀσφαλείᾳ κερδανεῖς· πόλιν τε σὴν
Μὴ πρὶν ταράξῃς, πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι, τέκνον.
ἩΡ. Δράσω τάδ'· εὖ γὰρ εἶπας· εἶμ' εἴσω δόμων·
Χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν
῞Αιδου Κόρης ἔνερθεν, οὐκ ἀτιμάσω

Intellexi aliquam calamitatem incidisse in domum:
Itaque de industria clam ingressus sum terram.
Am. Recte accedens nunc saluta lares,
Et paternis Diis da tuum vultum, ut videant.
Ipse enim veniet tuam uxorem et liberos
Tracturus, interfecturus, et me una mactaturus, rex,
Manenti vero hic omnia tibi succedent,
Et lucrifacies securitatem; et urbem tuam
Non prius turbaveris, quam hoc bene confeceris, O fili.
Her. Faciam ista; recte enim dixisti: vado intra domum.
Tandem autem reversus ex sole-carentibus recessibus
Plutonis sponsæ sub terra *degentis*, non dedignabor

So vide Livii Histor. Lib. I. ubi de Accio Nævio, qui novacula cotem discidit, in artis suæ assertionem. Vide etiam sis Dionys. Halicar. Lib. II. Plutarch. in Parall. et Problem. Ciceron. de Divin. aliosque. Notum illud Catonis, mirari se, *si augur augurem adspiciens a risu temperaret;* nempe quia occulto syncretismo colludebant inter se, ad populum decipiendum, probe interim sibi fraudis ac imposturæ conscii. Vide quæ nos de irrisa a Mossolano Judæo Augurii Vanitate ad Helen. v. 745. *Barnes.*

598. Καλῶς προσελθὼν νῦν, πρόσειπέ θ' ἑστίαν,] Mos erat apud Veteres, ut peregre redeuntes terram ipsam et topicos Deos, Geniosque loci, tum vestibula domuum suarum, salutarent primo; deinde introëuntes, Deos domesticos, Vestam, Laresque alloquebantur salutantium more, et congratulantium eorum adspectum sibi; quod felix iis faustumque videbatur. Sic Hercules supra ad v. 522. ῏Ω χαῖρε, μέλαθρον, πρόπυλά θ' Ἑστίας ἐμῆς, ῾Ως ἄσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών: ubi salutat vestibulum. Nunc tandem pater hortatur eum, in interiora ad Lares salutandos se recipere. Hujus moris infiniti auctorum loci instantias exhibent. Sic Æschyl. Agamemn. v. 819. Agamemnon ex Troja reversus domum ait: Πρῶτον μὲν ῎Αργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους δίκη προσειπεῖν, etc. Sic Senec. Agamem. v. 687. *Delubra et aras Cælitum, et patrios lares, Post longa fessus spatia, vix credens mihi, supplex adoro.* Nobis non licet hisce immorari. *Barnes.*

599. δώμασιν] Eleganter emendat Reiskius δαίμοσιν. vide infra v. 608. Quanquam et vulgata retineri potest. vide Æschyl. Choëph. v. 807. et seq. Confer



Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας.
ΑΜ. Ἦλθες γὰρ ὄντως δώματ᾽ εἰς Ἅιδου, τέκνον;
ΗΡ. Καὶ θῆρά γ᾽ εἰς φῶς τὸν τρίκρανον ἤγαγον.
ΑΜ. Μάχῃ κρατήσας, ἢ θεᾶς δωρήμασιν;
ΗΡ. Μάχῃ· τὰ μυστῶν δ᾽ ὄργι᾽ εὐτύχησ᾽ ἰδών.
ΑΜ. Ἦ καὶ κατ᾽ οἴκους ἐστὶν Εὐρυσθέως ὁ θήρ;

Primum deos domesticos salutare.
Am. Verene igitur descendisti in domos Plutonis, O fili?
Her. Quinetiam belluam tricipitem in lucem eduxi.
Am. Pugna victam, an munere deæ?
Her. Pugna: fortunatus autem fui qui viderim sacra sacerdotum.
Am. Estne in ædibus Eurysthei hæc bellua?

etiam Agam. v. 527. et seq. qui quidem locus non magis uni lectioni, quam alteri, favet. *Musg.*

Forte, δαίμοσιν. vid. v. 608. *Reisk.*

607. Forte, Κόρης τ᾽ ἔνερθεν. *Reisk.*

608. Θεοὺς προσειπεῖν — τοὺς κατὰ στέγας.] Eos, qui intra tectum erant. Antea enim, quo tempore in conspectum venit, ædes suas et πρόπυλα Ἑστίας salutaverat, v. 522. Morem Deos Penates salutandi illustrat Barnesius ex Æschyl. Agam. v. 819. Senec. Agam. v. 687. *Musg.*

610. Piersonus τρίκρανον. Vulgo τρικάρανον. *Herman.*

τρικάρηνον] Piersonus, anapæsti vitandi causa, reponit τρίκρανον, quæ forma compositi est v. 1268. confertque v. 418. Bacch. 1005. *Musg.*

612. ὄργια] Intelligo non mysteria Eleusinia, sed ea, quæ οἱ μεμυημένοι apud inferos celebrare credebantur. confer Scholia ad Aristoph. Ran. v. 158. Barnesius cum Brodæo interpretatur de Sacris Eleusiniis, quibus Hercules, cum ad inferos descensurus erat, initiari se fecerat. Æschines Socraticus Axiocho, sect. 20. Sed alterum magis memorabile erat, digniusque adeo, quod patri enarraret. *Musg.*

τὰ μυστῶν δ᾽ ὄργι᾽ εὐτύχησ᾽ ἰδών.] Nam ante suum ad inferos descensum Eleusiniis sacris initiatus est Herc. Sic Tzetzes: Διότι ἐμυήθη ὁ Ἡρακλῆς ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ δι᾽ αὐτὸν λεγόμενα Μικρὰ Μυστήρια. Plato περὶ Θανάτου: Καὶ τοὺς περὶ Ἡρακλέα τε καὶ Διόνυσον, κατιόντας ἐς ᾅδου, πρότερον λόγος ἐνθάδε μυηθῆναι. καὶ τὸ θάρσος τῆς ἐκεῖσε πορείας παρὰ τῆς Ἐλευσινίας ἐναύσασθαι. Joh. Brodæus. Huc addo Apollodor. Bibl. Lib. II. c. v. §. 12. Μέλλων δὲ [ὁ Ἡρακλῆς] ἐπὶ τοῦτον [τὸν Κέρβερον] ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον, πρὸς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι. Ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. Vid. interpretes in locum, Plutarch. in Theseo. et Schol. Hom. in Il. θ. v. 378. ubi hic ipse Apoll. locus correctior paulo legitur. *Barnes.*

Hoc loco intelliguntur mysteria, apud ipsos inferos celebrata. *Beck.*

614. Χθονία hæc non est Hecate, sed Ceres, peculiari nomine χθονία dicta. vid. Pausan. in Corinth. p. 78. Ed. Sylburg. ubi multa de hoc templo, a quo non longe aberat hiatus terræ, per quem Hercules Cerberum ab Inferis traxisse credebatur. Χθονίαν, ut hic, simpliciter vocat Plutarch. in Pompeio. *Musg.*

Χθονίας νιν ἄλσος, Ἑρμιών τ᾽ ἔχει πόλις.] Χθονίας, Hecatæ; ita Theocr. Τᾷ χθονίᾳ θ᾽ Ἑκάτᾳ. Schol. τὴν Ἑκάτην χθονίαν φασὶ θεὰν, καὶ νερτέρων πρύτανιν. Joh. Brodæus. Recte quidem hæc; at huic loco non congrua. Quamvis enim Hecate χθονία dicebatur, et Ceres quoque ipsa aliquando, utpote quæ eadem cum Hecata fuerit, item Proserpina, de nulla harum jam χθονία dicitur; dicendum igitur, hic Chthoniam, Colontæ filiam, intelligi, cui Hermionenses templum et sacra dederint, vel certe ex illa Ceres quoque Chthonia dicitur; ut Paus. Corinthiacis, fol. 78. lin. 2. Τὸ δὲ λόγου μάλιστα ἄξιον, ἱερὸν Δήμητρός ἐστιν ἐπὶ τοῦ Πρῶνος. Τοῦτο τὸ Ἱερὸν Ἑρμιονεῖς μὲν Κλύμενον, Φορωνέως παῖδα, καὶ ἀδελφὴν Κλυμένου, Χθονίαν, τοὺς ἱδρυσαμένους φασὶν εἶναι. Ἀργεῖοι δὲ, ὅτε ἐς τὴν Ἀργολίδα ἦλθε Δημήτηρ, τότε Ἀθέραν μὲν λέγουσι καὶ Μυσίον ὡς ξενίαν παρασχόντας τῇ θεῷ. Κολόνταν δὲ, οὔτε οἴκῳ δέξασθαι τὴν θεὸν, οὔτε

ἩΡ. Χθονίας νιν ἄλσος, Ἑρμιὼν τ' ἔχει πόλις.
ΑΜ. Οὐδ' οἶδεν Εὐρυσθεύς σε γῆς ἥκοντ' ἄνω;
ἩΡ. Οὐκ οἶδεν· ἐλθὼν τἀνθάδ' εἰδείην πάρος.
ΑΜ. Χρόνον δὲ πῶς τοσοῦτον ἦσθ' ὑπὸ χθονί;
ἩΡ. Θησέα κομίζων ἐχρόνισ' ἐξ Ἅιδου, πάτερ.
ΑΜ. Καὶ ποῦ 'στιν; ἢ γῆς πατρίδος οἴχεται πέδον;

Her. Nemus *Chthoniæ*, et civitas Hermion ipsam habet.
Am. An non scit Eurystheus te rediisse in terram?
Her. Non scit: veni ut scirem prius quomodo se hic res haberent.
Am. Quomodo vero tamdiu fuisti sub terra?
Her. Reducens Thescum, ab inferis cunctatus sum, O pater.
Am. Ubi vero *is* est? utrum ivit *in* solum terræ patriæ?

ἀπονέμαί τι ἄλλο ἐς τιμήν. Ταῦτα δὲ οὐ κατὰ γνώμην Χθονίᾳ τῇ θυγατρὶ ποιεῖν αὐτόν. Κολόνταν μὲν οὖν φασὶν ἀντὶ τούτων συγκατακρησθῆναι τῇ οἰκίᾳ· Χθονίαν δὲ κομισθεῖσαν ἐς Ἑρμιόνα ὑπὸ Δήμητρος, Ἑρμιονεῦσι ποιῆσαι τὸ ἱερόν. Χθονία δ' οὖν ἡ θεὸς αὕτη καλεῖται. Urbs autem Hermion, et Hermione, in Peloponneso sita, templum habuit Cereri et Proserpinæ sacrum, ad quod qui confugerent, tuti erant propter loci religionem. Unde natum proverbium Ἀνθ' Ἑρμιόνος, Hermiones *vice*, apud Zenobium, id est, *Asyli adinstar:* vide Erasmum in adagio, Hermiones vice. Ad hunc locum Herculem ex Inferis Cerberum in lucem protulisse testatur Pausan. ibid. lin. 32. Ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Χθονίας χωρία ἐστὶν, ἃ καλοῦσιν Ἑρμιονεῖς, τὸ μὲν Κλυμένου, τὸ δὲ Πλούτωνος, τὸ τρίτον δὲ αὐτῶν, λίμνην Ἀχερουσίαν· περιείργεται μὲν δὴ πάντα θριγκοῖς λίθων. Ἐν δὲ τῷ τοῦ Κλυμένου καὶ γῆς Χάσμα· διὰ τούτου δὲ Ἡρακλῆς ἀνῆγε τοῦ ᾅδου τὸν Κύνα, κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπὸ Ἑρμιονέων. *Barnes.*

616. Male interpretes: *veni, ut scirem prius, quomodo se hic res haberent.* Hoc dicit: *reversus, rei domesticæ statum prius cognoverim.* Ut εἰδῶ est *cognoscam*, sic εἰδείην est *cognoverim.* Fefellit hæc optativi significatio etiam alibi viros doctos, ut in Sophoclis Œd. Col. 1172. καὶ τίς ποτ' ἐστὶν, ὅν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι; *et quis est ille, quem quidem ego reprehenderim?* Ubi Brunckius quum a vero sensu loci aberrasset, non potuit non addere ἄν. At in Platonis Euthydemo, p. 292. E. καὶ, ὅπερ ἔλεγον, τοῦ ἴσου ἡμῖν ἐνδεῖ ἢ ἔτι πλέονος πρὸς τὸ εἰδέναι, τίς ποτ' ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη ἐκείνη, ἣ ἡμᾶς εὐδαίμονας ποιήσειε, quem locum citavit Matthiæ in Gr. Gramm. p. 753. scribendum est ποιήσει, quod etiam Heindorfius vidit, qui quidem fallitur, quum etiam optativum intellecto ἂν defendi posse putat. Particula enim ista non diserte addita sensus esset: *quæ sit illa scientia, quæ nos beatos reddiderit. Herman.*

Si per *cognoverim* Hermannus intelligit, *scire volo*, sine quæstione recte interpretatur. Sed tempore quo Hercules hæc edit, suarum domesticarum status probe cognoverat, et ulciscendi non quærendi studio ardebat. Vid. locum qui incipit v. 565. Ἐγὼ δὲ, νῦν γὰρ τῆς ἐμῆς ἔργον χερός. Legit Wakefieldius, Οὐκ οἶδεν· ἦλθον τἀνθάδ' ἵν' ἰδοίμην πάρος. Fortasse scripsit poëta ἐλθὼν τἀνθάδ' εὖ θείμην πάρος. *Volo res hic constituere, prius quam certior factus fuerit me reverti.* Paucos ante versus Herculi ait Amphitryon, v. 604. πόλιν τε σὴν Μὴ πρὶν ταράξῃς, πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι, τέκνον. Confer vv. 931. 933. Tota quæ verba adponemus suo in loco. Confer etiam Iphig. Aul. 672. Σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, θέμενος εὖ τἀκεῖ, πάτερ. Bacch. 48. εἰς δ' ἄλλην χθόνα, Τἀνθένδε θέμενος εὖ, μεταστήσω πόδα. *Elmsl.*

εἰδείην] Infrequens locutio, quæ fortasse tamen defendi potest ex Alcest. v. 1023. Alioqui legendum: ἦλθον τἀνθάδ' εἰδέναι.

Sic Pindarus ἀκοντίσαιμι, Isthm. II. Stroph. 3. Idem: σιγῷμι πάμπαν apud Aristid. Tom. III. p. 90. *Musg.*

618. ἐν Ἅιδου,] Optime meo judicio

ΗΡ. Βέβηκ' Ἀθήνας, νέρθεν ἄσμενος φυγών.
Ἀλλ' εἶ', ὁμαρτεῖτ', ὦ τέκν', εἰς δόμους πατρί.
Καλλίονες τἄρ' εἴσοδοι τῶν ἐξόδων
Πάρεισιν ὑμῖν· ἀλλὰ θάρσος ἴσχετε,
Καὶ νάματ' ὄσσων μηκέτ' ἐξανίετε.
Σύ τ' ὦ γύναι μοι ξύλλογον ψυχῆς λάβε,
Τρόμου τε παῦσαι, καὶ μέθεσθ' ἐμῶν πέπλων.
Οὐ γὰρ πτερωτός, οὐδὲ φευξείω φίλους.

Her. Ivit Athenas, gaudens se fugisse ex locis subterraneis.
Sed eja, sequimini patrem, O liberi, in domum.
Introitus profecto amœnior exitu
Adest vobis. Quare fiduciam habeatis,
Et rivos oculorum ne amplius effundatis;
Tuque, O mea conjux, animum recollige,
Et desine tremiscere; et meas vestes dimitte,
Non enim *sum* alatus, neque fugere-cupio amicos.

Canterus ἐξ ᾅδου, ut constructio sit; Θησέα ἐξ ᾅδου κομίζων ἐχρόνισα, πάτερ. *Musg.*

Θησέα κομίζων, ἐχρόνισ' ἐν Ἅιδου, πάτερ.] Guil. Canterus, hoc in loco minime solita usus felicitate, dicit, se malle ἐξ ᾅδου, quasi necesse esset in hunc sensum verba exponere: Θησέα ἐξ ᾅδου κομίζων ἐχρόνισα, πάτερ: cum æque bene saltem ita sumi possent: Ἐχρόνισα ἐν ᾅδου, πάτερ, Θησέα κομίζων, καὶ ἐκεῖθεν ἀνάγειν βουλόμενος· ἐν ᾅδου, ὑπακουστέον, δόμοις. Nec versus ratio aliter postulat; si tribrachium in quarto loco ponas. *Barnes.*

624. Vide Pors. ad Phœn. 381. et 462. *Herman.*

ἐξανύετε.] Legendum ἐξανίετε ab ἐξανίημι. Idem vitium est Iphig. in Taur. v. 1461. Ed. Ald. ἐξανύεται.

Verum esse ἐξανίετε ostendit Philo Jud. apud quem πηγὴν δακρύων ἀνιεὶς legas, p. 359. Ed. Turn. Vide et p. 380. *Musg.*

Καὶ νάματ' ὄσσων μηκέτ' ἐξανύετε.] Μήτε τὰ δάκρυα ἔτι κατασπένδετε. Vel concedendum est, ῡ in ἀνύω produci aliquando, quod certe fit non semel apud scenicos poëtas, vel ἐξανύττετε, aut ἐξανύσσετε, legendum. Scribitur autem ἀνύω, ἀνύτω, ἀνύττω et ἀνύσσω, ut observavimus ad Bacch. v. 1089. et Ion. v. 1067. *Barnes.*

ἐξανίετε, *effundatis*, conjecerat jam Heath. quia ἀνύειν nunquam ultimam producit. *Beck.*

625. Σύ τ', ὦ γύναι μοι] De μοι pro μου, vide supra ad v. 95. *Barnes.*

626. Τρόμου τε παῦσαι, καὶ μέθεσθ' ἐμῶν πέπλων.] Καὶ σὺ παῦσαι τρόμου, καὶ σὺν παισὶ μέθεσθε, δι' ἐναλλαγὴν ἀριθμοῦ, ὑμεῖς δηλονότι, σύ τε μήτηρ καὶ οἱ παῖδες, μέθεσθε τῶν ἐμῶν πέπλων. *Barnes.*

627. φευξείω jam ante Piersonum Æm. Portus pro vulgato φευξιῶ. *Herman.*

πτερωτὸς,] Subauditur ἐγώ. Sic θνήσκειν ἕτοιμος, Phœn. v. 983. θνήσκειν ἑτοίμα, Heraclid. v. 503.

φευξιῶ] Scribendum φευξείω, monente Piersono ad Mœridem, p. 14. *Musg.*

Οὐ γὰρ πτερωτὸς, οὐδὲ φευξιῶ φίλους.] Æmil. Portus ad hunc locum, novitate verbi φευξιῶ attonitus, hæc ait: *Fortasse* φευξείω, fugere cupio, *ut a futuro* φεύξω *verbum desiderativum formatum dicas*, ut a τύψω, ὄψω, πολεμήσω, βρώσω, *formantur* τυψείω, ὀψείω, πολεμησείω, βρωσείω, etc. φευξιάω, ῶ, *non reperitur, quod saltem legerim, sed si reperiatur, dicetur ad similitudinem τοῦ* θανατιάω, ῶ, τὸ θανατῶ. θανατᾷν δὲ καὶ θανατιᾷν, τοῦ θανάτου ἐπιθυμεῖν, *ut docet* Suidas, *cupere mori.* Quod observandum. Ita quidem ille. At nos ita putamus hoc verbum resolvi posse, φεύγω, futurum φεύξω, Dorice φευξῶ, et pro φεύξομαι, Dorice φευξοῦμαι. Pro φευξῶ autem per Ionicam ἐπένθεσιν τοῦ ι, etiam φευξιῶ, ad formam verborum polysyllaborum,



Ἆ,
Οἵδ' οὐκ ἀφιᾶσ', ἀλλ' ἀνάπτονται πέπλων
Τοσῷδε μᾶλλον· ὧδ' ἔβητ' ἐπὶ ξυροῦ;
Ἄξω λαβών γε τούσδ' ἐφολκίδας χεροῖν,
Ναῦς δ' ὣς ἐφέλξω. καὶ γὰρ οὐκ ἀναίνομαι
Θεράπευμα τέκνων. πάντα τἀνθρώπων ἴσα.
Φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν,
Οἵ τ' οὐδὲν ὄντες· χρήμασιν δὲ διάφοροι·

Ah!
Non dimittunt hi, sed pendent *ex* vestibus
Tanto magis; adeo in acie periculi stetistis:
Capiens ducam: hos autem scaphulas manibus
Sicut navis attraham: etenim non recuso
Curam liberorum: omnes homines *in hoc sunt* æquales.
Amant *enim* liberos et *illi*, qui *sunt* præstantissimi mortalium,
Et *illi*, qui nihil sunt. Opibus autem inter se differunt:

in ίζω, quæ Attici semper fere in futuris efferunt per ιῶ, pro ίσω, ut νομίζω, communiter νομίσω, Attice νομιῶ, γνωρίζω, γνωρίσω, et γνωριῶ, et sexcenta hujusmodi. *Barnes.*

628. Ἆ,] Hoc quidem redundat extra versum, est autem vox miserantis in hoc loco, aliquando etiam indignantis, nonnunquam dolentis. *Barnes.*

629. ἀφιᾶσιν,] Penultimam producit. Legere igitur debent ἀφιᾶσ', qui anapæstum in secunda sede non ferunt. Sequentia sic distinguo:

— ἀλλ' ἀνάπτονται πέπλων
τοσῷδε μᾶλλον· ὧδ' ἔβητ' —

Tanto magis ex vestibus pendent, quanto magis animum addere cupio. *Musg.*

Οἱ δ' οὐκ ἀφιᾶσιν, ἀλλ' ἀνάπτονται πέπλων] Mallem ἀφιᾶσ'. Media enim syllaba ι producitur; sin, erit Bacchius in secundo loco, quod ægre ferendum. *Barnes.*

630. ss. Τοσῷδε μᾶλλον, ὧδ' ἔβητ' ἐπὶ ξυροῦ, Ἄξω λαβών γε· τούσδ' ἐφολκίδας χεροῖν Ναῦς ὣς, ἐφέλξω] Ita scribendum et distinguendum recte monet codex Heinsio-Scaligerianus. Ὧδε autem non adverbialiter sumendum, alioquin subscriptum ι non haberet, at fere pro ὅσῳ, cui respondet τόσῳ. Ad ἐπὶ ξυροῦ subintellige ἀκμῆν: sic Homer. Iliad. κ'. v. 173. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. Vide Erasmi Adagium: *In acie novaculæ.* *Barnes.*

Verba ὧδ' ἔβητ' ἐπὶ ξυροῦ interrogative sunt efferenda: *adeone prope fuistis exitio? Reisk.*

631. τοὺς δ' ἐφολκίδας] Τούτους δὲ χερσὶν ἐφέλξω εἰς ἐμαυτὸν, ὡς ἡ Ναῦς τὰς ἐφολκίδας μεθέλκειν εἴωθεν. Ita infra v. 1417. Θησεῦ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες. *Barnes.*

Post γε punctum delendum. *Reisk.*

633. ss. πάντα τἀνθρώπων ἴσα· Φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν, Οἵ τ' οὐδὲν ὄντες· Χρήμασιν δὲ διάφοροι, Ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ· Πᾶν δὲ φιλότεκνον γένος.] Hanc sententiam cum neque apud Stobæum quærens repererim, nec in H. Grotii Excerptis, paraphrasi et versione ornare non gravabor; Sensus loci: Πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐν τούτῳ τῷ πράγματι ἴσα τυγχάνει ὄντα, κἂν μάλιστα ἐν τοῖς ἄλλοις ἄνισα· Οἱ μὲν γὰρ ἐσθλοὶ καὶ οἱ κακοὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα φιλοῦσι· Καὶ ἐν τοῖς χρήμασι διάφοροι εἰσὶν, καὶ οἱ μὲν τὰ χρήματα ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. Ἀλλ' ὅμως οἱ πλούσιοι καὶ οἱ πένητες ὁμοίως περὶ τὴν φιλοτεκνίαν ἔχουσι. Πάντες γὰρ φιλότεκνοι. Ita locum vertimus: *Cuncti in hoc similes sumus: magnique prolem diligunt suam viri, Et qui nihil sunt. Opibus haud pares licet florentque egentque; ast similis utriusque est amor. Barnes.*

635. Plene interpungendum post διά-

Ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ· πᾶν δὲ φιλότεκνον γένος.
ΧΟ. Ἁ νεότας μοι φίλον· ἄ- στροφὴ α'.
χθος δὲ τὸ γῆρας αἰεὶ
Βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων
Ἐπὶ κρατὶ κεῖται,
Βλεφάρων σκοτεινὸν
Φάος ἐπικαλύψαν.

Alii habent, hi vero non: omne autem genus amans-prolis.
Cho. Juventus *est* mihi gratum aliquid;
Senectus vero onus semper
Gravius scopulis Ætnæ
Supra caput jacet,
Palpebris obcsuram
Lucem operiens

φερω. In sequenti ellipsis est, per οἱ μὲν supplenda, *οἱ μὲν ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. Hi quidem divites sunt, illi non*. vid. ad Iph. in Taur. v. 1351. *Musg.*

636. Abresch. Auct. Dil. Thuc. p. 358. scribit: *ἔχουσιν οἱ δ' οὔ. Beck.*

637. Vulgatam, *ἁ νεότας μοι φίλον ἄχθος· τὸ δὲ γῆρας*, etc. emendavit Musgravius. Αἰεὶ servandum duxi, ut in carmine chorico. Itaque hanc formam etiam v. 653. reposui, ubi ἀεὶ legebatur. *Herman.*

637. ss. Ἁ νεότας μοι φίλον ἄ = χθος, τὸ δὲ γῆρας αἰεὶ = βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων = ἐπὶ κρατὶ κεῖται,]

Ita citat J. F. Gronovius ad Plaut. Mil. Glor. III. i. 88. F. Ursin. ad Cic. de Senect. 2. Sed M. A. Muretus Var. Lect. VII. 15. legit: Ἁ νεότας μοι φίλον. Τὸ δὲ γῆρας ἄχθος αἰεὶ Βαρύτερον Αἴτνας. — Quod metrum pessundat. Melius Musgravius, Ἁ νεότας μοι φίλον· ἄ=χθος τὸ δὲ γῆρας. — Sed nihil opus. Rhes. 373. Ἀλλά νιν ἅδε γᾶ Καταφθίμενον Θρῃκὶ μόρῳ ΦΙΛΤΑΤΟΝ ΑΧΘΟΣ ΟΙΣΕΙ. *Por.*

Legendum, δὲ et τὸ transpositis:

ἁ νεότας μοι φίλον· ἄ-
χθος δὲ τὸ γῆρας —

Musg.

Ἁ νεότας μοι φίλον ἄχθος] Ἡ νεότης κοῦφόν μοι ἄχθος, καὶ εὐβάστακτον· τὸ δὲ γῆρας, ὃ ἀεὶ δοκεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὸ Αἴτνης σκοπέλων βαρύτερον, ἐπ' ἐμῷ κρατὶ κεῖται, etc.

Cicero hunc locum exprimit libro de Senectute circa initium: Quæ (Senectus) *plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere.* Locum indigitavit Gaspar Stiblinus, produxit et citavit Johannes Brodæus, deinde Henricus Stephanus. Hanc totam stropham et antistropham totam eleganter vertit Hugo Grotius in Excerptis; quod nimis operosum esset huc adscribere; nisi laborem pensaret elegantia: "Dulce quam nobis onus est juventa! Sævit Ætnæis scopulis senectus, Pejor et nostro capiti minatur, Induens nigris oculos tenebris. Non ego insignes spoliis et auro Illitos postes Asiæque regna Flore permutem melioris ævi. Divitis fati decus hoc; Egeni Dulce solamen. Pereat senectus, Sæva, crudelis, pelagi vel undis Hausta, vel cælo volitans aperto; Unde non urbes iterum revisat, Non domos. Quod si superi labores Cernerent nostros sapiente cura, Præmium ferrent duplicem juventam Integri mores. Bis ad hæc venirent Astra, bis Phœbi jubar hoc viderent, Quos celebraret generosa Virtus. Improbis contra fluitaret Ætas simplici cursu: Nota quæ Bonorum vera discretrix foret et nocentum: Qualiter nautis iter indicantes Nubibus stellæ mediis relucent. Nulla nunc segnes posuere Divi Certa virtuti vitioque signa: Sed ruens Ævum sine lege novit Nil nisi gazas cumulare gazis." *Barnes.*

Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος
Τυραννίδος ὄλβος εἴη,
Μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη
Τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν,
Ἃ καλλίστα μὲν ἐν ὄλβῳ,
Καλλίστα δ' ἐν πενίᾳ·
Τὸ δὲ λυγρὸν φόνιόν τε γῆ-

Ne mihi nec Asiatici
Regni opes sint,
Nec auri domus plena,
Ut *hæc* pro juventute accipiam:
Quæ pulcherrima quidem in divitiis,
Pulcherrima etiam *est* in paupertate:
Molestam enim lætalemque senectutem

639. Αἴτνας σκοπέλων] Cicero de Senect. c. 11. *quæ plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Ætna gravius dicant sustinere. Musg.*

640. Ἐπὶ κρατὶ] Expressit Auctor Mimnermum:

— τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον
γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται.

κεῖται,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. κεῖσαι. *Musg.*

641. Βλεφάρῳ, aut βλεφάροιν dativo duali, legit Reisk. *Beck.*

642. Ald. et MSS. φάρος. Stiblini emendationem φάος recepit Canterus et inde alii, injuria improbatam a Musgravio. Ad ἐπικαλύψαν intellige τῷ κρατί. Βλεφάρων σκοτεινὸν φάος dicit vultum tristem et morosum. *Herman.*

Φάρος] Edd. recent. sine auctore φάος. Sed multo elegantius est φάρος, quod exhibent cum Aldina MSS. omnes. ἐπικαλύψαν φάρος βλεφάρων est *obtendens pallium palpebris.* Metaphoræ occasionem dedisse videtur, quod palliis oculos obtegere in usu fuit. Vid. Suppl. 296. *Musg.*

Φάος] Ita recte omnes præter Brodæum: ille vetus φάρος retinuit et exponit: φάρος ἐπικαλύψαν, *oculorum* tunicam *obtegens, palpebris procidentibus.* Sed et φάος *aciem* sonat. *Barnes.*

643. s. Μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος Τυραννίδος ὄλβος εἴη,] Regum Asiaticorum, ac præcipue Persicorum opes notat et Phrygum; de quibus Horat. Carm. Lib. II. Od. 12. *Num tu, quæ tenuit dives Achæmenes, Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias Opes, Permutare velis crine Licymniæ? Plenas aut Arabum domos?* De Persicorum regum divitiis vide quæ nos ad Estheræ nostræ v. 399. Χρυσέη ὑπὸ πλαταγίστῳ ἰδ' ἀμπέλῳ αἰγλεέσσῃ, in Scholiis. In universum autem tanta Asiæ ubertas rerum omnium atque fertilitas fuit, ut omnibus terris antecellere videretur. Cicero pro Q. Ligario: *Asia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.* Eadem Mithridates apud Justinum ad milites perorans affirmat. Ait enim: *Neque cœlo Asiæ esse temperantius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amœnius: magnamque temporis partem, non ut militiam, sed festum diem acturos.* Vide Reverendissimum Jacobum Usserium, Armachanum haud ita pridem archiepiscopum, in Tractatu de Asia Minore; et lexicographos in voce Asia, et Asia Minor. *Barnes.*

644. Leg. ὄλβον. Constructio est: μὴ εἴη μοι λαβεῖν ὄλβον — μήτε δώματα — ἀντὶ τῆς ἥβης. *Reisk.*

645. Vide Pors. ad Med. 542. *Herman.*

646. Versus est glyconius πολυσχημό-



ρας μισῶ· κατὰ κυμάτων δ'
Ἐῤῥοι· μηδέ ποτ' ὤφελεν
Θνατῶν δώματα καὶ πόλεις
Ἐλθεῖν, ἀλλὰ κατ' αἰθέρ' αἰ-
εὶ πτεροῖσι φορείσθω.
Εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις ἀντιστροφὴ α'.
Καὶ σοφία κατ' ἄνδρας,
Δίδυμον ἂν ἥβαν ἔφερον

Odi: sub fluctus autem
Peritura vadat. Debuit nunquam
Ad sedes hominum et civitates
Venire, sed in aëre semper
Alis ferri.
Si vero diis esset prudentia,
Et sapientia erga homines,
Haberent geminam juventutem,

†στικος ex molosso et choriambo. Similes prorsus sunt v. 648. 675. omniumque horum antithetici. *Heath.*

649. φόνιόν τι γῆρας] Legendum, ni fallor, Κρόνιόν τι, i. e. *hebes, effœtum.* *Musg.*

653. ἀεὶ] Metrum postulat αἰεὶ. *Musg.*

654. φορείσθω] Legendum φορεῖσθαι in infinitivo, ut paullo ante ἐλθεῖν. *Musg.*

655. s. Εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις, καὶ σοφία κατ' ἄνδρας,] Εἰ δὲ θεοῖς ἦν σύνεσις, καὶ σοφὴ πρόνοια κατὰ τοὺς ἀνθρώπους, δὶς ἂν οἱ καλοκἀγαθοὶ τῆς ἥβης λάχοιεν, καὶ δὶς νέοι γίνοιντο, ἐκ τοῦ γήρως ἀνανεάζοντες αὖθις· καὶ τοῦτο τὸ δῶρον ἐκ θεῶν ἔχοιεν καὶ φέροιεν λαβόντες, οἷον φανερόν τινα χαρακτῆρα τῆς Ἀρετῆς, ὅσοις μέτεστιν αὐτῆς, δηλονότι τῆς ἀρετῆς. Καὶ θνητοὶ, δηλονότι, οἷς ἀρετῆς μέτεστιν, ἐς τὰς ἡλίου αὐγὰς, ἤγουν τὸν βίον, διττοὺς διαύλους καὶ δισσοὺς ἂν ἔβησαν. Ἡ δὲ Δυσγένεια, καὶ ἡ κακία, τουτέστιν, οἱ κακοὶ ἄνθρωποι, ἅπαξ μόνον ἔζησαν, καὶ ἁπλοῦν βίον εἶχον. *Barnes.*

657 Nominativus verbi ἔφερον continetur sequentibus ὅσοισι μέτα. *Beck.*

658. Legebatur ἀρετῆς. *Herman.*

660. Legebatur θνατοὶ ἐς τὰς αὐγάς. Heathio debetur θανόντες. Perfecit emendationem Musgravius. *Herman.*

Μέτα,] MSS. Steph. μετᾶν.

καὶ θνατοὶ] Hoc cum manifeste vitiosum esset, emendabat Piersonus Verisim. p. 222. κἀγαθοὶ, quod, ut ferri posset, tamen minime necessarium est, cum sensus vocis ἀγαθοὶ sit in membro præcedenti, ὅσοις ἀρετὰ μέτα. Et mihi quidem non θνατοὶ tantum, sed duo præterea displicent; primo syllaba finalis οι sequente vocali producta; deinde et articulus [τὰς] sine emphasi positus, quod in Odis Choricis raro invenias. Hoc igitur deleto, reliqua sic malim emendare:

— καὶ θανόντες
Εἰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου
Δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.

Heathio debetur θανόντες. Legi etiam potest καὶ θανατοὶ†, ut dedi in Exercitationibus, vel etiam τεθναότες τε†, si quis majorem in metricis ἀκρίβειαν desiderat. De articulorum usu vid. Plutarch. Op Mor. p. 1848. *Musg.*

Leg. μέτα, καὶ θανόντες εἰς (vel πρὸς) αὐγάς. *et* (probi scilicet, de quibus antea poëta dixerat) *mortui* (post semel transactam mortem) *altera vice redirent ad solis lumina.* Si vulgata retineatur, debet h. l. θνατοὶ pro θανόντες accipi, *revera mortui,* non *adhuc mortales.*

Versus ex emendatione Heath. μετᾶν et θανόντες est Ionicus a minore hemiolius ex pæone tertio et trochæo, sicut et duo præcedentes. *Beck.*



Φανερὸν χαρακτῆρ'
'Αρετᾶς, ὅσοισιν
Μέτα, καὶ θανόντες
Εἰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου
Δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.
'Α δυσγένεια δ' ἁπλοῦν ἂν
Εἶχε ζωᾶς βιοτάν,
Καὶ τῷδε τούς τε κακοὺς ἂν

Manifestum signum
Virtutis, quibus *virtus*
Adesset: et morientes
Ad splendores solis iterum
Irent geminos cursus:
Sed degeneres simplicem
Haberent vitæ cursum.
Et hoc *modo* et malos

καὶ θνατοὶ ἐς
τὰς αὐγὰς πάλιν ἁλίου
δισσοὺς ἂν ἔβαν διαύλους.
ἁ δυσγένεια δ' ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς βιοτάν·
καὶ τῷδε, τούς τε κακοὺς ἂν
γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς.

Quum in his versibus imago ducta sit a stadiodromis, qui idem spatium repetito cursu conficiunt, non improbabilis est docti viri in editione Lipsiensi conjectura — ἁπλᾶν ἂν εἶχε ζωᾶς νύσσαν. quod sensum certe fundit, qui ex vulgata scriptura nullus existit. Musgravius ὀχετὸν reponendum censebat, quod hariolantis est. Quid? si legamus

ἁ δυσγένεια δ' ἁπλᾶν ἂν
εἶχε ζωᾶς τρίβον· ἦν δ'
αὖ τῷδε τούς τε κακοὺς ἂν
γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς.

Pravi tum semel tantum vitæ spatium decurrerent, et liceret hac ipsa re malos a bonis dignoscere. Ζωᾶς τρίβος *semita vitæ*, ut ap. Horatium. I. Ep. XVIII. 103. *Secretum iter et fallentis semita vitæ.*
Jacobs.

663. 'Α δυσγένεια] 'Η κακία. Vide ad notam præcedentem. Sic infra v. 806. 'Η δυσγένει' ἀνάκτων, κακία ἀνάκτων, pro οἱ δυσγενεῖς ἄνακτες. *Barnes.*

664. Temere βιόταν sollicitant. Vide Pors. ad Hec. 302. *Herman.*

ζωᾶς βιοτάν,] Suspicor, quod et Reiskio in mentem venisse videtur, βιοτὰν glossema esse figuratæ cuidam locutioni superscriptum. Forte dederat auctor:

ἁ δυσγένεια δ' ἁπλοῦν ἂν
εἶχε ζωᾶς ὀχετόν.

ὀχετὸς est *rivus ex fluvio ductus ad agros hortosve irrigandos.* Hujusmodi rivuli, ubi planities circa fluvium est, magno numero esse solent; quo minus displicere debet ἁπλοῦν ὀχετὸν ζωᾶς, i. e. *simplicem vitæ rivulum.* Julianus Imp. ζωὴν ἄχραντον καὶ καθαρὰν — ἐποχετεύων. Hymn. in Solem. p. 149. Ed. Spanh. Vita Isidori: ἀενάου ζωῆς ὀχετοῖς apud Phot. p. 546. Ed. Hœschel. Comparationem temporis cum fluvio vid. Ovid. Amor. Lib. I. Eleg. 8. v. 49. Id. de Arte Amandi, Lib. III. v. 62.

Julianus: ἐποχετεύων αὐτῇ τὴν ζωήν, p. 137. D. *Musg.*

ζωᾶς βιοτάν,] 'Εν διὰ δυοῖν. Vel ζωὰν enim, vel βιοτὰν, per se singulæ sufficerent voces. *Barnes.*

βιοτάν,] Sententia flagitat στάδιον, aut δρόμον. Quid si ἁπλᾶν et νύσσαν legamus? *degener autem vita haberet simplicem vitæ metam. Beck.*

665. Vulgo τῷδί. Porsonus ad Med.



Γνῶναι καὶ τοὺς ἀγαθούς,
Ἴσον ἅτ' ἐν νεφέλαισιν ἄ-
στρων ναύταις ἀριθμὸς πέλει.
Νῦν δ' οὐδεὶς ὅρος ἐκ θεῶν
Χρηστοῖς, οὐδὲ κακοῖς σαφής,
Ἀλλ' εἱλισσόμενός τις αἰ-
ὼν πλοῦτον μόνον αὔξει.
Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας στροφὴ β'.
Μούσαις συγκαταμιγνύς

Et bonos cognoscere *liceret*
Pariter, sicut in nubibus stellarum
Numerus nautis *est notus*.
Nunc vero nulla a Diis nota
Certa est bonorum et malorum:
Sed æstuans quoddam ævum
Auget solum divitias.
Non cessabo Gratias
Cum Musis commiscere

157. corrigit τῷδ' ἦν. Sic ἂν non ad ἦν, sed ad γνῶναι pertineret. Si opus est correctione, mireris, cur poëta sic, ut Porsono placet, maluerit, quam καὶ τῷδ' ἂν τούς τι κακοὺς ἦν γνῶναι. *Herman.*

τῷδὶ] Notandum est, Atticas dictiones in ί et δί superfluum desinentes ultimam syllabam producere, ut οὑτοσὶ, τουτωΐ, τουτὶ, τοδὶ, τουτονὶ, ὁδὶ, τῳδὶ, ταυτὶ, ὡδὶ, &c. Sic Aristophanes in Pluto: Ὅστις ποτ' ἐστὶν οὑτοσὶ, καί τιν χάριν. Et ibidem: Τουτὶ δὲ τὸ κακὸν πῶς ἔπαθες, κάτειπέ μοι. Item: Ταυτὶ λέγουσι πάντες, ἡνίκ' ἂν δέ μου. Et sexcenta hujusmodi invenias exempla apud scenicos poëtas, præsertim apud Aristophanem. Vide quæ nos supra ad Supplic. v. 165. *Barnes.*

667. Reisk. legit ἴσον ὅτ' et πέλειν (pro ἔπελεν): *et hoc modo posset quis improbus, quis probus, haud secus agnosci, atque grex stellarum in nubibus. Beck.*

673. Tzetzes ad Hesiodi Theog. 64. καὶ Εὐριπίδης· καὶ μὴ παυσαίμην τὰς Χάριτας ταῖς Μούσαις συγκαταμιγνύων. Sic MS. sed ed. Trincav. fol. cxx. (quod per errorem numero cxviii. notatum est) b. συγκαταμιγνύσκων. Heinsiana συγκαταμιγνύειν. Stobæus, tit. LXXXI. ut in codd. Euripidis, nisi quod ταῖς Μούσαις habet. Plutarchus in Virtutibus Mulierum, p. 243. A. οὐδ' αἰσχύνεται ταῖς Μούσαις τὰς Χάριτας συγκαταμιγνὺς καλλίστην συζυγίαν, ὡς Εὐριπίδης φησίν. *Herman.*

673. s. Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας Μούσαις συγκαταμιγνύς] Plutarch. II. p. 243. A. Dio Chrysostom. XXXII. p. 393. C. Wyttenbach. Ep. Crit. p. 14. Stob. LXXXI. p. 343. Schol. in Hesiod. Theog. LXV. p. 236. *Por.*

673—677. Apud Grot. LXXXI. p. 343. ubi in tribus versibus leguntur hi quatuor. *Burn.*

Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας] Hunc locum habet Stobæus in Florilegii Sermon. LXXXI. Περὶ Γραμμάτων, excepto, quod in margine notamus, pro εἰ ζώην μετ' εὐμουσίας, ibi legitur: μὴ ζώην μετ' ἀμουσίας. Eodem autem res recidit; *Velle vivere cum Musis*, et *Nolle vivere sine Musis*. Hunc vero locum ita ibidem versum ab H. Grotio habemus: *Nec cessabo Veneres doctis jungere Musis fœdus amicum; Ah! ne vivam Carminis expers. Barnes.*

674. Μούσαις] Stobæus Tit. LXXXI. ταῖς Μούσαις. *Musg.*

Ἡδίσταν συζυγίαν·
Μὴ ζώην μέτ' ἀμουσίας,
Αἰεὶ δ' ἐν στεφάνοισιν εἴην.
Ἔτι τοι γέρων ἀοιδὸς
Κελαδεῖ Μναμοσύναν·
Ἔτι τὰν Ἡρακλέους
Καλλίνικον ἀείσω·
Παρά τε Βρόμιον οἰνοδόταν,
Παρά τε χέλυος ἑπτατόνου

Jucundissima conjunctione.
Ne vivam Musarum expers,
Sed semper inter coronas verser;
Poëta etiam senex
Celebrat adhuc Mnemosynen.
Adhuc Herculis
Triumphale carmen canam,
Tum apud Bacchum largitorem vini,
Tum apud chelyos septem fides habentis

675. Ἡδίσταν συζυγίαν·] Citat Plutarchus Op. Mor. p. 432. Ed. Steph. ubi legit καλλίστην συζυγίαν. *Musg.*

676. Sic Stobæus l. c. nisi quod Trincav. ἀμουσίαν. Ald. et duo codd. Musgravii μὴ ζώην μετ' εὐμουσίας. MSS. Steph. εἰ ζώην μετ' εὐμουσίας. *Herman.*

Μὴ ζώην μετ' ἀμουσίας,] Ita optime Stobæus loco citato. Ed. Ald. et MSS. E. G. ἢ ζώην μετ' εὐμουσίας. MSS. Steph. εἰ ζώην μετ' εὐμουσίας. *Musg.*

Si retinetur vulgatum μετ' εὐμουσίας, debet pro εἰ legi ἀεὶ, *semper vivam vitam musicam, elegantia conditam.* In vet. ed. est ἢ ζώην, unde posset effici ἡδίστην. *Beck.*

678. Attici sæpe scripserunt futurum tempus verbi ἀείδω, seu, ᾄδω, ἀείσομαι vel ᾄσομαι. Sed locus hic est excipiendus, si lectio sit vera. Præsens ἀείδω verbis antecedentibus rectius convenit. *Elmsl.*

679. Κελαδεῖ] Ita Ed. Ald. nec aliter citat Athenæus, p. 608. ubi ut proverbialem locutionem adhibet. Sensus utique est: *Poëta, etiam cum senex est, Mnemosynen celebrare solet,* i. e. Mnemosynen, Musarum matrem. MS. Steph. κελαδῶ, quod male receperunt editores. *Musg.*

680. Ἔτι τὰν] Legendum putem ἔτι τᾶδ', *adhuc hac ratione. Musg.*

681. Καλλίνικον ἀείσω] Callinicus Hercules ob insignes victorias; et etiam genu Ὀρχήσιως cujusdam, quæ ad tibiæ modulos fiebat. Eustathius, ut et Hesychius Item Hymnus Archilochi, de quo Pindarus Olymp. Od. IX. Cujus principium: Τήνελλα Καλλίνικε, χαῖρ', ἄναξ Ἡράκλεις, Αὐτός τε καὶ Ἰόλαος, αἰχμητὰ δύο Vide Scholiast. Aristophanis ad finem Acharnens. item quæ nos supra ad v 179. Hoc vero in loco dicitur Καλλίνικο cantio quædam Herculi dicata, et ad μολπὰν, v. 684. refertur, vel ᾠδὴν, vel ὄρχησι potius subauditur. Hinc Καλλίνικον ἀείδειν, pro victoriam quamvis reportare Vide Jacobi Nicolai Loensis Miscellan Epiphyllid. Lib. V. c. 7. et M. Anton Mureti Variar. Lection. Lib. III. c. 11 Præterea Καλλίνικος est victoria quævi insignis, et καλλίνικον φέρειν est Victoriam reportare, ut Med. v. 45. Et potest absolute dici, pro καλὴ νίκη, ut καλλίχορον pro καλὸς Χορός. De qua re vide infra a v. 690. Non autem necesse est subaudir hoc in loco vel χεῖρα, vel κορώνην, ut Bro dæus ait, quia καλλίνικον potest referri, u jam diximus, ad μολπὰν tribus post versibus; vel certe ἀοιδὰν, aut μολπὰν, pote multo melius intelligi; ut sæpe fit; v



Μολπὰν καὶ Λίβυν αὐλὸν
Οὔπω καταπαύσομεν
Μούσας, αἵ μ' ἐχόρευσαν.
Παιᾶνα μὲν Δηλιάδες ἀντιστρ. β'.
Ὑμνοῦσ' ἀμφίπολοι τὸν
Λατοῦς εὔπαιδα γόνον

Strepitum, et tibiam Libycam,
Nondum tacebimus
Musas, quæ me choris erudierunt.
Pæana quidem Deliades
Hymnis circum aras
Felicem prolem Latonæ,

etiam ὄρχησις, in hoc loco præcipue, ob Cerberum ex inferis eductum; ita enim Hesychius: Καλλίνικος, ὄνομα κύριον, καὶ εἶδος ὀρχήσεως ἐπὶ τῇ τοῦ Κερβέρου ἀναγωγῇ. *Barnes.*

Ad καλλίνικον subaudiendum esse ᾠδὴν, contra Barn. monuit Heath. *Beck.*

683. χέλυος ἑπτατόνου] De hac re vide quæ nos ad Ion. v. 882. *Barnes.*

684. Λίβυν αὐλὸν] Quæ hæ tibiæ ex loto erant factæ, et ideo Libycæ dictæ, quia optima lotus in Libya nascitur, satis nos supra ad Troad. v. 546. Unde Theophrastus περὶ φυτῶν, l. 4. Ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. *Barnes.*

686. ἐχόρευσαν.] Similem usum vocis χορεύειν, vide infra v. 867. et v. 874. *Musg.*

Μούσας, αἵ μ' ἐχόρευσαν.] Χορεύω proprie *salto*, hoc in loco *saltare facio* aperte significat; de qua re nos fusius ad Ion. v. 1596. *Barnes.*

Reisk. mavult: ἐκόρευσαν, *parvulum nutriverunt.*

Significationes verbi χορεύειν, *incitare aliquem ad celebrandas choreas* (h. l.), et per consequentiam, *agitare*, turbare, *emovere mente*, illustravit Brunck. ad Soph. Ant. 1151. p. 229. T. I. *Beck.*

687. Locus mendosus, quem sic constituendum arbitror, partim metro, partim sensu jubente:

Παιᾶνα μὲν Δηλιάδες
Ὕμνοις ἀμφὶ πυρὰς τὸν
Λατοῦς εὔπαιδα γόνον
εἱλίσσουσι καλλίχορον.

Si ὑμνοῦσ' retinetur, accipiendum erit pro ὑμνοῦσαι, *cantantes*; nam εἱλίσσουσι legendum esse, v. 690. ostendit metrum. Mihi tamen potius videtur ὕμνοις, ut constructio sit ὕμνοις εἱλίσσουσι, *hymnis circueunt.* πυρὰς malim pro πύλας, quia et Callimachus Hymno in Delum, v. 321. et Apollon. Rhod. Lib. I. v. 538. περὶ βωμὸν saltationes peractas tradunt. Quid quod πυρὰ, βωμὸς, circuiri saltando potest, πύλαι vero minime, ut dicendum adeo fuerit πρὸ πυλῶν εἱλίσσουσι, non ἀμφὶ πύλας. πυρὰ, *altare*, exstat Iphigen. in Taur. v. 26. Troad. v. 485. Ion. v. 1257. *Musg.*

690. Εἱλίσσουσι] Sic legendum esse ostendit metrum. Ab hoc autem verbo, non ab ὑμνοῦσαι, si quis ita legere malit, regi puto accusativum γόνον. Ita noster ἑλίσσειν Ἄρτεμιν, Iph. in Aul. v. 1479. Callimachus βωμὸν ἑλίξαι, Hymn. in Delum, v. 321.

καλλίχορον·] Et hanc quoque emendationem metri ratio suadebat. Sed nec sensus repugnat. Notabile enim est, qui Deliacam hanc saltationem commemorant, pulsationem soli non omisisse. Sic Callimachus, v. 306.

— πλήσσουσι χορῆτιδες ἀσφαλὲς οὖδας.

iterumque v. 321.

— βωμὸν ὑπὸ πληγῇσιν ἑλίξαι
ῥησσόμενον.

Apollonius Rhod. de eadem re Lib. I. v. 539.

— πέδον ῥήσσωσι πόδεσσι.

Addam tantum, καλλίχορον, vel etiam

Εἱλίσσουσαι καλλίχορον·
Παιᾶνας δ' ἐπὶ σοῖς μελάθροις,
Κυκνὸς ὣς γέρων ἀοιδός,
Πολιᾶν ἐκ γενύων
Κελαδήσω· τὸ γὰρ εὖ
Τοῖς ὕμνοισιν ὑπάρχει

Circumeunt pulchro in throno sedentem.
Pæanas etiam in tuis atriis,
Sicut cygnus, senex cantor
Ex canis genis
Sonabo. Quod enim bonum,
Sospes hymnis est

καλλίχορον, si quis retineat, adverbialiter accipi debere. *Musg.*

688. Legebatur ἀμφὶ πύλας. Musgravius ἀμφὶ πυρὰς, de aris, affertque Callim. h. Del. 321. Apoll. Rhod. I. 538. Sed quum de una Apollinis ara sermo sit, certe singularis præferri debebat. Facilior tamen visa est Reiskii correctio ἀμφίπολοι, quam firmat antiquissimus auctor de his sacris, Homerus in Hymno Apollinis, 157. κοῦραι Δηλιάδες, 'Εκατηβελέταο θεράπναι. Ad reliqua apte comparat Musgravius Iph. Aul. 1479. ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν, ἀμφὶ βωμὸν 'Άρτεμιν. *Hermann.*

ἀμφὶ πύλας. ἀμφίπολοι, *famulæ, ancillæ*, reponit Reisk. *Beck.*

690. καλλίχορον·] 'Αντὶ τοῦ καλὸν χορόν. Sic ταχύπτερον, unico vocabulo, pro ταχὺ πτερὸν, ut Euripid. Bellerophon. 'Άγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου ταχύπτερον. Sic nonnulli εὔσταχυς pro καλὴ στάχυς ab Eurip. dictum volunt Hecub. v. 591. quanquam ibi nos divisim legimus. Sic καλλίνικος pro καλὴ νίκη, vid. supra ad v. 681. Sic καλλίπαις de Proserp. dixit Eurip. Sic καλλικολώνη, Homer. εὔβιστον, Epig. in Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς, &c. *Barnes.*

691. ss. Παιᾶνας δ' ἐπὶ σοῖς μελάθροις
Κύκνος ὥς, γέρων ἀοιδὸς
πολιᾶν ἐκ γενύων
κελαδήσω. ΤΟ ΓΑΡ ΕΥ
τοῖς ὕμνοισιν ὑπάρχει
Διὸς ὁ παῖς.

Non facile mihi persuadere possum, verba τὸ γὰρ εὖ id significare, quod Barnesius voluit: τὸ καλὸν καὶ ἁρμόδιον; neque profecto in Musgravii emendatione acquiescere possum, qui τοῖς ὕμνοισιν conjecit, hoc sensu: *Hercules sospes Hymnis materiam præbet.* Fortasse:

κελαδήσω Γ'· ΕΥΓΑΡΥΣ
τοῖς ὕμνοισι κατάρχει
Διὸς ὁ παῖς.

Gratum enim et dulce hymnorum initium Jovis filius præbet. Versus est anapæsticus cui respondet in strophe:

ἔτι τὰν 'Ηρακλέους

ubi legendum 'Ηρακλείους.—Ad ver. 698. Plutarchus respexisse videtur De Animi Tr. T. II. p. 464. ed. Reisk. Πάθειν γε δὴ πρὸς ἀλυπίαν ψυχῆς καὶ βίον ἀκύμονα χρημάτων ὄφελος. *Jacobs.*

692. Κύκνος ὥς, γέρων ἀοιδὸς,] De Cygni cantu vide quæ nos ad Helen. v. 1108. Quibus adde quod Socrates ipse moriturus de hac re dicat, in Platonis Phædone, §. 25. p. 124. Ed. Cantabr. Item hoc Martialis: Dulcia defecta modulatur carmina lingua cantator cygnus funeris ipse sui. *Barnes.*

694. τὸ γὰρ εὖ] Τὸ εὖ pro τὸ καλὸν καὶ τὸ ἁρμόδιον. Sensus: ὁ 'Ηρακλῆς ὑπάρχει τοῖς ὕμνοις τὸ εὖ, τουτέστιν, εὔθετον θέμα, καὶ ἐπαινετὸν ὑποκείμενον. Sic dicimus ὁ πάνυ de excellenti viro, et τὸ πάνυ de re excellenti. Articulus cum adverbio locum nominis habet. *Barnes.*

τὸ γὰρ εὖχος. *nam id, de quo gloriantur.* Διὸς ὁ παῖς, ὃς δυσγένειαν πᾶσαν ὑπερβάλλων μοχθήσας πανάκημον θῆκεν. Ita leg. est



Διὸς ὁ παῖς· τᾶς δ' εὐγενίας
Πλέον ὑπερβάλλων ......
Μοχθήσας τὸν ἄκυμον
Θῆκεν βίοτον βροτοῖς,
Πέρσας δείματα θηρῶν.

Filius Jovis. Nobilitatem enim
Longe superans virtutibus,
Laboribus suis tranquillitatem hanc
Vitæ dedit mortalibus,
Domans ferarum terrores.

hic locus. δυσγένεια idem, quod μοχθηρία, ut v. 663. *Reisk.*

695. Ταῖς ὕμνοισιν ὑπάρχει] Vertendum, si quidem sana est lectio: *hymnis patrocinatur, hymnos juvat.* Confer Heraclid. v. 182. et v. 352. Verum et sic quidem sensus subfrigidus est. An legendum: σῶς ὕμνοισιν ὑπάρχει. *Sospes materiem præbet hymnis. Musg.*

696. Legebatur τὰς δ' εὐγενίας. *Herman.*

τάσδ' εὐγενίας.] Malim, metri causa, δ' εὐγενίας. Legendum etiam παϊς, non παῖς. *Musg.*

Prev. secutus conjecturam critici cujusdam reddit: Il a surpassé de loin sa noblesse par sa vertu. *Beck.*

697. Recte, puto, Tyrwhittus judicat excidisse ἀρεταῖς. *Herman.*

Optime Tyrwhittus: " Manifestum est, huic versui tres syllabas in fine deesse. Si legamus:

πλέον ὑπερβάλλων ἀρεταῖς,

sensui, opinor, æque ac metro, non parum opitulabimur." *Musg.*

Jam Heath. observarat, tres syllabas deesse: versum scilicet esse glyconium πολυσχηματιστον ex epitrito primo pentasyllabo (cui in stropha opponitur antispastus hexasyllabus) et choriambo. *Beck.*

698. Reiskius πανάκυμον, male, ob sensum. Articulus sic intelligendus est, ut significet hanc vitam, quam nunc degunt vacuam turbis. Vide quæ dixi ad Hecub. 781. *Herman.*

τὸν ἄκυμον] Nuspiam legitur ἄκυμος, unde formari posset accusativus masculini generis ἄκυμον. Lego:

μοχθήσας τόδ' ἄκυμον
θῆκεν βίοτον βροτοῖς.

Laborando hanc vitæ tranquillitatem mortalibus præstitit. Musg.

τὸν ἄκυμον] Irregulariter fit pro ἀκύμονα, si modo vere scribitur in vetustis libris; de qua re vide quæ nos ad Hippolyt. v. 1168. *Barnes.*

Hes. ἀκύμονα· ἀτάραχον, ubi Wessel. (Probab. 5. p. 39.) legit ἄκυμον, et huc respici putat. *Beck.*

700. Πέρσας] Proprie dicitur de *agrorum*, aut *urbium*, vastatione. Sed eleganter dicitur pro *perdere*, *pessumdare*, ut Soph. Ajac. v. 1222. κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους. *Musg.*

Πέρσας δείματα θηρῶν.] Πέρθω, proprie *vasto*, hoc in loco non de locis, sed de personis, usurpatur, ut et Rhes. v. 239. Διοπότου πέρσαντες Ἀχαιῶν ἄρα, et v. 450. Πέρσας Ἀχαιούς. *Barnes.*

701. Heathio auctore πιρᾶς dedi pro πιρᾷ. *Herman.*

Deest persona Lyci in Ed. Ald. sed recte eam exhibebant MSS. Steph. et hic, et per reliquam scenam, ubi male Aldina Λύσσ. *Musg.*

Malim πιρᾶς. Nominativus enim pro vocat. Attice sæpe ponitur. *Heath.*

702. δαρὸς,] Δηρὸς, unde δηρὸν et δὴν, *diu. Barnes.*

706. Legendum, metri gratia:

ἐφ' οἷς ὑπέστησ' ἀντιπάγγελτα θανεῖν.

Musg.

ὑπέστησέ γ' ἀντιπάγγελτα] An ὑπέστησ' ἀντιπάγγελτα. *Barnes.*

Reisk. monuit, in ed. Brubach. jam legi, quod Barn. conjecerat, ἐφ' οἷς ὑπέστησ' ἀντιπάγγελτα. *Beck.*

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Lycus in scenam progreditur cædem Herculis familiæ festinantius facturus: dumque intro ad id opus se recipit, ignorans, Herculem advenisse, incidit inopinato in medios gladios, et, quas aliis paraverat, casses. Dum vero ab Hercule trucidatur, insultat interim plauditque Chorus. In Herculis laudes excurrit Chorus, invitatque non modo cives Thebanos, sed ipsas quoque Nymphas et Musas, ad lætitiam ac cantus, propter oppressum tyrannum, collaudatque Jovem, quod cum Alcmena concumbens operam dederit tam heroico filio seminando. Iris hinc a Junone cum Furiarum maxima in scenam missa ad Herculis rationem disturbandam, dominæ mentem Furiæ aperit. Illa vix tandem persuasa Herculem furore correptum in suos armat. Chorus hanc calamitatem lamentis prosequitur, illiusque vicem deplorat; qui cum nuper omnium mortalium gloriosissimus fuerit, jam nunc in suorum perniciem armatus tendat, mente captus, nec sui amplius compos.

ΛΥ. Εἰς καιρὸν οἴκων, Ἀμφιτρύων, ἔξω περᾷς.
Χρόνος γὰρ ἤδη δαρὸς, ἐξ ὅτου πέπλοις
Κοσμεῖσθε σῶμα, καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν.
Ἀλλ' εἶα, παῖδας καὶ δάμαρθ' Ἡρακλέους
Ἔξω κέλευε τῶνδε φαίνεσθαι δόμων,
Ἐφ' οἷς ὑπέστητ' αὐτεπάγγελτοι θανεῖν.
ΑΜ. Ἄναξ, διώκεις μ' ἀθλίως πεπραγότα,
Ὕβριν θ' ὑβρίζεις ἐπὶ θανοῦσι τοῖς ἐμοῖς,
Ἃ χρῆν σε μετρίως, κεἰ κρατεῖς, σπουδὴν ἔχειν.
Ἐπεὶ δ' ἀνάγκην προστίθης ἡμῖν θανεῖν,

Lyc. In tempore extra domum egreditur Amphitryo:
Tempus jam longum *est*, ex quo vestibus
Et ornatu mortuorum corpus induimini.
Sed age, liberos et uxorem Herculis
Jube extra has ædes apparere
Quia promisistis vos ultro morituros.
Am. O rex, insectaris me miserum,
Ac insuper præter meorum mortem afficis contumelia,
Quibus oportebat te modice, etiamsi imperium habes, studere.
Quoniam vero mortis necessitatem nobis imponis,

709. Ἃ χρῆν] Καθ' ἃ σπουδὴν ἔχειν σε χρῆν. Scaliger legit οὗ pro ἅ. *Barnes.*

710. Legebatur προστιθεῖς. Vide Pors. ad Orest. 141. *Herman.*

προστιθεῖς] Ab antiquo τιθέω. Aliud exemplum vide Heraclid. v. 690. tertium Ion. v. 1525. male a recentibus editoribus in προστιθῇς mutatum. v. Theogn. v. 287. *Musg.*

προστιθεῖς] Ab inusitato τιθέω, pro τίθημι; sic τίθει, pro ἐτίθει Homer. Vid. quæ nos ad Αὐλικοκάτοπτρον, sive Estheram nostram, v. 2. Ὡς πρὶν Ἰσσιάδαο τίθεις ἡδεῖαν ἀοιδήν. *Barnes.*

Στέργειν ἀνάγκη· δραστέον δ' ἃ σοι δοκεῖ.
ΛΥ. Ποῦ δῆτα Μεγάρα; ποῦ τέκν' Ἀλκμήνης γόνου;
ΑΜ. Δοκῶ μὲν αὐτήν, ὡς θύραθεν εἰκάσαι
ΛΥ. Τί χρῆμα; δόξης τῆσδ' ἔχεις τεκμήριον
ΑΜ. Ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς ἑστίας θάσσειν βάθροις,
ΛΥ. Ἀνόνητά γ' ἱκετεύουσαν ἐκσῶσαι βίον.
ΑΜ. Καὶ τὸν θανόντα γ' ἀνακαλεῖν μάτην πόσιν.
ΛΥ. Ὃδ' οὐ πάρεστιν, οὐδὲ μὴ μόλῃ ποτέ.
ΑΜ. Οὔκ, εἴ γε μή τις θεῶν ἀναστήσειέ νιν.
ΛΥ. Χώρει πρὸς αὐτήν, καὶ κόμιζ' ἐκ δωμάτων.

Necesse *est* boni consulere: facienda vero, quæ tibi videntur.
Lyc. Ubinam est Megara? ubi proles filii Alcmenæ?
Am. Videtur mihi, quantum foris stans possum conjicere—
Lyc. Quam rem opinionis hujus habes argumentum?
Am. Supplex sedere ad sanctas sedes laris.
Lyc. Frustra supplicans, ut conservet vitam.
Am. Et frustra vocat mortuum maritum.
Lyc. Ille vero non adest, neque veniet unquam.
Am. Non: nisi deus aliquis excitaverit eum.
Lyc. Vade ad eam, et e domo ducas.

712. Ad scenicam rationem bene Pr. notavit hæc: " Lycus impatient s'avance à la porte du palais. Il n'y voit point Mégare, et s'en étonne. Amphitryon, qui veut l'engager dans le piége où Hercule l'attend, prétend qu'il apperçoit Mégare dans l'enfoncement du palais. Lycus, qui ne la voit pas ou ne la distingue pas, demande ce qu'elle fait, soit pour s'assurer qu'Amphitryon la voit en esset, soit pour la chercher luimême des yeux. Ce jeu de théâtre ne paroit pas avoir été compris par les éditeurs et interprêtes Latins; ils ne l'ont du moins pas expliqué. *Beck.*

713. Δοκῶ μὲν αὐτὴν,] Imperfecta sententia, quam post brevem Lyci interruptionem, continuando implet: Ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς, etc. *Barnes.*

714. Posui signum interrogationis post τί χρῆμα. *Herman.*

715. βάθροις,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. et Parisiens. omnes βάθρους. *Musg.*

717. Legebatur ἀνακαλεῖ. *Herman.*

718. Quod in vett. quibusdam edit. est, οὐ γὰρ μὴ, recte emendavit Æm. Portus οὐδὲ μή. Et sic jam Aldina. *Herman.*

Ὁ δ' οὐ πάρεστιν· οὐδὲ μὴ μόλῃ ποτέ.] Ita recte Aldi editio; notula vero pro δὲ per errorem facta est γὰρ in aliis editionibus: unde viri docti frustra se torserunt. Canterus legendum voluit: οὐ γὰρ οὖν. Scaliger et Duportus μὴ γὰρ οὐ, quorum ultimus μόλοι quoque legit. Æmil. Portus veram lectionem conjectando est assecutus. *Barnes.*

Voculas οὐ μὴ vel cum fut. indicat. vel cum aoristo altero conj. construi, egregie ostendit Dawes. M. Crit. p. 222. Non erat igitur, quare Duportus pro μόλῃ reponeret μόλοι. *Heath.*

720. Putamus Euripidem scripsisse, κἀκκόμιζε δωμάτων. *Elmsl.*

722. ἐνθύμιον, *formido interna.* Sic Antiphon: ἡμῖν προστρόπαιος ὁ ἀποθανὼν οὐκ ἔσται, ὑμῖν δὲ ἐνθύμιος γενήσεται, p. 106. Ed. Ald. vid. et p. 108. Idem ἐνθύμιον ὑπολείψεσθε, p. 112. Confer Ion. v. 1346. Soph. Trachin. v. 111. Hinc etiam explices Hesychium in ἐνθύμιον. *Musg.*

725. σχολὴν λύσωμεν] Cantero placet



ΑΜ. Μέτοχος ἂν εἴην τοῦ φόνου, δράσας τόδε.
ΛΥ. Ἡμεῖς, ἐπειδή σοι τόδ' ἔστ' ἐνθύμιον,
Οἱ δειμάτων ἔξωθεν, ἐκπορεύσομεν
Ξὺν μητρὶ παῖδας. δεῦρ' ἕπεσθε, πρόσπολοι,
Ὡς ἂν σχολὴν λύσωμεν ἄσμενοι πόνων.
ΑΜ. Σὺ δ' οὖν ἴθ'. ἔρχει δ' οἷ χρεών· τὰ δ' ἄλλ' ἴσως
Ἄλλῳ μελήσει· προσδόκα δέ, δρῶν κακῶς,
Κακόν τι πράξειν. ὦ γέροντες, εἰς καλὸν
Στείχει· βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται
Ξιφηφόροισι, τοὺς πέλας δοκῶν κτενεῖν,

Am. Particeps essem cædis, si facerem hæc.
Lyc. Nos, siquidem hoc tibi religioni est,
Qui sumus extra terrores, educemus
Liberos cum matre. Huc sequimini, famuli,
Ut otium tandem videamus libentes ex laboribus.
Am. Tu igitur eas. Vadis autem, quo æquum est: alia vero fortassis
Alteri curæ erunt. Expecta autem, cum male feceris,
Te *quoque* malum aliquod passurum. O senes, ad certamen
It; plagarum vero laqueis stringetur
Ensiferis, qui sperat se proximos interfecturum

λεύσσωμεν. Non deterius esset λάβωμεν. *Musg.*

726. οἷ χρεών·] Ita MSS. E. et 2714. ut conjecerant quoque legendum Reiskius et Tyrwhittus. Ed. Ald. εἰ χρεών. *Musg.*

Σὺ δ' οὖν ἴθ'. ἔρχῃ δ', εἰ χρεών·] *Tu itaque abi: Vadis autem, si modo fata non obstiterint*, etc. Hæc ænigmatice loquitur Amphitryon, de morte ejus, ad quam certo nunc illum ire pronuntiat. Quare non est, ut hic Scaligeri lectio locum mereatur: Ἔρχου δ', ᾗ χρεών, neque etiamsi Duportus ἔρχου quoque legat, et Canterus ᾗ. Quanquam et hanc lectionem Æmilius Portus probet. Ita quidem nobis videtur; at nec illorum judicio detractum volo, nec lectionem istam incommodam puto: sed non opus est, ut vetus moneatur. *Barnes.*

Heath. et Valck. cum Cantero scribunt ἔρχῃ δ' ᾗ χρεών, Reisk. εἰς χρεών, aut οἷ χρ. *Beck.*

728. Menda in hoc et sequenti versu sic fortasse tolli possunt:

— ὦ γέροντες, εἰς ἆθλον
στείχει, βρόχοισι δ' ἀρκύων ἐνδήσεται
ξιφηφόροισι —

Piersonus ad Mœridem, v. διδέσεται, [p. 124.] legendum autumat διηθήσεται, vel πιδήσεται, vel, quod ipsi maxime placet, διδήσεται, affatim illustrans phrasin ἐν βρόχῳ δεῖσθαι. Mihi ἐνδήσεται ad veteris lectionis vestigia paullo propius accedere videbatur. *Musg.*

728. s. εἰς καλὸν Στείχει] Καλῶς, *commode.* Xenophon: εἰς καλὸν ὑμῖν συντετύχηκα. Sophocl. in Œdipo Tyranno: Ἀλλ' εἰς καλὸν σύ τ' εἶπας. Scholia: Καὶ μὴν καλῶς καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα χρόνον. Hoc in loco εἰς καλὸν ironice. Ex Johannis Brodæi notis. Ἐν καλῷ idem sonat. *Barnes.*

κακὸν ἀντιπράξειν, *mala vicissim fortuna uti*, scribit Reisk. *Beck.*

729. Scribendum videtur βρόχοις δ' ἐν ἀρκύων γενήσεται. Reiskio et Piersono placuit βρόχοισι δ' ἀρκύων διηθήσεται vel διδήσεται. *Barnes.*

Silentio præteriit Hermannus ἐνδήσεται,

Στέργειν ἀνάγκη· δραστέον δ' ἃ σοι δοκεῖ.
ΛΥ. Ποῦ δῆτα Μεγάρα; ποῦ τέκν' Ἀλκμήνης γόνου;
ΑΜ. Δοκῶ μὲν αὐτήν, ὡς θύραθεν εἰκάσαι
ΛΥ. Τί χρῆμα; δόξης τῆσδ' ἔχεις τεκμήριον
ΑΜ. Ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς ἑστίας θάσσειν βάθροις,
ΛΥ. Ἀνόνητά γ' ἱκετεύουσαν ἐκσῶσαι βίον.
ΑΜ. Καὶ τὸν θανόντα γ' ἀνακαλεῖν μάτην πόσιν.
ΛΥ. Ὅδ' οὐ πάρεστιν, οὐδὲ μὴ μόλῃ ποτέ.
ΑΜ. Οὔκ, εἴ γε μή τις θεῶν ἀναστήσειέ νιν.
ΛΥ. Χώρει πρὸς αὐτήν, καὶ κόμιζ' ἐκ δωμάτων.

Necesse *est* boni consulere: facienda vero, quæ tibi videntur.
Lyc. Ubinam est Megara? ubi proles filii Alcmenæ?
Am. Videtur mihi, quantum foris stans possum conjicere—
Lyc. Quam rem opinionis hujus habes argumentum?
Am. Supplex sedere ad sanctas sedes laris.
Lyc. Frustra supplicans, ut conservet vitam.
Am. Et frustra vocat mortuum maritum.
Lyc. Ille vero non adest, neque veniet unquam.
Am. Non: nisi deus aliquis excitaverit eum.
Lyc. Vade ad eam, et e domo ducas.

712. Ad scenicam rationem bene Pr. notavit hæc: "Lycus impatient s'avance à la porte du palais. Il n'y voit point Mégare, et s'en étonne. Amphitryon, qui veut l'engager dans le piége où Hercule l'attend, prétend qu'il apperçoit Mégare dans l'enfoncement du palais. Lycus, qui ne la voit pas ou ne la distingue pas, demande ce qu'elle fait, soit pour s'assurer qu'Amphitryon la voit en esset, soit pour la chercher luimême des yeux. Ce jeu de théâtre ne paroît pas avoir été compris par les éditeurs et interprêtes Latins; ils ne l'ont du moins pas expliqué. *Beck.*

713. Δοκῶ μὲν αὐτὴν,] Imperfecta sententia, quam post brevem Lyci interruptionem, continuando implet: Ἱκέτιν πρὸς ἁγνοῖς, etc. *Barnes.*

714. Posui signum interrogationis post τί χρῆμα. *Herman.*

715. βάθροις,] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. et Parisiens. omnes βάθρως. *Musg.*

717. Legebatur ἀνακαλεῖ. *Herman.*

718. Quod in vett. quibusdam édit. est, οὐ γὰρ μὴ, recte emendavit Æm. Portus οὐδὲ μή. Et sic jam Aldina. *Herman.*

Ὁ δ' οὐ πάρεστιν· οὐδὲ μὴ μόλῃ ποτέ.] Ita recte Aldi editio; notula vero pro δὲ per errorem facta est γὰρ in aliis editionibus: unde viri docti frustra se torserunt. Canterus legendum voluit: οὐ γὰρ οὖν. Scaliger et Duportus μὴ γὰρ οὐ, quorum ultimus μόλω quoque legit. Æmil. Portus veram lectionem conjectando est assecutus. *Barnes.*

Voculas οὐ μὴ vel cum fut. indicat. vel cum aoristo altero conj. construi, egregie ostendit Dawes. M. Crit. p. 222. Non erat igitur, quare Duportus pro μόλῃ reponeret μόλω. *Heath.*

720. Putamus Euripidem scripsisse, κἀκκόμιζε δωμάτων. *Elmsl.*

722. ἐνθύμιον, *formido interna.* Sic Antiphon: ἡμῖν προστρέψαντες ὁ ἀποθανὼν οὐκ ἔσται, ὑμῖν δὲ ἐνθύμιος γενήσεται, p. 106. Ed. Ald. vid. et p. 108. Idem ἐνθύμιον ὑπολείψεσθε, p. 112. Confer Ion. v. 1346. Soph. Trachin. v. 111. Hinc etiam explices Hesychium in ἐνθύμιον. *Musg.*

725. σχολὴν λέγομεν] Cantero placet



ΑΜ. Μέτοχος ἂν εἴην τοῦ φόνου, δράσας τόδε.
ΛΥ. Ἡμεῖς, ἐπειδή σοι τόδ' ἔστ' ἐνθύμιον,
Οἱ δειμάτων ἔξωθεν, ἐκπορεύσομεν
Ξὺν μητρὶ παῖδας. δεῦρ' ἕπεσθε, πρόσπολοι,
Ὡς ἂν σχολὴν λύσωμεν ἄσμενοι πόνων.
ΑΜ. Σὺ δ' οὖν ἴθ'. ἔρχει δ' οἷ χρεών· τὰ δ' ἄλλ' ἴσως
Ἄλλῳ μελήσει· προσδόκα δέ, δρῶν κακῶς,
Κακόν τι πράξειν. ὦ γέροντες, εἰς καλὸν
Στείχει· βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται
Ξιφηφόροισι, τοὺς πέλας δοκῶν κτενεῖν,

Am. Particeps essem cædis, si facerem hæc.
Lyc. Nos, siquidem hoc tibi religioni est,
Qui sumus extra terrores, educemus
Liberos cum matre. Huc sequimini, famuli,
Ut otium tandem videamus libentes ex laboribus.
Am. Tu igitur eas. Vadis autem, quo æquum est: alia vero fortassis
Alteri curæ erunt. Expecta autem, cum male feceris,
Te *quoque* malum aliquod passurum. O senes, ad certamen
It; plagarum vero laqueis stringetur
Ensiferis, qui sperat se proximos interfecturum

λεύσωμεν. Non deterius esset λάβωμεν. *Musg.*

726. οἷ χρεών·] Ita MSS. E. et 2714. ut conjecerant quoque legendum Reiskius et Tyrwhittus. Ed. Ald. εἰ χρεὼν. *Musg.*

Σὺ δ' οὖν ἴθ'. ἔρχῃ δ', εἰ χρεών·] *Tu itaque abi: Vadis autem, si modo fata non obstiterint*, etc. Hæc ænigmatice loquitur Amphitryon, de morte ejus, ad quam certo nunc illum ire pronuntiat. Quare non est, ut hic Scaligeri lectio locum mereatur: Ἔρχου δ', ᾗ χρεὼν, neque etiamsi Duportus ἔρχου quoque legat, et Canterus ᾗ. Quanquam et hanc lectionem Æmilius Portus probet. Ita quidem nobis videtur; at nec illorum judicio detractum volo, nec lectionem istam incommodam puto: sed non opus est, ut vetus moneatur. *Barnes.*

Heath. et Valck. cum Cantero scribunt ἔρχῃ δ' ᾗ χρεὼν, Reisk. εἰς χρεὼν, aut οἷ χρ. *Beck.*

728. Menda in hoc et sequenti versu sic fortasse tolli possunt:

— ὦ γέροντες, εἰς ἆθλον
στείχει, βρόχοισι δ' ἀρκύων ἐνδήσεται
ξιφηφόροισι —

Piersonus ad Mœridem, v. διδήσεται, [p. 124.] legendum autumat διθήσεται, vel πιδήσεται, vel, quod ipsi maxime placet, διδήσεται, affatim illustrans phrasin ἐν βρόχῳ δεῖσθαι. Mihi ἐνδήσεται ad veteris lectionis vestigia paullo propius accedere videbatur. *Musg.*

728. s. εἰς καλὸν Στείχει] Καλῶς, *commode.* Xenophon: εἰς καλὸν ὑμῖν συντετύχηκα. Sophocl. in Œdipo Tyranno: Ἀλλ' εἰς καλὸν σύ τ' εἶπας. Scholia: Καὶ μὲν καλῶς καὶ κατὰ τὸν προσήκοντα χρόνον. Hoc in loco εἰς καλὸν ironice. Ex Johannis Brodæi notis. Ἐν καλῷ idem sonat. *Barnes.*

κακὸν ἀντιπράξειν, *mala vicissim fortuna uti*, scribit Reisk. *Beck.*

729. Scribendum videtur βρόχοις δ' ἐν ἀρκύων γενήσεται. Reiskio et Piersono placuit βρόχοισι δ' ἀρκύων δεθήσεται vel δεδήσεται. *Barnes.*

Silentio præteriit Hermannus ἐνήσεται,



Ὁ παγκάκιστος· εἶμι δ', ὡς ἴδω νεκρὸν
Πίπτοντ'· ἔχει γὰρ ἡδονὰς θνήσκων ἀνὴρ
Ἐχθρός, τίνων τε τῶν δεδραμένων δίκην.
ΧΟ. ὁ α' καὶ β'. Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ'
Πάλιν ὑποστρέφει βίοτον εἰς Ἅιδαν. [ἄναξ στροφὴ α'.
ΧΟ. ὁ γ' καὶ δ'. Ἰὼ ἰὼ
Δίκα καὶ θεῶν παλίρρους πότμος.
ΧΟ. ὁ ε'. Ἦλθες, χρόνῳ μέν, οὗ δίκην δώσεις θα-
Ὕβρεις ὑβρίζων εἰς ἀμείνονας σέθεν. [νών, σύστημα α'.

Pessimus. Ibo autem, ut videam mortuum
Cadentem: affert enim voluptates moriens vir
Inimicus, et persolvens pœnas factorum.
Cho. Mutatio malorum *fit*. Qui magnus rex antea erat,
Iterum flectit vitam ad Plutonem.
Cho. Io, io,
Justitiam, et Deorum fatum refluens!
Semi. Venisti sero quidem *eo*, ubi morte pœnas lues,
Qui te præstantiores injuriis afficiebas.

quod Wakefieldius emendavit, nec, ut verum fateamur, memoratu sit dignum. Dicit noster Phœn. 575. Ὀδυνηρὸς ἄρ' ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν, Γενήσεται Θήβαισι, φιλότιμος δὲ σύ. In quos versus sequentia adnotavit Porsonus: "Et hunc versum spurium judicat Valckenærius, dissentiente Brunckio. Equidem non inficior, languidulum esse, sed eo resecto, nimis abrupta erit sententia. Vide igitur an legendum sit, Κεκλήσεται Θήβαισι. In Suppl. 923. pro γίνεσθαι veram lectionem servavit Stobæus, p. 3. κεκλῆσθαι. In loco sub oculis eandem emendationem recipere animus fert. Veram lectionem esse credimus, βρόχοισι δ' ἀρκύων κεκλήσεται. Conf. Androm. 502. Ἄδ' ἐγὼ χέρας αἵματη | ρὰς βρόχοισι κεκλιμένα | πέμπομαι κατὰ γαίας. (vera scriptura esse videtur κεκλῃμένα, ut in Hel. 976. Ὅρκοις κεκλῄμεσθ', ὡς μάθῃς, ὦ παρθένε.) Conf. et Soph. Aj. 1274. Ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλεισμένους (ἐγκεκλῃμένους.) Futurum κεκλῄσομαι vel κεκλείσομαι usurpavit etiam Aristoph. Lys. 1071, ubi vulgo legitur κεκλείσεται. Mœris dicit, p. 226. Κεκλείσεται μόνως Ἀττικῶς. Glossema sibi velit, nostro saltem judicio, Atticos scriptores pro futuro sæpius usitato κλεισθήσεται maluisse κεκλείσεται. *Elmsl.*

βρόχοισι] Subaudi ἐν. *Barnes.*

Pro γενήσεται Valck. ad Herod. p. 442. reponit λελήψεται, vel δεδήσεται.

Reisk. conjicit: ἀρκύων δεθήσεται, vel ἐνσχήσεται. *Beck.*

733. Ἐχθρὸς, τίνων τε] Hic iterum τίνω priorem habet brevem, ut et paulo post v. 751. Καὶ γὰρ διώλλυσ'· ἀντίτινε δ' ἐκτίνων. De qua re vide quæ nos ad Iphig. Taur. v. 340. et Ion. v. 450. *Barnes.*

734. De hac scena vide præfationem. *Herman.*

736. Ἰὼ semel tantum legebatur. In cod. E. hic versus cum sequente post versum 740. collocati, perperam, ut antistropharum ratio docet. *Herman.*

736. s. Hi versus in MS. E. alio loco leguntur, sc. post v. 740. *Musg.*

737. παλίρρους] Contractum pro παλίρροος. *Barnes.*

738. Hic et sequens versus Amphitryoni in edd. tribuebantur. *Herman.*

Optime Tyrwhittus: Manifestum est, Amphitryonis personam huic versui male præfigi. Ille enim post v. 733. abiit, et Chorum solum in Scena reliquit. Eo-



ΧΟ. ὁ στ′ καὶ ζ′. Χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς.
στροφὴ β′.
Πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος οὔποτε διὰ φρενὸς ἐπήλπισεν
παθεῖν γᾶς ἄναξ.
ΧΟ. ὁ η′ Ἀλλ', ὦ γεραιὲ, καὶ τὰ δωμάτων ἔσω ἀντισύστημα α′.
Σκοπῶμεν, εἰ πράσσει τις, ὡς ἐγὼ θέλω.
ΛΥ. ἔσωθεν. Ἰώ μοί μοι.
ΧΟ. ὁ θ′ καὶ ι′. Τόδε κατάρχεται μέλος ἐμοὶ κλύειν
ἀντιστρ. α′.
Φίλιον ἐν δόμοις· θάνατος οὐ πρόσω.

Cho. Gaudia lacrymarum dederunt *mihi* rivulos.
Venerunt rursus, quæ prius nunquam animo speravit
Se passurum dominus *hujus* terræ.
Sem. Sed, O senex, quid intra domum fiat
Videamus, si quis rem agit, ut ego cupio.
Lyc. Hei mihi, mihi!
Cho. Incipit hoc carmen, mihi auditu
Jucundum in ædibus. Mors non procul *abest;*

rum igitur, quæ sequuntur, τὰ μέλη Choro universo tribuenda sunt; iambi autem (v. 738. 739. — 743, 44. — 751, 52. — 756, 57, 58.) Coryphæo." *Musg.*

Prev. monet, fingendum esse Amphitryonem hæc dicere, dum palatium intrat, Lycumque jam in Herculis manibus conspicit. Idem tamen non alienus est a probanda critici conjectura, qui Amphitryonis personæ Coryphæum vel Semichorum substitui maluit. *Beck.*

Leg. Χρόνῳ μέντοι (vel μὲν οὖν) δίκην δώσων (vel δώσειν.) *Reisk.*

739. Lege, Ὕβρισμ' ὑβρίζων. Sic Heracl. 18. Ὕβρισμ' ἐς ἡμᾶς ἐξήνεγκεν ὑβρίσαι. Vide vol. vii. p. 450. libri cui titulus, *The Quarterly Review.* *Elmsl.*

εἰς ἀμείνονας] Ita MS. 2714. In Ed. Ald. deest εἰς. Vulgo ex emendatione H. Stephani τοὺς ἀμείνονας. *Musg.*

Ὕβρεις ὑβρίζων τοὺς ἀμείνονας σέθεν.] Ὑβρίζω, verbum activum, regit accusativum personæ, et ob singulare omnium verborum privilegium, casum suum; de qua re vide quæ nos ad Iphigen. Aul. v. 1182. Πλήσσω σε πληγὰς, et doceo te doctrinam, Ego te hanc rem admoneo, et sexcenta hujusmodi licet in utraque lingua observare. *Barnes.*

Leg. θανὼν ὕβρεις, ὑβρίζων τοὺς — quod si autem vulgata lectio et distinctio retinentur, putem, εἰς reponendum loco τούς. *Reisk.*

740. Χαρμοναὶ δακρύων ἔδοσαν ἐκβολάς.] Notum est, aliquando *lacrymas a gaudio exprimi;* unde Xenophon. Ἑλληνικῶν, Lib. VII. Οὕτω κοινόν τι ἄρα Χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστι. De hac re et ratione ac causa lacrymarum tam mœrentibus, quam gaudentibus, vide Cœl. Rhodigin. Antiqu. Lection. Lib. XII. c. 4. item Scholia ad Αὐλικοκάτοπτρον, sive Estheram nostram, v. 1160. ad hæc verba: αὐτὰρ ὁ Ἀμὰν Δάκρυ ἀπ' ὀφθαλμῶν γε θιόσσοντο ἧκε χαμᾶζε, Μάντιν ἑοῦ θανάτοιο προάγγελον. Item quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 833. *Barnes.*

741. Legebatur ἤλπισε. Metri caussa dedi ἐπήλπισεν. Vulgatam qui servare vult, legere debebit φρενῶν. *Herman.*

743. Apparet, hæc dici a Semichoro ad alium Semichorum. *Beck.*

744. εἰ πράσσει τις,] Πράσσει hoc in loco pro πάσχει: Lycum enim innuit, quem videre vult Chorus patientem, quæ cupit,

ΧΟ. ὁ ια' καὶ ιβ'. Βοᾷ, βοᾷ
Στενάζων φροίμιον ἄναξ φόνου.
ΛΥ. ἔσω. Ὦ πᾶσα Κάδμου γαῖ', ἀπόλλυμαι δόλῳ. σύστημα β'.
ΧΟ. ὁ ε'. Καὶ γὰρ διώλλυς· ἀντάποινα δ' ἐκτίνων
Τόλμα, διδούς γε τῶν δεδραμένων δίκην.
ΧΟ. ὁ ιγ' καὶ ιδ'. Τίς ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων, θνητὸς ὤν, ἀντιστρ. β'.
Ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλ',
Ὡς ἄρ' οὐ σθένουσιν θεοί;
ΧΟ. ὁ ιε'. Γέροντες, οὐκέτ' ἔστι δυσσεβὴς ἀνήρ. ἀντισυστ. β'.

Cho. Clamat, clamat,
Gemens prooemium cædis, rex.
Lyc. O tota Cadmi terra, dolo pereo.
Cho. Etenim *alios* perdidisti: vicissim igitur pœnas persolvens,
Perfer facinorum pœnas luens.
Cho. Quis mortalis existens Deos polluens injustitia
Stultum sermonem contra beatos cælites effutit,
Quod dii nihil possint?
Cho. Senes, non est amplius impius vir.

hoc est mortem. Πράσσω autem pro πάσχω, et vicissim πάσχω pro πράσσω, a poëtis usurpantur mutuo, de qua re vide Scholiasten ad Hecub. v. 612. et Orest. v. 531. Item quæ nos ad Supplic. v. 268. et ad Heraclid. v. 241. *Barnes.*

745. s. ΛΥ. Ἰώ μοι, μοι. ΧΟ. Τόδε κατάρχεται] Ita hunc versum supplet et dividit Heath.

Ἰὼ, ἰώ μοι, μοι, ⎫
Τόδε κατάρχεται, ⎭ penthemimeres trochaicæ.

Beck.

747. ss. Heath. scribit:

Θάνατος οὐ πρόσω penthemimeris trochaica.
Βοᾷ, βοᾷ στενάζων hephthemimeris iambica.
Φροίμιόν γ' ἄναξ φόνου. Euripideus.

Beck.

749. Legebatur φροίμιόν γ'. *Herman.*

750. Responsum Chori facit ut legamus: Ὦ πᾶσα Κάδμου γῆ, διόλλυμαι δόλῳ. Composita hæc inter se sæpius permutantur. Partem Porsoni notæ ad Suppl. 495. subjicimus. Διώλεσεν *pro* ἀπώλεσεν *metrum postulat* in *senario apud* Dion. *Cass. citato a Gatakero A. M. P. X.* p. 528. D. Διολλύναι in hac tragedia decies occurrit. *Elmsl.*

751. διώλλυς·] Ita scribendum, non διώλλυσ', ut editi, quod esset pro διώλλυσο. *Musg.*

751. s. Καὶ γὰρ διώλλυσ'· ἀντίποινα δ' ἐκτίνων Τόλμα, διδούς γε τῶν δεδραμένων δίκην.] Διώλλυσο, mediæ vocis ab ὄλλυμι. Communiter διώλεσας. Subaudi ἄλλους.

ἀντίποινα] Homerus diceret ἄντιτα ἔργα.

ἐκτίνων] Media syllaba brevis. Vide supra ad v. 733. *Barnes.*

Verba καὶ γὰρ — δίκην Prev. conjicit, dicta ab Amphitryone in palatio esse, et Chori verba a v. 753. incipere. *Beck.*

751. ἐκτίνειν leg. et comma delendum; *aude dare pœnas*, i. e. sustine, tolera. *Reisk.*

752. διδούς γε τῶν δεδραμένων δίκην.] Ita supra ad v. 733. Τίνων γε τῶν δεδραμένων δίκην. *Barnes.*

753. ss. Τίς ὁ θεοὺς ἀνομίᾳ χραίνων, θνητὸς ὤν, Ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλ', Ὡς ἄρ' οὐ σθένουσι θεοί;] Hunc locum, a Grotio immerito omissum, non mihi temperare possum, quin Latine vertam: *Quis ille, falsis qui rationibus Sermone*



ΧΟ. ὁ η'. Σιγᾷ μέλαθρα· πρὸς χορούς τραπώμεθα·
Φίλοι γὰρ εὐτυχοῦσιν, οὓς ἐγὼ θέλω.
ΧΟ. Χοροί, χοροὶ καὶ θαλίαι μέλουσι Θήβας ἱερὸν
Κατ' ἄστυ. στροφὴ α'.
Μεταλλαγαὶ γὰρ δακρύων,
Μεταλλαγαὶ συντυχίας
Ἔτεκον ἀοιδάς.
Βέβακ' ἄναξ ὁ κλεινός·
Ὁ δὲ παλαίτερος

Cho. Tacent atria: ad choros nos vertamus.
Amici enim, quos volo, felices sunt.
Cho. Choreæ, choreæ et convivia agantur Thebarum
Per sacram urbem.
Mutationes enim lacrymarum,
Mutationes fortunæ
Peperunt cantus.
Abiit inclytus ille rex:
Ille vero prior

stulto Numina polluit, Mortalis ipse; nec Deorum Vim recolit vigilesque curas? Usitatum est melioris notæ auctoribus, dum res improborum nimium florent, dubitare videri de divina providentia, animo autem rursus confirmari, ubi digna illos et inopinata affici pœna viderint. De hoc loco perquam optime tractat Psaltes Divinus, per totum Psalmum XXXVII. totumque Psalmum LXXIII. Claudianus quoque in Ruffinum Lib. I. principio: *Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,* &c. *Abstulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum, absolvitque* Deos. Præterea hoc argumentum tractat Seneca libro, qui inscribitur: *Cur bonis Viris mala accidant.* Et Josephus ita Hamanis infortunio divinitus illi accidenti accinit: Ὅθεν ἐπέρχεταί μοι τὸ θεῖον θαυμάζειν καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ καὶ δικαιοσύνην καταμανθάνειν, μὴ μόνον τὴν Ἀμάνου κολάσαντος πονηρίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατ' ἄλλου μεμηχανημένην τιμωρίαν, ταύτην ἐκείνου ποιήσαντος εἶναι. Quod Epiphonema et nos Veterum more, et ex Christianæ philosophiæ doctrina, adjecimus Hamanis prostrati narrationi in Esthera nostra, v. 1235. Ὡς Ἀμὰν βούλευσε κακὴν καὶ ἀεικέα βουλὴν Μαρδοχίῳ λαῷ τε· Θεοῦ δ' ὑπάτοιο ἕκητι, Ἔφθασεν εἰς ἀΐδην, θάνατόν γ' ἄλλοισι φυτεύσας· Ὦ Ἄλιοι, ἀγρεῦτε, καὶ ἐν φρεσὶ ταῦτα νοεῖτε· Φάσατε δ', ἀνδρομέων Θεὸν εἶναι ἐπίσκοπον ἔργων. Ita Euripides post Pentheum, Deorum contemtorem, decerptum ait, Bacch. v. 1315. Εἰ δ' ἔστιν, ὅστις δαιμόνων ὑπερφρονεῖ, Εἰς τοῦδ' ἀθρήσας θάνατον, ἡγείσθω θεούς. Et ante omnes Homerus senem Laërtem inducit Deos fatentem cum magna exsultatione, quod audivisset, improbos Ulyssis procos fuisse occisos, Odyss. ω'. v. 350. Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ' ἐστὲ Θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον, Εἰ ἐτεὸν μνηστῆρες ἀτάσθαλοι ὕβριν ἔτισαν. *Barnes.*

759. μέλουσι] Legendum, ni fallor, μέλωσι, *curæ sint*, ut sit subjunctivus pro imperativo. Sic χαίρωσιν, Hecub. v. 427. Ed. King. quod verum esse ostendunt ἴδω, Hippol. v. 868. ἱκετεύωμαι hujus fab. v. 528. et multa alia. *Musg.*

μέλουσι] Vide infra ad v. 768. Prior syllaba producitur, ut Perseo: Pegaseium melos. *Barnes.*

Syntaxeos ratio, ut opinor, postulat, ut rescribatur Θήβαις casu dat. ut a v. μέλουσι pendeat. *Heath.*

764. Legebatur βέβακεν. Piersonus pro κλεινὸς scribendum censebat καινός, eleganter: sed non necesse est: vide v. 734. *Herman.*

Βέβακεν] Lege ob metrum βέβακέν γ'.

Κρατεῖ, λιμένα λιπών γε τὸν Ἀχερόντιον.
Δοκημάτων δ' ἐκτὸς ἦλθεν ἐλπίς. ἀντιστρ. α'.
Θεοί, θεοὶ τῶν ἀδίκων μέλουσι καὶ
Τῶν ὁσίων ἐπάειν.
Ὁ χρυσός, ἅ τ' εὐτυχία
Φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται,

Regnat, Acherontio portu relicto.
Venit autem lætitia præter opinionem.
Dii, Dii haud dubie impios et
Pios animadvertunt.
Aurum et felicitas
Homines incitat meditari

κλεινός] Optime Piersonus καινὸς, quod verum esse oppositio vocis παλαίτερος ostendit. Confer etiam v. 566. Senec. Herc. Fur. v. 347. Nec obstat, quod Lycus, v. 38. et v. 540. ironice κλεινὸς vocetur, quemadmodum alibi Ægisthus Electr. v. 327. 776. Soph. Electr. v. 302. quæ omnia loca indicat V. Clarissimus. *Musg.*

Βίβακεν] Βίβακεν, οἴχεται, ἔθανε. Ita Orest. v. 961. Βίβακε γὰρ, βίβακεν, οἴχεται τέκνον Πρέπαμα γένος Πέλοπος. *Barnes.* Heath. βίβακεν δ' ἄναξ. Reisk. mox legit καινὸς cum Piers. *Beck.*

765. παλαίτερος] Ἀντὶ τοῦ παλαιότερος. Antiquior dicitur dominus Hercules, ob antiquiorem prosapiam, et jus regni, quod antiquitus ad illum pertinebat; ut qui Megaram, regis Creontis filiam, duxisset. Nescio, quid sibi velit Brodæus exponendo hoc in loco παλαίτερος per *cautior ac prudentior* Hercules. Certe versus, quem ex Æschylo advocat, nihil tale asserit. *Barnes.*

766. Ἀχερόντιον.] Ob metrum dicitur pro Ἀχερόντιον, pro quo et Ἀχερούσιον. Vide Stephanum περὶ πόλεων in Ἀχέρων. Acheron autem est nomen fluvii Tartarei, ut Cocytus et Phlegethon. *Barnes.*

767. Addidi δ'. *Herman.*

ἦλθεν ἐλπίς.] Legendum, ni fallor, ἦλθε περίψις. Vulgata lectio certe perabsurda est. *Musg.*

Δοκημάτων ἐκτὸς] Ἀδοκήτως, pro quo ἀδόκως alias dixit, si vera lectio est, Troad. v. 793. *Barnes.*

768. Μέλλω ad vim affirmationis, vel negationis, augendam aliquando adhibetur, sine ulla futuri significatione. Hom. Odyss. Ξ'. v. 134.

τοῦ δ' ἤδη μέλλουσι κύνες ταχέες τ' οἰωνοὶ
ῥινὸν ἀπ' ὀστεόφιν ἐρύσαι —

At ejus cutem jamdudum canes volucresque ab ossibus detraxerunt. Ibid. v. 322. πολλάκι που μέλλεις ἀρήμεναι, *multoties certe precatus es.* Quare non mutandum μέλλουσι ἐπαΐειν, quod omnes MSS. hic retinent, sed interpretandum: *procul dubio audiunt.* *Musg.*

μέλουσι] Dicitur: θεοὶ μέλουσι τῶν ἀδίκων, ut hic, et: θεοῖς μέλει τῶν ἀδίκων, et: οἱ ἄδικοι μέλουσι τοῖς θεοῖς. Vide quæ nos ad Bacch. v. 442. et Helen. v. 1493. Aldi editio habet μέλλουσι, ut sit: μέλλουσι τῶν ἀδίκων ἐπαΐειν, et per versum stare potest. *Barnes.*

Etiam Heath. revocari jussit scripturam Aldinam: μέλλουσι ἐπαΐειν, quia verbum μέλω semper nominativo rei, nunquam nominativo personæ, subjungitur. Locum autem vertit: *Dii et de flagitiosis cognoscent, et de piis.* Versum esse monet choriambicum trimetrum hypercatalectum, ex diiambo, choriambo, diiambo et spondeo. *Beck.*

770. s. Ὁ χρυσὸς, ἅ τ' εὐτυχία, ἐφέλκων.] Ἅ τ' εὐτυχία per trajectionem inseritur, ἐφέλκων itaque ad ὁ χρυσὸς referendum. Nec novum hoc, epithetum ad remotius substantivum ferri, non autem ad proximum; ut haud raro apud Homer. offendi. Quare non erat, ut Æmil. Portus ἐφέλκων ad Atticismum reduceret, pro

Δύνασιν ἐφέλκων.
Χρόνου γὰρ οὔτις ἔτλα
Τὸ πάλιν εἰσορᾷν,
Νόμον παρέμενος, ἀνομίᾳ χάριν διδούς.
Ἔθραυσε δ' ὄλβου κελαινὸν ἅρμα.
Ἰσμήν', ὦ, στεφανοφορίαν, στροφὴ β'.

Potentiam afferens.
Temporis enim nemo sustinuit
Vicissitudinem respicere,
Sed legem negligens, et iniquitati obtemperans,
Fregit insignem opulentiæ currum.
Ismene O, serta gere,

—φέλκουσα, quasi necessario ad εὐτυχία —spectaret. *Barnes.*

771. Φρονεῖν ἐξάγεται,] Verbum ἐξάγειν, sequente infinitivo, non significat, *avertere ab aliqua re facienda*, sed contrarium, i. e. *impellere ad faciendam.* Plutarchus in Demetrio: αἱ καὶ τοὺς φύσει μετρίους ἐξάγουσι τολμᾷν καὶ ἀδικεῖν, p. 1671. Ed. Steph. Noster Alcestide, v. 1099. ἀλλ' ἔρως τίς μ' ἐξάγει, i. e. στείχειν, quod e versu præcedenti advocandum. Xenophon Hierone: πολλὰς ἐπιμελείας ἐξάγεται ἀνθρώπων, ubi ἐξάγεται est *evocat, prodire facit.* Interpungo igitur hic post δύνασιν:

φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται
δύνασιν — —

Homines de dominatu cogitare facit. Sequitur ἄδικον, vox metro contraria, pro qua legerim ἀδινκῆ, *amara, ingrata. Trahens post se amara.* Nec nolim ἄνικον, si bonus auctor præberet. *Musg.*

Φρονεῖν βροτοὺς ἐξάγεται,] Ἐκ τοῦ φρονεῖν, καὶ ἐκτὸς νοῦ, ἄγει. *Barnes.*

772. Delevi ἄδικον, quod post δύνασιν legebatur. *Herman.*

Δύνασιν] Δύνασις pro δύναμις est dictio Euripidea. Ita Ion. v. 1012. Τί τῷδε χρῆσθε; δύνασιν ἐκφέρει τίνα. Hesych. Δύνασις, Δύναμις. *Barnes.*

Metrum dochmaicum esse debet, et restitui potest scribendo: Δύνασιν ἀντίδικον, *potentiam retributricem. Heath.*

773. Sensus est: non audet temporum vicissitudines respicere vir injustus. Ferri posset etiam εἰσορᾶν, quod in cod. G. supra scriptum. *Herman.*

Χρόνου] Ita MS. E. ut et hic edi debuit. MS. G. χρόνον γὰρ οὔτις ἔτλα. Legendum cum Reiskio, faventibus etiam MSS. vestigiis:

χρόνου γὰρ οὐ τλὰς
τὸ πάλιν εἰσορᾷν.

Temporis enim (seu *fortunæ*) *vicissitudines non curans respicere.* Χρόνου hic pro μοίρα, vel τύχη, usurpatur. Sic Pindarus Olymp. VI. antistroph. 5. μὴ θραύσαι χρόνος ὄλβον. Leontius in Antholog. H. Steph. p. 238. χρόνος — παλάμῃ θῆκεν ὑπ' αὐτοφόνῳ. Pro εἰσορᾷν in MS. G. superscribitur εἰσορᾶν. Pro χρόνου, Ed. Ald. χρόνον. *Musg.*

773. s. Χρόνον γὰρ ἔτλα Τοπάλιν εἰσορᾷν,] Scaliger legit χρόνῳ. *Barnes.*

773. ss. Integrum h. l. ex suis emendationibus Heath. vertit ita: *Ad tempus enim sustinuit* (Lycus scilicet) *id, quod iterum vel postea futurum erat,* retributionem nempe, *contemplari* (i. e. circa initia tyrannidis et ad tempus moderatius se gessit, quippe fortunæ mutationem veritus) *legem cum contemsisset, et iniquitati animi omnia gratificatus esset, nigrum fecit felicitatis currum. Beck.*

775. ἀνομίᾳ] Ita MSS. E. G. ut recte Reiskius. Ed. Ald. εὐνομίᾳ. Legendum:

νόμον παρέμενος δ', ἀνομίᾳ χάριν διδούς.

χάριν διδοὺς, ut Κύπριδι χάριν πράσσων, Ion. v. 894. ὀργῇ χάριν δοὺς, Soph. Œd. Col. v. 901. *Musg.*

εὐνομίᾳ] Scaliger et Canterus legunt ἀνομίᾳ, et sane, si de Lyco sententia su-

Ἔσται θ' ἑπτάπυλοι πόλεως
Ἀναχορεύσατ' ἀγυιαί,
Δίρκα θ' ἁ καλλιρέεθρος,
Σύν τ' Ἀσωπιάδες κόραι
Πατρὸς ὕδωρ βᾶτε λιποῦ-
σαι . . συναοιδοί,
Νύμφαι, τὸν Ἡρακλέους

Et urbis septem-portas-habentis
Vici, saltate.
Et Dirce pulchre-fluens,
Et una, Nymphæ Asopicæ,
Ite, patris *Asopi* aqua
Relicta, ut simul canatis
Nymphæ Herculis

mitur, ita omnino legendum. Vide Æmil. Portum in hunc locum. *Barnes.*

776. Pro ἵθρανον scripsi ἵθρανον γ'. Κελαινὸν non ausim tentare, quum hoc epitheton ad scelera spectare possit. Vide Æschyl. Suppl. 539. *Herman.*

Ἔθρανον] Imitatur locum Pindari, quem ad v. 773. adduximus. Pro κελαινὸν vel legendum cum Heathio κλεινόν, vel fortasse κλεαινόν. Talem certe vocem in Lexicon. retulit Hesychius. [conf. Pindar. Pyth. IV. 498. V. 25. IX. 28. laudante Heathio.] *Musg.*

Ἔθρανον ὄλβου κελαινὸν ἅρμα.] Translatum ab aurigis, qui nimio impetu ruentes, currus impingendo frangunt. Nigrum autem divitiarum currum vocat, quod Plutus, divitiarum deus sit cœcus, quodque opes hominum mentes occœcent; aut quod ex terra eruantur, et sub seris, in arculis et tenebris, recondi soleant. *Barnes.*

κλεινὸν ἅρμα scribit Reisk. *Beck.*

777. Tyrwhittus, Ἰσμήν' ὦ, στεφανηφόρει. Nihil mutandum putavi, præter vulgatum Ἰσμηνῷ. *Herman.*

στεφανοφορίᾳ,] MS. G. et 2714. στεφανοφορίᾳ. Legendum, ni fallor, ut olim monuit me Tyrwhittus:

Ἰσμην' ὦ, στεφανηφόρει.

O *Ismene, coronis redimi te. Musg.*

Ἰσμηνῷ, στεφανηφορίᾳ,] Sensus: τοῖς Θηβαίοις, τοῖς παρὰ τὸν Ἰσμηνὸν ποταμὸν ναίουσιν, ἔστω στεφανηφορία διὰ τὴν χαρὰν ἐξ εὐτυχοῦς τούτου συμβεβηκότος. De Ismeno, Bœotiæ fluvio, vide quæ nos supra ad v. 571. *Barnes.*

Reiskius reponit: Ἴσμην' ὦ στεφανηφόρ', ἰώ. *Beck.*

778. ἑπταπύλου] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἑπτάπυλοι. *Musg.*

778. s. Ἔσται θ' ἑπταπύλου πόλεως Ἀναχορεύσατ' ἀγυιαί,] Ὑμεῖς τε, ὦ ἀγυιαὶ καλαὶ τῆς πόλεως ... ἐξεσμένοις ... καὶ λίθοις ... ἑπταπύλου καὶ ... σαι, αἱ ἀγυιαὶ πόλεως ἑπταπύλου ... δηλονότι, ἀναχορεύσατε. Θήβης ... Quare Thebarum urbs dicta sit ἑπτάπυργον, vide supra ad v. 543. *Barnes.*

780. Δίρκα θ' ἁ καλλιρέεθρος,] De Dirce vide quæ nos supra ad v. 571. item ad Bacch. v. 507. *Barnes.*

Versus est glyconius πολυσχημάτιστος ex dispondeo et choriambo. Syllaba enim secunda τοῦ καλλιρέεθρος producitur. v. Dawes. M. Crit. p. 159. *Beck.*

781. Legebatur Ἀσωπίδες. *Herman.*

Σύν τ' Ἀσωπίδες κόραι] Asopus erat Oceani et Tethyos filius, vel, ut alii, Pelagonem, et viginti filias, quarum una, rus et Neptuni, vel, ut alii, Jovis et Eurynomæ, qui ex Meropa, Ladonis fluvii filia, duos habuit filios, Ismenum et Pelagonem, et viginti filias, quarum una, Ægina, a Jove compressa; quas omnes nunc poëta Ἀσωπίδας κόρας vocat. Hic fluvio Asopo nomen dedit, qui ex Cithærone monte profluens, agrumque Thebanum irrigans, a Platæensi decidit, ipsasque Thebas præterluens, Platæas et Tanagram, inter Oropum oppidum et Cynosuram promontorium mari excipitur.



Καλλίνικον ἀγῶν'· ὦ
Πυθίου δενδρῶτι πέτρα,
Μουσῶν θ' Ἑλικωνιάδων δώματα,
Ἥξετ' εὐγαθεῖ κελάδῳ
Ἐμὰν πόλιν, ἐμὰ τείχη,
Σπαρτῶν ἵνα γένος ἐφάνη,
Χαλκασπίδων λόχος, ὃς γᾶν

Præclara-victoria decorum certamen. O
Pythii nemorosa rupes,
Et domus Musarum Heliconiadum,
Venite læto *cum* strepitu
In meam urbem, et meos muros,
Ubi satorum *hominum* genus apparuit,
Agmen armatorum, quod terram

Vide de Asopo Apollodor. Biblioth. Lib. III. c. 11. sect. 6. *Barnes.*

Ut metrum antithetico respondeat, versum ita supplet Heath.

Σὺν τ' Ἀσωπίδες γε κόραι.

Beck.

782. Constructio est: λιποῦσαι πατρὸς ὕδωρ βᾶτε συναοιδοὶ νύμφαι τὸν Ἡρακλέους καλλίνικον ἀγῶνα. Retineri igitur potest συναοιδοὶ, sed malim συναείδειν, vel σὺν ἀοιδῇ. *Musg.*

Πατρὸς ὕδωρ βᾶτε λιποῦσαι] Βᾶτε, ὦ νύμφαι καὶ κόραι Ἀσωπίδες, λιποῦσαι ὕδωρ πατρὸς Ἀσωποῦ ἐς ἀγῶνα καλλίνικον, etc. *Barnes.*

783. Videtur μοι vel νῦν excidisse. *Herman.*

Reisk. scribit συναείδειν, aut vocabulo συναοιδοὶ accusativum propterea addi censet, quia verbum ἀείδειν cum acc. construitur.

Etiam Heath. accusativum καλλίνικον ἀγῶνα putat referendum esse ad συναοιδοὶ, quod pro συναείδοντες positum sit. *Beck.*

Versus pherecrateus ex antispasto et καταπληκτικοῖς iambica. *Heath.*

784. Glyconius πολυσχηματιστος ex palimbacchio et choriambo. *Heath.*

786. δενδρῶτι πέτρα,] Πέτρα hoc in loco pro ὄρος, mons, ut sæpe apud poëtas. Parnassum alloquitur, arboribus consitum et lucis, utpote deo Apollini Musisque et Baccho sacrum. Parnassus autem erat mons Bœotiæ altissimus, biceps, arboribus densus, et lauro præcipue florens, unde et Nonno audit εὔδενδρος. De Parnasso vide quæ nos ad Bacch. v. 551. *Barnes.*

787. Ἑλικωνιάδων] Barnesius pro Ἑλικωνίδων. *Herman.*

Ἑλικωνίδων] Legendum metri causa Ἑλικωνιάδων, ut scribit Hesiodus Theogon. v. 1. Nec aliter Barnesius. *Musg.*

Μουσῶν θ' Ἑλικωνιάδων δώματα,] Ἑλικωνιάδων. lego pro Ἑλικωνίδων, ita versu postulante; ipsum autem montem Heliconem notat per δώματα Μουσῶν Ἑλικωνιάδων. Helicon vero est mons Bœotiæ haud procul a Parnasso. Hesiodus Theogoniam suam ita incipit: Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν. *Barnes.*

788. Ἥξετ'] Futurum indicativi pro imperativo. Sic Virgil. Æneid. II. v. 547. Referes *ergo hæc et nuncius* ibis. Nisi malis ob metrum ἥξαιτ'. *Musg.*

Ἥξετ' εὐγαθεῖ κελάδῳ] An ἥξεσθ' legendum, ut respondeat τῷ Κρείσσων in antistropha; εὐγαθεῖ Dorice pro εὐγηθεῖ. Sed notandum, ut in hoc versu pes prior est trochæus, secundus spondeus; ita vicissim in antistropha pes prior est spondeus, secundus trochæus;. quare tempora sunt utrinque æqualia. *Barnes.*

Versus est glyconius πολυσχηματιστος ex epitrito secundo, cui in antistropha respondet epitritus quartus, et choriambo. Non enim pes pedi opponitur. *Heath.*

789. Cum Heathio τι post ἐμὰ delevi. *Herman.*



Τέκνων τέκνοις μεταμείβει,
　　Θήβαις ἱερὸν φῶς.
Ὦ λέκτρων δύο συγγενεῖς　　ἀντιστροφὴ β΄.
Εὐναί, θνατογενοῦς τε καὶ
　　Διός, ὃς ἦλθεν ἐς εὐνὰς
　　Νύμφας τᾶς Περσεΐδος· καὶ
Πιστόν μοι τὸ παλαιὸν ἤ-
δη λέχος, ὦ Ζεῦ, τὸ σὸν οὐκ
　　Ἐπ' ἐλπίδι φάνθη.

Liberorum liberis permutat,
　　Sacrum lumen Thebis.
O lectorum duo cognata
Cubilia, mortalis et
　　Jovis, qui venit ad cubile
　　Nymphæ Perseidis, et
Credibilis mihi jam vetus
Concubitus tuus, O Jupiter,
　　Præter spem apparuit.

ἐμά τε,] Dele ob metrum τε. [Ex Heath.] *Musg.*

790. Legebatur ἔφανε. *Herman.*

γένος ἔφανε,] Metrum non convenit. An legendum: ἵνα γ' ἔθνος ἔφυν. *Musg.*

791. Χαλκασπίδων λόχος,] Ita Spartos vocat, quia ex Draconis dentibus seminatis proruperunt armati; de qua re vide quæ nos supra ad v. 5. Notandum est, quod horum Spartorum posteris lanceæ nota erat naturaliter expressa in singulorum corporibus, perque plurimas generationes durabat, teste Plutarcho de sera Numinis Vindicta, et quod ex quinque superstitibus Spartis, quorum nomina protulimus ad Bacch. v. 532. regia apud Thebanos prosapia ἐκ διαδοχῆς et nobiliores familiæ diutissime continuabantur, qui est sensus horum verborum: ὃς γᾶν τέκνων τέκνοις μεταμείβει, Θήβαις ἱερὸν φῶς. *Barnes.*

795. Hoc versus sic dividi oportebat:

εὐναὶ θνατογενοῦς τε, καὶ
Διός, ὃς ἦλθεν ἐς εὐνάς.

Musg.

θνατογενοῦς] Θνητογενής, idem, quod θνητός, opponiturque Deo in hoc loco. *Barnes.*

Sic metrum horum versuum constituit Heath. qui monuit, primum esse glyconium, secundum pherecrateum. Ante illum idem observarat Struchtmeier. Anim. Crit. p. 153. *Böck.*

797. Legebatur Περσηΐδος. *Herman.*

Νύμφας τᾶς Περσηΐδος· καὶ πιστὸν] Hic versus et contra metrum peccat, et sensum non optimum habet. Lego:

Νύμφας Περσηΐδος, ὡς πιστόν.

Musg.

Νύμφας τᾶς Περσηΐδος·] Alcmenæ; quæ patrem habuit Electryonem, avum Persea. Tzetzes: Περσέως Ἠλεκτρύων, Ἠλεκτρύωνος Ἀλκμήνη. Unde Theocritus Idyll. κδ. v. 72. Θάρσει, ἀριστοτόκεια γύναι, Περσήϊον αἷμα. *Brodæus.*

797. s. Heath. constituit ita:

Νύμφας τᾶς Περσηΐδος, καὶ
Πιστόν μοι τὸ παλαιὸν ἤδη.

Versus prior est glyconius πολυσχημάτιστος ex dispondeo et epitrito secundo, cui opponitur choriambus, alter idem ex epitrito quarto et secundo pentasyllabo, cui etiam opponitur choriambus.

Et hunc versum metro accommodes legendo: ἤδη μοὶ τὸ παλαιόν. *Musg.*



Λαμπρὰν δ' ἔδειξ' ὁ χρόνος
Τὰν Ἡρακλέος ἀλκάν,
Ὃς γᾶς ἐξέβα θαλάμων,
Πλούτωνος δῶμα λιπὼν νέρτερον.
Κρείσσων μοι τύραννος ἔφυς,
Ἢ δυσγένει' ἀνάκτων·
Ἃ νῦν ἐσορᾶν φαίνει
Ξιφηφόρων ἐς ἀγώνων
Ἅμιλλαν, εἰ τὸ δίκαιον

Tempus vero ostendit splendidam
Virtutem Herculis,
Qui ex penetralibus terræ rediit,
Relicta domo infernali Plutonis.
Melior mihi est qui nascitur, rex,
Quam ignobiles domini.
Quod nunc intueri copiam dat
Ensiferorum in certaminum
Contentione; si Justitia

Πιστὸν ut glossema delet Struchtm. Anim. Crit. p. 153. *Beck.*

800. Lege præcedentium edd. fidem secutus: Οὐκ ἐπ' ἐλπίδι φάνθη, nisi quod malim ἐλπίδ' ἐφάνθη. *Heath.*

803. Ὃς γᾶς] Legendum metri causa γᾶς ὅς. *Musg.*

θαλαμῶν,] Ita cum circumflexo scribo, quia a θαλάμη venit, non a θάλαμος, de qua re vide quæ nos ad Ion. v. 396. *Barnes.*

805. τύραννος ἔφυς,] Hoc si de Hercule dicitur, non multum laudis habet. Malim igitur emendare, ut nobilitatis commendatio sit:

κρείσσων μοι τύραννος ὁ φὺς,
ἢ δυσγένει' ἀνάκτων.

Musg.

806. Canteri emendatio est pro ἡδὺς γένει. *Herman.*

Ἢ δυσγένει' ἀνάκτων·] Ἢ δυσγενοῦς ἄνακτος, οἷος ἦν ὁ Λύκος. Vide Guliel. Canterum Novar. Lection. Lib. V. c. 1. *Barnes.*

δυσγένεια ἀνάκτων·] Prev. reddit: le fils dégénéré de nos rois. Tum adnotavit hæc: "Hercule étoit étranger. Lycus se vantoit d'être descendant de Thébé. Je crois que le choeur prévient cette remarque, et qu'il oppose a dessein le droit de la vertu à celui de naissance. Il dit qu'Hercule est un tyran meilleur qu'un chef légitime mais dégénéré." *Beck.*

Bene se tueri potest vet. ed. lectio: ἡδὺς γένει ἀνάκτων, *melior tu mihi es* (ab ipso ortu tuo) *dominus* (quam Lycus, aut alii) *gratus et acceptus ob genus deorum*, ideo quod deos sanguine attingis, Jove natus. *Id quod* (deorum te sanguine crevisse) *nunc apparet.* *Reisk.*

807. Ἃ est pro δι' ἅ. *Herman.*

Ἃ νῦν ἐσορᾶν φαίνει] Ἃ ῥήματα, ὅτι κρείσσων τοῦ Λύκου Ἡρακλῆς ἐστι. *Barnes.*

Ut versus strophico respondeat, legendum:

Ἃ νῦν εἰσορᾶν φανεῖ Euripideus;

ἃ ponitur pro ἡ, et cum δυσγένεια jungi debet. *Heath.*

809. εἰ] Ita Edd. recent. nescio, quo auctore, nec dissentit MS. E. Ed. Ald. εἰς εἰ pro ὅτι illustrat Devarius de Particulis cap. 9. *Musg.*

εἰ τὸ δίκαιον] Ita pro corrupto εἰς legimus εἰ, quod Canterus et alii faciunt. *Barnes.*



Θεοῖς ἔτ' ἀρέσκει.
ΧΟ. ὁ α΄. Ἔα, ἔα, προῳδός.
Ἆρ' εἰς τὸν αὐτὸν πίτυλον ἥκομεν φόβου,
Γέροντες, οἷον φάσμ' ὑπὲρ δόμων ὁρῶ;
ΧΟ. ὁ β΄. Φυγῇ, φυγῇ στροφή.
Νωθὲς πέδαιρε κῶλον, ἐκποδὼν ἔλα.
ΧΟ. ὁ γ΄. Ὦ ἄναξ Παιάν, ἀντιστροφή.
Ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων.

ΙΡΙΣ.

Θαρσεῖτε, Νυκτὸς τήνδ' ὁρῶντες ἔκγονον

Diis adhuc placet.
Cho. Hem, Hem? .
An in idem discrimen timoris venimus?
Senes, quale spectrum video supra domum?
Cho. Fuga, Fuga
Segnem ex solo tolle pedem, e medio abi.
Cho. O rex Apollo.
Averruncus sis mihi malorum.

IRIS.

Animum recipite, videntes filiam hanc Noctis

811. Hæc tribus Chori senibus tribuenda judicavi. *Herman.*

Ἔα, ἔα,] Ad subitam apparentiam Furiæ et Iridis ex alto hæc Chorus exclamat. *Barnes.*

812. πίτυλον] Quid sit πίτυλος, vide ad Iphigen. Taur. v. 308. πίτυλος φόβου hic dicitur, ut πίτυλος μανίας ibi. *Barnes.*

πίτυλον] Προσβολὴν, σύῤῥαξιν. *Scholiast.*

815. Νωθὲς πέδαιρε κῶλον,] Πεδαίρω pro μεταίρω, a πέδα Æolico pro μετὰ, de qua voce nos supra ad Rhes. v. 368. Quare Hesychius recte se habet: Πέδα· μετὰ, ἢ γῆ. Palmerius autem, qui hunc illius locum exagitat, hallucinatur ipse; dicit enim; *Delendum* τὸ μετὰ, *quæ vox irrepsit ex inferiore linea, ubi pluries repetita est.* Ita ille. Πέδα autem, γῆ, est pluralis numeri pro πέδον. Est et πέδα Dorice pro πέδη, *pedica,* cujus ultima longa est. *Barnes.*

Valcken. ad Phœn. emendat Νωθής γ' ἔπαιρε, quia πεδαίρειν est verbum Æolicum.

ἔλα.] Unum e Choro alloquitur. *Beck.*

818. Νυκτὸς — ἔκγονον] Lyssam inter Noctis sobolem non numerat Hesiodus Theogon. v. 210. et seq. nisi, quod verisimillimum, una fuit Κήρων. *Musg.*

818. s. Θαρσεῖτε, Νυκτὸς τήνδ' ὁρῶντες ἔκγονον, Λύσσαν,] Erinnyas, hoc est Furias, ex sanguinis guttis, quæ de exsectis Cœli genitalibus profluebant, natas refert Hesiodus, Theogon. v. 185. Et Apollodorus Biblioth. Lib. I. c. 1. sect. 3. Ἐκ δὲ τῶν σταλαγμῶν ῥέοντος αἵματος Ἐρινύες ἐγένοντο, Ἀληκτὼ, Τισιφόνη, Μέγαιρα. Alii autem auctores longe plures, illas ex Noctis et Acherontis concubio natas ferunt; Euripides ex Nocte Cœlique sanguine; vid. infra v. 839. unde et nos olim versus Anglicos, quos schola existentes quinde-

Λύσσαν, γέροντες, κἀμὲ, τὴν θεῶν λάτριν,
Ἶριν· πόλει γὰρ οὐδὲν ἥκομεν βλάβος,
Ἑνὸς δ' ἐπ' ἀνδρὸς δώματα στρατεύομεν,
Ὃν φασιν εἶναι Ζηνὸς Ἀλκμήνης τ' ἄπο.
Πρὶν μὲν γὰρ ἄθλους ἐκτελευτῆσαι πικρούς,
Τὸ χρῆν νιν ἐξέσωζεν, οὐδ' εἴα πατὴρ
Ζεύς νιν κακῶς δρᾶν οὔτ' ἐμ', οὔθ' Ἥραν ποτέ.
Ἐπεὶ δὲ μόχθους διεπέρασ' Εὐρυσθέως,
Ἥρα προσάψαι κοινὸν αἷμ' αὐτῷ θέλει,
Παῖδας κατακτείναντι· συνθέλω δ' ἐγώ.
Ἀλλ' εἶ', ἄτεγκτον ξυλλαβοῦσα καρδίαν,

Lyssam, O senes, et me Deorum ministram
Iridem. Nullum enim urbi venimus damnum,
Sed militamus adversus domum unius viri;
Quem Jovis et Alcmenæ filium esse dicunt.
Nam priusquam absolveret dura certamina,
Fatum ipsum servavit, neque permisit pater
Jupiter ei malefacere, neque me, neque Junonem unquam:
Sed postquam confecit labores Eurysthei,
Juno vult communem cædem ei affigere,
Interficienti liberos; et ego assentior.
Sed age, inexorabile cor assumens,

cennes pueri ad Noctem V. libris lusimus, ita induximus loquentes ad invidos, Furiarum nomine tectos, lectores hypercriticos: *Come, sister-furies, bear to us no spite: we also are the daughters of the night.* Vide de hac re Scholiasten Euripid. ad Orest. v. 37. item quæ nos ad Iphig. Taur. v. 964. et Troad. v. 459. Item Eustathium in Homer. fol. 763. lin. 26. usque ad 41. et Cœl. Rhodigin. Lib. X. c. 9. *Barnes.*

Hic actus quarti initium Prev. constituit, et actum quintum incipit a v. 904. ὦ λευκὰ κ. τ. λ. *Beck.*

821. σώματα] Legendum cum Scaligero δώματα. Non enim ad unum Herculem, sed ad universam ejus domum, pertinebat calamitas. *Musg.*

Ἑνὸς δ' ἐπ' ἀνδρὸς σώματα στρατεύομεν,] Scaliger pro σώματα legit δώματα, nequaquam, ut mihi videtur, recte: σώματα enim pro σῶμα ponitur per synecdochen numeri; nec contra Herculis domum militabant, nisi familiam per δώματα intelligas, quod raro invenias, licet δόμος id aliquando significet; (Δῶμα enim ipsum ædificium plerumque sonat) sed illius corpus invadere jam Furor parabat, ut sic animum turbaret. *Barnes.*

Leg. σῶμα συστρατεύομεν, aut audiendus Scal. *Reisk.*

823. Πρὶν μὲν γὰρ ἄθλους ἐκτελευτῆσαι πικρούς,] Γὰρ, quod ex hoc versu in aliquibus editionibus exciderat, restituimus ex Aldina et aliis, quibus recte aderat. *Barnes.*

824. χρεὼν] Ita MS. G. a prima manu, et in margine γρ. χρῆν. Ed. Ald. χρῆν. *Barnes.*

Τὸ χρῆν] Scaliger hic legit χρεὼν, sed et τὸ χρῆν ponitur pro χρῆναι, ut Eustathius fol. 1647. lin. 36. ubi illud Hecubæ profert: Πότερον τὸ χρῆν σφ' ἐπέγαγ' ἀνθρώ-

Νυκτὸς κελαίνης ἀνυμέναιε παρθένε,
Μανίας τ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδε καὶ παιδοκτόνους
Φρενῶν ταραγμοὺς καὶ ποδῶν σκιρτήματα
Ἔλαυνε, κίνει, φόνιον ἐξίει κάλων,
Ὡς ἂν πορεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον
Τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ,
Γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος,
Μάθῃ τε τὸν ἐμόν, ἢ θεοὶ μὲν οὐδαμοῦ,
Τὰ θνητὰ δ' ἔσται μεγάλα, μὴ δόντος δίκην.

ΛΥΣΣΑ.

Ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρός, ἔκ τε μητέρος

Noctis obscuræ innupta virgo,
Insaniam in virum hunc, et interfectricem filiorum,
Mentis perturbationem, et pedum saltationem,
Injice, commove, cruentum immitte funem:
Ut transmissa per Acherontium fretum
Illa pulchra liberorum corona, propria manu,
Cognoscat, qualis in ipsum sit Junonis ira,
Et discat meam. Alioqui dii nihil,
Res vero mortalium erunt magnæ, si pœnas *iste* non dat.

LYSSA.

Ex generoso quidem patre, et matre

πεφραγμένη. Est et *χρῆν* pro *ἐχρῆν*. *Χρεὼν* autem et *χρεὼν* idem, quod *χρεία*. *Barnes.*

Τὸ χρεὼν] *Τὸ χρῆν, ὃ ταυτὸν μέν ἐστι τῷ χρεὼν, ἀποκόπτεται δὲ ἐκ τοῦ χρῆναι.* *Scholiast.*

827. Sic Wakefieldius pro *καινόν*. Vide Sophocl. Antig. 201. *Herman.*

829. *ἄτεγκτον*] Ita optime Ed. Ald. Edd. recentes *ἄτεγκτος*. *Musg.*

'Αλλ' εἶ', ἄτεγκτος] Εἶ' pro *εἶα* interjectio hortantis. *ἄτεγκτος ὁ καὶ ἡ, ἀντὶ τοῦ ἀνιλεήμων, ὃς τοῖς δάκρυσιν οὐ τέγγεται.* Scaliger legit *ἄτεγκτον καρδίαν*, utrique autem potest referri, vel Furiæ ipsi, vel etiam Herculi. *Barnes.*

In Cod. Reg. A. est *ἄτεγκτον σὺν λαβοῦσα* (i. e. *συλλαβοῦσα*) *καρδία*. v. Markl. ad Iphig. Aul. 407. *Beck.*

830. *Νυκτὸς κελαινῆς ἀνυμέναιε παρθένε,*] Cur virgines Furias finxerint veteres poëtæ, nempe quod *ἀπροσωπόληπτοι ἦσαν*, cur nigras et Noctis filias, cæteraque hujusmodi, consule Eustathium in Homerum, fol. 763. lin. 26. etc. Vide etiam quæ nos supra ad v. 818. et infra ad v. 839. et v. 874. *Barnes.*

834. *πορεύσας*] Ita MSS. E. G. ut jam emendaverat Canterus. Pindarus Pyth. XI. Stroph. II. *πόρευ' Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὔσκιον*. Ed. Ald. *φονεύσας*. Eadem editio *ὃς* pro *ὡς*, sed a vulgatis non discrepant MSS. *Musg.*

Ὡς ἂν φονεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον] Canterus legit *πορεύσας*, haud male: potest tamen et *φονεύσας* stare, si *δι' Ἀχερούσιον πόρον* de Herculis ipsius descensu ad Inferos sumatur, unde diis tanta orta est indignatio. Nescio, quid Scaligero in mentem venit, qui scriptum habet *φορεύσας*, nisi forte *πορεύσας* voluit. Æmilius Portus nihil explicat, nec difficultatem visus est vidisse; at in rebus minime dubiis explicandis ridicule occupatur. *Barnes.*

Reiskius emendat: *Ὡς ἂν πορεύσας δι'*

Πέφυκα Νυκτός, Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος,
Τιμὰς δ' ἔχω τάσδ' οὐκ ἀγασθῆναι φίλοις,
Οὐδ' ἥδομαι φοιτῶσ' ἐπ' ἀνθρώπων φίλους.
Παραινέσαι δὲ, πρὶν σφαλεῖσαν εἰσιδεῖν,
Ἥρᾳ θέλω, σοί τ', ἢν πίθησθ' ἐμοῖς λόγοις.
Ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἄσημος οὔτ' ἐπὶ χθονί,
Οὔτ' ἐν θεοῖσιν, οὗ γέ μ' εἰσπέμπεις δόμους·
Ἄβατον δὲ χώραν καὶ θάλασσαν ἀγρίαν
Ἐξημερώσας, θεῶν ἀνέστησεν μόνος
Τιμὰς, πιτνούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο·
Ὥστ' οὐ παραινῶ μεγάλα βούλεσθαι κακά.

Nata sum, ex Nocte, et Cœli sanguine:
Honores vero hos habeo, ut non invideam amicis;
Neque lætor vadens adversus homines amicos.
Sed admonere, priusquam errantem *te* videam,
Junonem, teque volo; si obtemperaveritis meis verbis.
Vir hic non *est* obscurus, neque in terra,
Neque inter Deos, in cujus domum me mittis:
Regiones autem inaccessas, et ferum mare
Cum pacârit, solus *in integrum* restituit Deorum
Honores ab impiis viris labefactatos:
Itaque tibi suadeo, ut gravia mala non cupias.

ἀχερουσίων πόρων, aut *ὡς ἂν πορεύσαις πρὸς Ἀχερούσιον πόρον*. *Beck.*

836. Vide Pors. ad Hecub. 1038. *Herman.*

839. s. *Ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρὸς, ἔκ τε μητέρος Πέφυκα, Νυκτὸς, Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος,*] De persona hic loquente, quod non Lycus sit, sed Lyssa, hoc est Furia, vide infra ad v. 854. De Erinnyum, sive Eumenidum, Furiarum et Dirarum (tot enim nominibus vocantur) parentibus supra nonnihil attigimus, ad v. 818. et 830. Euripidis vero ingenium hic non laudare nequeo, qui diversa auctorum veterum figmenta simul jungit, et hanc Furiam non modo Nocte satam cum Neotericis, sed et Cœli sanguine, cum Veteribus, asserit. De qua re nos supra. Notandum est vero, nos Latinam versionem paulo tutius inflexisse, et pro *ex sanguine Noctis et Cœli*, magis ex historiæ fide vertisse, *ex Nocte et Cœli sanguine*. *Barnes.*

841. Ald. et prima Hervag. *τιμάς τ'*. Reliquæ *τιμὰς δ'*. Sensus est: hoc munus, de quo Iris dixit, habeo, non invidendum amicis. *Herman.*

ἀγασθῆναι φίλοις,] Sententiam minime commodam facit, sive *irascendi* sensum, sive contra *admirandi*, verbo tribuas. An legendum *ἀγασθῆναι σιφλοῖς*, *delectari malis*, vel *admirari*. Hesychius: *σιφλὸν, κακόν*. Nisi malis *σφαλεῖσ'*, i. e. *σφαλεῖσι*, *viris e statu dejectis*.

Maxime nunc placet: *οὐκ ἀγασθῆναι καλοῖς*, *non invidere rebus pulchris*, vel *honestis*. *Musg.*

Heath. vulgatum vertit: *ut amicis meis non succenseam;* hac scilicet de causa illam neque Herculem libenter infestasse, quia is deorum apud homines honores et cultum restituerat. *Beck.*

845. Legebatur *ἀνὴρ*. *Herman.*

846. *οὗ γέ μ' εἰσπέμπεις δόμους·*] Puto, ex hoc loco Scaligerum ductum, ut supra ad v. 821. *σώματα* verteret in *δώματα*. Sed dicendum quidem, Furiam immitti

Νυκτὸς κελαίνης ἀνυμέναιε παρθένε,
Μανίας τ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδε καὶ παιδοκτόνους
Φρενῶν ταραγμοὺς καὶ ποδῶν σκιρτήματα
Ἔλαυνε, κίνει, φόνιον ἐξίει κάλων,
Ὡς ἂν πορεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον
Τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ,
Γνῷ μὲν τὸν Ἥρας οἷός ἐστ' αὐτῷ χόλος,
Μάθῃ τε τὸν ἐμόν, ἢ θεοὶ μὲν οὐδαμοῦ,
Τὰ θνητὰ δ' ἔσται μεγάλα, μὴ δόντος δίκην.

ΛΥΣΣΑ.

Ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρός, ἔκ τε μητέρος

Noctis obscuræ innupta virgo,
Insaniam in virum hunc, et interfectricem-filiorum,
Mentis perturbationem, et pedum saltationem,
Injice, commove, cruentum immitte funem:
Ut transmissa per Acherontium fretum
Illa pulchra liberorum corona, propria manu,
Cognoscat, qualis in ipsum sit Junonis ira,
Et discat meam. Alioqui dii nihil,
Res vero mortalium erunt magnæ, si pœnas *iste* non dat.

LYSSA.

Ex generoso quidem patre, et matre

πασφαγεῖν. Est et χρῆν pro ἐχρῆν. Χρεὼ autem et χρεὼ idem, quod χρεία. *Barnes.*

Τὸ χρεὼν] Τὸ χρῆν, ὅ ταυτὸν μέν ἐστι τῷ χρεὼν, ἀποκέκοπται δὲ ἐκ τοῦ χρῆναι. *Scholiast.*

827. Sic Wakefieldius pro καινόν. Vide Sophocl. Antig. 201. *Herman.*

829. ἄτεγκτον] Ita optime Ed. Ald. Edd. recentes ἄτεγκτος. *Musg.*

Ἀλλ' εἶ', ἄτεγκτος] Εἶ' pro εἶα interjectio hortantis. ἄτεγκτος ὁ καὶ ἡ, ἀντὶ τοῦ ἀνηλεήμων, ὃς τοῖς δάκρυσιν οὐ τέγγεται. Scaliger legit ἄτεγκτον καρδίαν, utrique autem potest referri, vel Furiæ ipsi, vel etiam Herculi. *Barnes.*

In Cod. Reg. A. est ἄτεγκτον σὴν λαβοῦσα (i. e. συλλαβοῦσα) καρδία. v. Markl. ad Iphig. Aul. 407. *Beck.*

830. Νυκτὸς κελαινῆς ἀνυμέναιε παρθένε,] Cur virgines Furias finxerint veteres poëtæ, nempe quod ἀπροσπέλαστοι ἦσαν, cur nigras et Noctis filias, cæteraque hujusmodi, consule Eustathium in Homerum, fol. 763. lin. 26. etc. Vide etiam quæ nos supra ad v. 818. et infra ad v. 839. et v. 874. *Barnes.*

834. πορεύσας] Ita MSS. E. G. ut jam emendaverat Canterus. Pindarus Pyth. XI. Stroph. II. πόρευσ' Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὔσκιον. Ed. Ald. φονεύσας. Eadem editio ὃς pro ὡς, sed a vulgatis non discrepant MSS. *Musg.*

Ὡς ἂν φονεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον] Canterus legit πορεύσας, haud male: potest tamen et φονεύσας stare, si δι' Ἀχερούσιον πόρον de Herculis ipsius descensu ad Inferos sumatur, unde diis tanta orta est indignatio. Nescio, quid Scaligero in mentem venit, qui scriptum habet φορεύσας, nisi forte πορεύσας voluit. Æmilius Portus nihil explicat, nec difficultatem visus est vidisse; at in rebus minime dubiis explicandis ridicule occupatur. *Barnes.*

Reiskius emendat: Ὡς ἂν πορεύσας δι'



Πέφυκα Νυκτὸς, Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος,
Τιμὰς δ' ἔχω τάσδ' οὐκ ἀγασθῆναι φίλοις,
Οὐδ' ἥδομαι φοιτῶσ' ἐπ' ἀνθρώπων φίλους.
Παραινέσαι δὲ, πρὶν σφαλεῖσαν εἰσιδεῖν,
Ἥρᾳ θέλω, σοί τ', ἢν πίθησθ' ἐμοῖς λόγοις.
Ἀνὴρ ὅδ' οὐκ ἄσημος οὔτ' ἐπὶ χθονὶ,
Οὔτ' ἐν θεοῖσιν, οὗ γέ μ' εἰσπέμπεις δόμους·
Ἄβατον δὲ χώραν καὶ θάλασσαν ἀγρίαν
Ἐξημερώσας, θεῶν ἀνέστησεν μόνος
Τιμὰς, πιτνούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο·
Ὥστ' οὐ παραινῶ μεγάλα βούλεσθαι κακά.

Nata sum, ex Nocte, et Cœli sanguine:
Honores vero hos habeo, ut non invideam amicis;
Neque lætor vadens adversus homines amicos.
Sed admonere, priusquam errantem *te* videam,
Junonem, teque volo ; si obtemperaveritis meis verbis.
Vir hic non *est* obscurus, neque in terra,
Neque inter Deos, in cujus domum me mittis:
Regiones autem inaccessas, et ferum mare
Cum pacârit, solus *in integrum* restituit Deorum
Honores ab impiis viris labefactatos:
Itaque tibi suadeo, ut gravia mala non cupias.

ἀχερουσίαν πόρον, aut *ὡς ἂν πορεύσαις πρὸς Ἀχερούσιον πόρον*. *Beck.*

836. Vide Pors. ad Hecub. 1038. *Herman.*

839. s. *Ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρὸς, ἔκ τε μητέρος Πέφυκα, Νυκτὸς, Οὐρανοῦ τ' ἀφ' αἵματος,*] De persona hic loquente, quod non Lycus sit, sed Lyssa, hoc est Furia, vide infra ad v. 854. De Erinnyum, sive Eumenidum, Furiarum et Dirarum (tot enim nominibus vocantur) parentibus supra nonnihil attigimus, ad v. 818. et 830. Euripidis vero ingenium hic non laudare nequeo, qui diversa auctorum veterum figmenta simul jungit, et hanc Furiam non modo Nocte satam cum Neotericis, sed et Cœli sanguine, cum Veteribus, asserit. De qua re nos supra. Notandum est vero, nos Latinam versionem paulo tutius inflexisse, et pro *ex sanguine Noctis et Cœli*, magis ex historiæ fide vertisse, *ex Nocte et Cœli sanguine*. *Barnes.*

841. Ald. et prima Hervág. *τιμάς τ'*. Reliquæ *τιμὰς δ'*. Sensus est: hoc munus, de quo Iris dixit, habeo, non invidendum amicis. *Herman.*

ἀγασθῆναι φίλοις,] Sententiam minime commodam facit, sive *irascendi* sensum, sive contra *admirandi*, verbo tribuas. An legendum *ἀγασθῆναι σιφλοῖς*, *delectari malis*, vel *admirari*. Hesychius: *σιφλὸν, κακόν*. Nisi malis *σφαλεῖσ'*, i. e. *σφαλεῖσι*, *viris e statu dejectis*.

Maxime nunc placet: *οὐκ ἀγασθῆναι καλοῖς*, *non invidere rebus pulchris*, vel *honestis*. *Musg.*

Heath. vulgatum vertit: *ut amicis meis non succenseam;* hac scilicet de causa illam neque Herculem libenter infestasse, quia is deorum apud homines honores et cultum restituerat. *Beck.*

845. Legebatur *ἀνὴρ*. *Herman.*

846. *οὗ γέ μ' εἰσπέμπεις δόμους·*] Puto, ex hoc loco Scaligerum ductum, ut supra ad v. 821. *σώματα* verteret in *δώματα*. Sed dicendum quidem, Furiam immitti

ΙΡ. Μὴ σὺ νουθέτει τά θ' Ἥρας κἀμὰ μηχανήματα.
ΛΥ. Εἰς τὸ λῷστον ἐμβιβάζω σ' ἴχνος ἀντὶ τοῦ κακοῦ.
ΙΡ. Οὐχὶ σωφρονεῖν γ' ἔπεμψε δεῦρό σ' ἡ Διὸς δάμαρ.
ΛΥ. Ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ', ἃ δρᾶν οὐ βούλομαι.
Εἰ δὲ δή μ' Ἥρᾳ θ' ὑπουργεῖν, σοί τ' ἀναγκαίως ἔχει
Τάχος ἐπιῤῥοίβδην θ' ὁμαρτεῖν, ὡς κυνηγέτῃ κύνας,

Iris. Ne tu Junonis et mea consilia arguas.
Lys. In optimam semitam, pro mala, te duco.
Iris. Conjunx Jovis non misit te huc, ut moderate agas.
Lys. Solem testor me facere, quæ non cupio facere.
Si igitur me Junoni tibique inservire necesse est,
Celeriter, et cum impetu *te* sequi, ut venatorem canes *sequi solent*,

in Herculis quidem domum, ut illum furore corriperet, non autem contra domum illius militasse, sed contra corpus, i. e. ipsum Herculem, quem insigni clade jam afflixit. Figurate tamen etiam δώματα legi potuit, nisi σώματα melius hic staret; ita enim infra v. 860. Καὶ καταῤῥήξω μέλαθρα, καὶ δόμους ἐπεμβαλῶ, etc. *Barnes.*

849. Τιμὰς πιτνούσας ἀνοσίων ἀνδρῶν ὕπο·] Prior syllaba in πιτνούσας communis est, de qua re vide quæ nos ad Phœniss. v. 19.

ἀνοσίων ἀνδρῶν] Γιγάντων· De Gigantum impietate in Deos vide quæ nos ad Bacch. v. 535. Quod vero Hercules et Bacchus pro Deorum partibus steterint contra Gigantes, vide supra ad hujus fabulæ, v. 177. *Barnes.*

Per ἀνοσίους ἄνδρας non intelliguntur Gigantes, sed viri impii et facinorosi, qui terram et maria latrociniis et cædibus infesta reddiderant, quibusque sublatis, restituti diis et eorum legibus honores dici poterant. *Heath.*

850. Recepi Musgravii emendationem ὥστ' οὐ pro vulgato σοί τ' οὐ. *Herman.*

Supervacuum et ineptum est σοί τ', cum antea dixisset Ἥρᾳ — σοί τ', v. 844. Lego igitur: ὥστ' οὐ παραινῶ. *Musg.*

851. κακὰ] Optime Reiskius κἀμὰ. Confer 836. et v. 844. *Musg.*

καλὰ] Quum olim κακὰ male aderat, nec sine magna versus jactura, Gul. Canterus καλὰ legebat, quem sequor. Scaliger minus attentus ad literarum vestigia, κακά. *Barnes.*

Post νουθέτει punctum delendum, et aut comma ponendum, aut abesse debet omnis distinctio; deinde pro καλὰ legi κἀμὰ, *Junonis et meas machinationes.* (Sic quoque Heath. qui ad μηχανήματα supplet ἀμφὶ, *circa machinationes.*) Ita debebat refingi e vet. ed. lectione κακά. vid. v. 849. ἐμβιβάζουσ' est ἐμβιβάζουσα, non ἐμβιβάζουσι, *immittens in viam bonam, quæ pravam debent ire.* *Reisk.*

852. Hic versus Iridi continuabatur, versus 853. Lyssæ erat, 854 Iridis. Emendavit Musgravius, cui etiam ἐμβιβάζω σ' pro ἐμβιβάζουσ' debetur. *Herman.*

ἐμβιβάζουσ'] Haud dubie est pro ἐμβιβάζουσα, non, ut interpres accipit, pro ἐμβιβάζουσι tertia persona plurali. Phrasis εἰς ἴχνος ἐμβιβάζειν est apud Plutarchum, Op. Mor. p. 911. Ed. H. Steph. Quanquam et ἐμβιβάζουσα vitiosum esse suspicor, legendum vero, Lyssæ persona præfixa:

ΛΥ. Εἰς τὸ λῷστον ἐμβιβάζω σ' ἴχνος, ἀντὶ τοῦ κακοῦ.

Alioqui dicet Iris, meliora esse, quæ Lyssa monet, quam quæ decreverat Juno. Nec nullam vim habet, quod in Aldina proxime sequens Lyssæ tribuatur, alter Iridi, tertius iterum Lyssæ; quæ nomina si singula uno versu superius apposita essent, existeret ea, quam probo, personarum distributio. *Musg.*

854. Vide Pors. Suppl. Præf. ad Hec. p. clxxviii. *Herman.*

Ἥλιον μαρτυρόμεσθα] Quum Lycus, in Choro præcedenti, ab Hercule fuerit occisus, unde et ipse clamaverit: Ὦ πᾶσα Κάδμου γαῖ', ἀπόλλυμαι δόλῳ, et de eo



Εἶμί γ'· οὔτε πόντος οὕτω κύμασι στένων λάβρως,
Οὔτε γῆς σεισμός, κεραυνοῦ τ' οἶστρος, ὠδῖνας πνέων,
Οἷ' ἐγὼ σταδιοδραμοῦμαι στέρνον εἰς Ἡρακλέους,
Καὶ καταῤῥήξω μέλαθρα, καὶ δόμους ἐπεμβαλῶ,
Τέκν' ἀποκτείνασα πρῶτον· ὁ δὲ κανὼν οὐκ εἴσεται
Παῖδας, οὓς ἔτικτ', ἐναίρων, πρὶν ἂν ἐμῆς λύσσης ὑφῇ.

Vado: neque pontus adeo violenter fluctibus ingemiscens,
Neque terræ motus, et fulminis impetus dolores spirans,
Ut ego curram in pectus Herculis,
Et rumpam tecta et domum injiciam,
Interficiens primum liberos: qui vero occidet, nesciet
Liberos se, quos genuit, occidere, priusquam liberatus fuerit a mea rabie.

ibidem Chorus pronuntiaverit: Γέροντες, οὐκ ἔτ' ἐστὶ δυσσεβὴς ἀνήρ· miror, quid hac in re passus Henricus Stephanus, quæ Lyssæ, id est Furiæ, recte olim tribuebantur, nunc sine ulla ratione, imo contra omnem rationem et veterum codicum fidem, (quicquid ille de iis prædicet) hæc tamen Lyco tribuit; ut et alia supra ad v. 839. Ἐξ εὐγενοῦς μὲν πατρὸς ἔκ τε μητέρος. Ad hunc locum hæc ille: *Hæc quoque* Λύσσῃ *in veteribus tribuuntur; et in fine paginæ hic versus:* Οὐχὶ σωφρονεῖν γ' ἔπεμψε, etc. *continuatur sub Iridis persona. At proxime sequens hic:* Ἥλιον μαρτυρόμεσθα, etc. *a Lyco profertur, una cum sequentibus, ad illum usque locum, unde verba Chori incipiunt. In versu autem, qui incipit:* Εἰ δὲ δή μ', *reponendum esse* δεῖ *pro* δὴ, *controversum esse non potest.* Ita ille, nimis infeliciter; etiam in hoc quod extra controversiam δὴ legendum sit, ut olim: non δεῖ· ut is fatebitur, qui verba ἀναγκαίως ἔχει in hoc versu viderit; ita enim is locus ordinandus: Εἰ δὲ δή με τῇ τε Ἥρᾳ καὶ σοὶ ἀναγκαίως ἔχει ὑπουργεῖν κατὰ τάχος, καὶ ἐπιῤῥοίβδην ὁμαρτεῖν σοι, ὡς κύνα τῷ κυνηγέτῃ συρίζοντι, Εἶμί γε, κ. λ. Non hæc ostentationis causa notamus, sed quia vulnera, a tam docto viro impacta, magis remedium poscebant. *Barnes.*

855. Εἰ δὲ δή μ'] De hoc loco vide in nota ad v. 854. *Barnes.*

856. Τάχος] Pro κατὰ τάχος, ut Rhes. v. 983. Sic οὐχὶ τάχος ῥίψεις; in Epigr. Incerti. Antholog. H. Steph. p. 86.

κύνας,] Ita MSS. tres, et, si scripturæ compendium recte capio, Aldina. Vulgo κύνα. *Musg.*

ἐπιῤῥοίβδην, ῥοιζηδόν. *Scholiast.*

857. Brub. λάβρος. *Herman.*

Lege, Εἶμι, κοὔτε κ. τ. λ. *Elmsl.*

Constructio postulare videtur, ut scribatur λάβρος. *Non pontus fluctibus ingemiscens adeo est impetuosus.*

Jacobs Spec. Emend. p. 10. conjicit: οὕτω πνεύμασι στένων λάβροις, quia et in Soph. Ajac. 683. est: πνευμάτων ἐκοίμισε στένοντα πόντον. *Beck.*

858. Wakefieldius οἰστός. *Herman.*

859. Sic libri, neque aliter citavit Porsonus ad Med. 675. Quo auctore, quave analogia hoc defendi possit, nescio. Fort. στάδια δραμοῦμαι. *Herman.*

860. Καὶ καταῤῥήξω μέλαθρα,] Vide supra ad v. 846. *Barnes.*

861. ὁ δὲ κανὼν οὐκ εἴσεται] Brodæus reponendum putat κτανὼν pro κανὼν, in qua emendatione (inquit idem Henricus Stephanus) rationem eum habuisse puto mensuræ versus duntaxat; quum alioqui καίνω, a quo est κανὼν pro κτείνω accipi satis notum sit. Ita ille. Miror autem, illum dicere, se putare, Brodæum mensuræ duntaxat versus habuisse rationem, quod legeret κτανὼν pro κανὼν, quum aperte κανὼν sit vox versui commodior, κτανὼν autem etiam adversetur; ut cuivis, cui trochaici versus ratio nota est, patebit. *Barnes.*

Et κανὼν et κτανὼν per versum stare potest, judice Struchtm. An. Crit. p. 154. *Beck.*

862. Legebatur ἐμᾶς λύσσας ἀφῇ. Facillimum erat, scribere ἐμὰς. At noc λύσσαι numero plurali facile invenietur, et ἀφιέναι rectius furor Herculem, quam Hercules furorem dicitur. Quare ἐμῆς λύσσης ὑφῇ scripsi. Herodot. I. 156.

Ἢν ἰδού, καὶ δὴ τινάσσει κρᾶτα βαλβίδων ἄπο,
Καὶ διαστρόφους ἑλίσσει σῖγα γοργωποὺς κόρας,
Ἀμπνοὰς δ' οὐ σωφρονίζει, ταῦρος ὣς ἐς ἐμβολήν,
Δεινὰ μυκᾶται δέ, Κῆρας ἀνακαλῶν τὰς Ταρτάρου.
Τάχα σ' ἐγὼ μᾶλλον χορεύσω καὶ καταυλήσω φόβῳ.
Στεῖχ' ἐς Οὔλυμπον πεδαίρουσ', Ἶρι, γενναῖον πόδα.
Εἰς δόμους δ' ἡμεῖς ἄφαντοι δυσόμεσθ' Ἡρακλέους.
ΧΟ. ὁ α'. Ὀτοτοτοῖ, στέναξον· ἀποκείρεται πρόφρδός.

En, ecce. Et jam quatit caput a carceribus,
Et distortos truculentos oculos tacite volvit.
Anhelitum vero moderatur, ut taurus sub impetum:
Mugit vero dira invocans Furias Tartari.
Ego te mox magis incitabo, et terrore personabo:
Vade in Olympum, O Iri, tollens generosos pedes:
In ædes vero nos invisibiles penetrabimus Herculis.
Cho. Eheu, eheu, geme: detondetur

ὑπὸ τῆς ὀργῆς. Wakefieldius ἀνῇ. *Herman.*

865. ἐς ἐμβολὴν,] Malim ὑπ' ἐμβολὴν, *sub ipsum insultus tempus*. Deinde, Cantero præeunte, Δεινὰ μυκᾶται δὲ. *Musg.*

866. Δεινὰ] Cantero debetur pro δεινὸς præcedentibus juncto. *Herman.*

Tollenda distinctio post Δεινὸς, et legendum Δεινὰ μυκᾶται δὲ (*et sicut taurus impetum facturus terribiliter mugit*); aliter de metro actum est, quod jam monuit Canter. — Ex Heath. Etiam Reisk. idem observarat. *Beck.*

867. καταυλήσω] MS. G. καταντλήσω. Sed præstat vulgata. Sic καταυλουμένους πρὸς Χιλωνίδος. Athenæus, p. 527. F. *Musg.*

868. Erfurdtio placebat οὐρανόν. *Herman.*

πεδαίρουσ',] De voce Πεδαίρω vide supra ad v. 815. Legitur autem vel simpliciter pro πόδας αἴρω, vel cum accusativo πόδα, aut κῶλον, ut in loco modo laudato et hic. *Barnes.*

870. De hoc carmine vide præfationem. Legebatur ὀτοτοτοτοτοτοῖ. Ἀποκείρεται Canterus pro ἀποκείρετε. *Herman.*

ἀποκείρεται] Canteri emendatio est, quam cum Barnesio recepi. Ed. Ald. ἀπόκυρί τι. *Musg.*

Τὰ δ' ὑπερέβαλε, παρέδραμε, etc.] Ταῦτα, δηλονότι τὰ ὑπὸ Ἡρακλέους κατὰ τριῶν παίδων αὐτοῦ δεδραμένα, καὶ ἄλλον φόνον περίσημον κακῷ, ὑπερέβαλε, καὶ παρέδραμε, δηλονότι τῇ δεινότητι, ἤγουν τὸν φόνον τοῦ Ἴτυος, ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Πρόκνης δεδραμένον, καὶ τὰ τότε κακὰ πεπραγμένα τῷ τάλανι ἀλλ' ὅμως διογενεῖ καὶ εὐγενεῖ κόρῳ τῆς μονοτέκνου Πρόκνης, ἤγουν Ἴτυϊ, Τηρέως καὶ Πρόκνης μονογενεῖ παιδί. De Procnæ, Philomelæ, Tereique et Ityos historia vide Apollod. Bibl. Lib. III. c. 13. sect. ult. item Ovid. Metam. Lib. VI. Fab. 8. Scaliger pro τὰ δ' legit τάδ', Duportus, τὸ δ', neuter mihi placet. *Barnes.*

Τάδ' casu accus. ponitur, et Danaidum facinus designat, quod ab Ityos cæde facti atrocitate superatum testatur poëta. *Heath.*

1016. Videtur lectio sana esse, modo aliter, quam a Barnesio factum, explicetur. Hoc dicit, opinor: Itye hostiam possum dicere mactatam, ut a Musis celebraretur. Brodæus videtur λέξαι Μούσαις junxisse, quod ut ad constructionem durum est, ita sensum turbat. *Herman.*



Σὺ δὲ τέκνα τρίγονα τεκόμενος, ὦ δάϊε,
Λυσσάδι συγκατειργάσω μοίρᾳ.
ΧΟ. ὁ γ'. Ἐς τίνα στεναγμὸν,
Ἢ γόον, ἢ φθιτῶν ᾠδὰν, ἢ τὸν Ἀΐ-
δα χορὸν ἰαχήσω;
ΧΟ. ὁ δ'. Φεῦ φεῦ, στροφὴ α'.
Ἴδεσθε, διάνδιχα κλῇθρα
Κλίνεται ὑψιπύλων δόμων.

Tu vero tres filios, quos genuisti, O infelix,
Rabioso confecisti fato.
Ad quem gemitum
Aut luctum, aut defunctorum carmen, aut Plutonis
Chorum resonabo?
Heu, heu,
Videte, bifariam claustra
Altarum ædium panduntur.

θυόμενον] An legendum τιόμενον, *celebratum*. *Musg.*

Φόνον ἔχω λέξαι θυόμενον Μούσαις·] Hanc cædem Musis factam dicit poëta, quia exinde *factæ erant canoræ aves*, ut Duport. notat: Procne enim hirundo, philomela, luscinia, Tereus factus upupa. Philomela autem præcipue est Musis sacra avis, ob dulcissimam cantilenam ejus; unde et Ἀηδὼν quasi ab ἀείδω, dici videtur. Hinc Eurip. Helen. v. 1108. *Σὲ τὰν ἐναύλοις ὑπὸ δενδροκόμοις, Μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν, ἀναβοάσω, Σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδὸν Ἀηδόνα δακρυόεσσαν.* *Barnes.*

Heath. θρεόμενον scribit eodem sensu, *cædem — a Musis celebratam*. *Beck.*

1017. Prave emendatur, quia ὦ δάϊε non usurpant tragediæ scriptores. Complures aliorum conjecturas videre licet in notulis Barnesii ad h. l. Veram lectionem esse putamus ὦ τάλας. Hæc lectio nec sensum nec versum lædit. Similitudo quidem inter ΔΑΙΣ et ΤΑΛΑΣ minime obvia. Sed hæc tragedia de rebus minutis fastidire nos vetat. In ed. Ald. πέδον pro πόρον invenimus, v. 80. πότμον pro πάθος, v. 269. τελεῖς pro τύχαις, v. 301. θεῶν pro χρεὼν, 311. πύλας pro πηγὰς, v. 390. πατρὸς pro πικρὸν, v. 482. πέπλων pro πρέπων, v. 547. λύσωμεν pro λάβωμεν, v. 725. φονέας pro πορεύσας, v. 834. πέπλων pro τέκνων, v. 920. θυμῷ pro θύων, v. 931. ἀθλίου pro ἀγρίου, v. 1386. Et menda ejusmodi haud minus miranda. *Elmsl.*

ὦ δάϊε.] Canteri conjectura est, quam non dubitavi recipere. Valet autem: *O miser*. Sic ὦ δαΐα Τεκμήσσα, Soph. Ajac. v. 795. ubi Scholiastes: δάϊον, κοινῶς τὸ πολέμιον, Ἀττικῶς δὲ, τὸ δύστηνον. Ed. Ald. ὦ δαΐς, quod varie a variis tentatum est. *Musg.*

Σὺ δὲ τέκνα τρίγονα τεκόμενος, ὦ παῖ Διὸς,] Παῖ Διὸς restituo pro δαΐς, quod prius obtinebat; Canterus legebat δάϊε, idem Scaliger et Duportus, sed non usquequaque literarum vestigiis servatis. Æmilius Portus aliam lectionem esse, *videl.* ὦ Διὸς, et certe ex δαΐς et διὸς fit παῖ διός. Henricus Stephanus ait: *Pro* δαΐς *sunt qui reponendum putent* ὦ Διὸς παῖ. *At* Brodæus ὦ δαΐς *legens*, exponit ὦ *filiorum carnifex Hercules. Quid si vero scribamus*, ὦ παῖ, *vel* ὦ παῖς, *ut* Chorus Senum Herculem *vocet* filium, *utens compellatione senibus usitata ad natu minores*. *Barnes.*

Heath. præfert H. Stephani emendationem ὦ παῖ. *Beck.*

1019. Ἐς τίνα, in quemnam, in occisione, an in omn. qui occidit. *Herman.*

Non recte hic procedit sententia. Lego:

ἐς τίνα στεναγμὸν, ἢ γόον,



ΧΟ. ὁ ί. Ὦ μοι, ἀντιστρ. α'.
Ἴδεσθε τὰ τέκνα πρὸ πατρὸς
Ἄθλια κείμενα δυστάνου.
ΧΟ. ὁ στ'. Εὕδοντος ὕπνον δεινὸν ἐκποδὼν φόνου. ἐπῳδός.
ΧΟ. ὁ ζ'. Πέρι δὲ δεσμὰ καὶ πολύβροχ' ἀμμάτων στροφὴ β'.
Ἐρείσμαθ' Ἡράκλειον . . . .
Ἀμφὶ δέμας τάδε λαΐνοι-

Heu me!
Videte miseros istos liberos ante patrem
Miserum jacentes.
Qui dormit gravem somnum seorsim a strage.
Circa autem vincula, et ex multis laqueis compacta nodorum
Retinacula circa corpus Herculis
Hæc lapideas alligata

ἢ φθιτῶν ᾠδὰν,
ἢ τὸν Ἀΐδα χορὸν ἰαχήσω;

Quibus quem gemitum, aut luctum, aut inferorum invocationem, aut Plutonis Chorum, resonabo?

ᾠδὰν præbent MSS. G. et 2714. Ed. Aldina αὐδὰν, pro quo Scaliger ἀοιδάν. χορὸν ἄϊδα, ut χορὸν τὸν ᾅδας σέβει, Suppl. v. 86. Offendat forte aliquem χορὸν ἰαχεῖν. Sed videntur Græci χορὸν et χορείαν nonnunquam de carminibus adhibuisse. Apollon. Rhod. Lib. II.

— τόν γε χορείῃ μέλψαν ἀοιδῇ.

Ubi Scholiastes: τῇ μετὰ χοροῦ λεγομένῃ ᾠδῇ. Sic et Philo Judæus cygneam Mosis cantionem χορείας vocat, p. 477. Ed. Turneb. Sic et Aristophanes χορείαν ἐφθεγξάμεσθα, Ran. v. 250. et vicissim χορεύσασθαι βοὰν, Thesmoph. v. 109.

Plato de Legg. II. χορεία γε μὴν ὄρχησίς τε καὶ ᾠδὴ τὸ σύνολόν ἐστι, p. 788. A. Idem: χορεία δὲ τὸ ξυναμφότερον κληθείη, p. 795. C. Clemens Alexand. χορείαν inter poëmatum species recenset, p. 508. C. *Musg.*

1024. Κλίνεται] Male MSS. Steph. κλίνοντα. *Musg.*

Κλίνεται] Ita restituo ex Aldina optima editione, pro κλίνοντα, quam vocem Henricus Stephanus ex Veteri Codice, nescio quo, male, ut mihi videtur, restituit. Idque satis docto lectori apparebit, quod elisio nulla fit, ut fieri certe deberet, si κλίνοντα legeretur, ante vocem ὑψιπύλων. Recte itaque Brodæus κλίνεται retinet, vertitque *prostratæ jacent;* de foribus loquens, quas cum Megara, unico filiolo secum abrepto, contra Herculem clauserat, ille eo furens amplius, suo robore adeo diffregit, ut etiam cum cardinibus ipsis et postibus humi prostrarit. Ut supra apparet ad v. 996. Ἀλλὰ φθάνει νιν ἡ τάλαιν' εἴσω δόμων Μήτηρ ὑπεκλαβοῦσα καὶ κλείει πύλας· Ὁ δ', ὡς ἐπ' αὐτοῖς δὴ Κυκλωπίοισιν ὤν, Σκάπτει, μοχλεύει, θύρετρα· κἀκβαλὼν σταθμὰ, &c. *Barnes.*

1025. Legebatur ἰώ μοι. *Herman.*

1026. Legebatur τάδε, quod ut ferri possit correpta prima sequentis vocabuli syllaba, non puto tamen a poëta scriptum esse. *Herman.*

1026. s. Lege Ἴδεσθε δὲ τέκνα πρὸ πατρός. *Elmsl.*

1028. Εὕδ. — φόνου.] Hæc Prev. reddit ita: il dort d'un sommeil effrayant hors de l'enceinte souillée de sang; adjicitque hanc notam: Ce mot (ἐκποδὼν) me paroît placé là pour indiquer que le lieu de la scène ne devoit pas être souillée de sang. Il paroît cependant qu'on devoit

σιν ἀνημμένα τ' ἀμφὶ κίοσιν οἴκων.
ΧΟ. ὁ ή. Ὁ δ', ὥς τις ὀρνίς, ἄπτερον καταστένων ἰαμβοί.
Ὠδῖνα τέκνων, πρέσβυς, ὑστέρῳ ποδὶ
Πικρὰν διώκων ἤλυσιν, πάρεσθ' ὅδε.
ΑΜ. Καδμεῖοι γέροντες, οὐ σῖγα σῖ- στροφὴ γ.
γα; τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσατ' ἐκ-
λαθέσθαι κακῶν.
ΧΟ. ὁ θ'. Καὶ σέ γε δακρύοις στένω, πρέσβυ,
καὶ στροφὴ δ.

Circa columnas sedium.
Hic vero, veluti avis, gemens implumem
Partum liberorum, senex tardo pede
Acerbum iter conficiens, adest hic.
Am. Senes Thebani, non tacite, tacite
Somno resolutum sinetis
Oblivisci malorum?
Cho. Et te gemo lacrymis, senex, et

appercevoir les corps dans l'enfoncement; du moins le chœur les voit. *Beck.*

1029. Legebatur περὶ δισμὰ δὲ καί. *Herman.*

Περὶ δὲ δισμὰ] Ita MS. E. Ed. Ald. περὶ δισμὰ δὲ. *Musg.*

1030. Lacunæ signa metri indicio posui. *Herman.*

Ἐρείσμαθ'] Duportus legit συρήμαθ', sed vox σύρημα vix satis authentica est, et περίδισμα recte vocantur πολύβροχα ἐρείσματα, ὅτι δι' αὐτὰ Ἡρακλῆς εὕδων πρὸς κίον' ἐρείδεται, καὶ ἐρειδόμενος τοῖς θιαταῖς προδείκνυται. *Barnes.*

1031. Legebatur λαΐνοις ἀνημμένα ἀμφὶ κίοσιν οἴκων, nisi quod Ald. Brub. Herv. prima οἰκῶν. *Herman.*

Altero ἀμφὶ amisso, proximi versus metrum idem ac illud vv. 1023. 1069. Versus antecedens conferri posset cum vv. 1024. 1067. Notavit Wakefieldius τὰ μὲν subaudiri ante Ἡράκλειον, et pertinere ad v. 636. Ellipsis ejusdem alium exemplum vide v. 569. *Elmsl.*

τὰ δὲ, *alia autem.* Sic scribendum, non τάδε, *hæc.* *Musg.*

1032. οἴκων.] Ita Edd. recent. monente H. Steph. nec variat MS. E. Ed. Ald. οἰκῶν. *Musg.*

1035. τὴν λύσιν,] Optime Canterus ἤλυσιν, quod hic edi volueram. Sic ἤλυσιν προτιθεῦσα, Hecub. v. 67. βαίνων ἤλυσιν, Phœn. v. 859. διώκων, *urgens, accelerans,* ut διώκουσ' ἄτρεστον πόδα, Æschyl. Eumen. v. 406. vid. et Sept. c. Theb. v. 377. Pers. v. 84. *Musg.*

Πικρὰν διώκων ἤλυσιν, πάρεσθ' ὅδε.] Cum olim scriptum esset διώκων τὴν λύσιν, Canterus dixit: Puto, Euripidem scripsisse διώκων ἤλυσιν, quo vocabulo in Phœnissis etiam de Tiresia utitur. Locus exstat Phœniss. v. 859. Πυκνὴν δὲ βαίνων ἤλυσιν μόλις περῶ. Notandum autem est, Amphitryonem non jam de solvendo Hercule cogitare; sed tardo gressu Chorum accedere: quare nihil τὴν λύσιν, sed multum ἤλυσιν, i. e. βάσιν, valet. *Barnes.*

1036. ss. Καδμεῖοι γέροντες, οὐ (σῖγα, σῖ | γα) τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσετ' ἐκ | λαθέσθαι κακῶν;] Hoc modo hi versus adhiberi debent. Vulgo legitur ἐάσετε λαθέσθαι. ἐάσετε Barnesius, ἐκλαθέσθαι Hermannus, emendavit. Conf. Æsch. Theb. 256. οὐ (σῖγα) μηδὲν τῶνδ' ἐρεῖς κατὰ πτόλιν; *Elmsl.*

Hinc sextum actum inchoat Prev. *Beck.*

1037. Nisi, ut Wakefieldius, post σῖγα interrogationis signum posueris, cum Barnesio legendum erit ἐάσετε. Ἐκλαθέσθαι



Τέκνα, καὶ τὸ καλλίνικον κάρα.
ΑΜ. Ἑκαστέρω πρόβατε, μὴ κτυπεῖτε, μὴ στροφὴ ι'.
Βοᾶτε, μὴ τὸν εὖ διαύοντα ὑ-
πνώδεά τ' εὐνᾶς ἐγείρετε.
ΧΟ. ὁ ί. Οἴμοι, στροφὴ ια'.
Φόνος ὅσος ὅδ' ΑΜ. Ἆ ἆ, διά μ' ὀλεῖτε. ΧΟ. ὁ ί.
Κεχυ-
μένος ἐπαντέλλει.

Liberos, et præclaris-victoris insignem virum.
Am. Longius abscedite, ne strepitum faciatis, ne
Clametis, ne tranquille agentem
Et somniculosum *ex* somno excitetis.
Cho. Heu me,
Quanta hæc *est* cædes! *Am.* Ah, ah, discedite. *Cho.* Iratus
Vultum attollit;

pro vulgato λαθέσθαι scripsi. In Oreste 319. τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον ἰάσατ' ἐκλαθέσθαι λύσσας. *Musg.*

ἰάσατε] Legendum cum Barnesio ἰάσετε, quod et superscriptum habet meum Aldinæ exemplar, puto, ex MS. *Musg.*

1039. Addidi γε. *Herman.*

Legit Hermannus, Καί σέ γε δακρύοις. Legimus, Κατά σε δακρύοις στένω, i. e. καταστένω σε δακρύοις. καταστένω ter in hac tragedia occurrit, vv. 1033. 1106. 1132. *Elmsl.*

1041. Ald. μὴ κτυπεῖτε, κτυπεῖτε, μὴ βοᾶτε. Alterum κτυπεῖτε reliqui omittunt. Deinde pro εὖ διαύοντα, MSS. Stephani ἐνδιαύοντα. Graviter hanc stropham corruptam esse etiam metra indicant, quæ non modo longe ab antistrophicis recedunt, sed plane sunt insolentia. Indiget hic locus, si quis alius, codicum auxilio. Si tamen conjecturæ locus est, ita fere scribendum suspiceris:

ἑκαστέρω πρόβατε, μὴ κτυπεῖτε, μὴ
βοᾶτε τὸν εὖ διάγονθ' ὑ-
πνώδεα γ' ἐξ εὐνᾶς,

ut μὴ βοᾶτε ἐξ εὐνᾶς sit pro μὴ βοῇ ἐξ εὐνῆς ἐγείρετε, et ita ἐγείρετε ex interpretatione ortum putetur. Nisi malis, μὴ βοᾷ τις τὸν εὖ διάγονθ' ὑπνώδε' ἐγειρέτω μοι. In εὖ διάγοντα etiam Seidlerus incidit. *Herman.*

1042. εὖ διαύοντα] Emendat Scaliger εὖ ἰαύοντα, Barnesius, eodem sensu, εὖ διαύοντα. Sed num Amphitryon proximo versu *somnolentum* duntaxat dixisset, quem hoc versu *bene dormientem* dixerat. Lego: εὐδιάοντα, i. e. ἐν εὐδίᾳ ὄντα, ἀτρεμέοντα. Sic εὔδιον ὕπνον, Oppian. Halieut. Lib. I. v. 25. et v. 136. MSS. Steph. ἐνδιαύοντα, quod non juvat. *Musg.*

διϊαύοντα] Ita pro διαύοντα repono. Scaliger legit ἰαύοντα, sed mihi composita vox magis placet, ob hiatum vitandum. An ἐνδιάοντα pro εὖ διαύοντα. *Barnes.*

Reisk. legit εὔδι' ἰαύοντα, id est, εὔδια, *placida, placide.*

Heath. probat lectionem codd. Steph. ἐνδιαύοντα, *meridiantem*, sed versus ita constituit:

Τὸν ἐνδιαύοντ', ὑπνώδεά τ' periodus.
Εὐνᾶς ἐγείρετε iambicus dimeter brachycatalectus.
Beck.

1044. s. Versum ita Heath. disponit:

ΧΟ. Οἴμοι, φόνος ὅσος ὅδε; iambicus dimeter brachycatalectus.
ΑΜ. Ἆ, ἆ, διαμελεῖτε. idem.

v. 1047. s. idem ita:

ἄξετ' ὦ γέροντες, ithyphallicus.
Μὴ δέσμ' ἀνεγειρόμενος. prosodiacus.
Beck.

Πρὸς Ἐρινύσι θ' αἷμα σύγγονον ἕξει.
ΧΟ. ὁ ιέ. Τότε θανεῖν σ' ἐχρῆν, ὅτε δάμαρτι σᾷ ἀντ. ϛ'.
Φόνον ὁμοσπόρων
Ἔμελλες ἐκπράξειν Ταφίων περίκλυστον ἄστυ πέρσας.
ΑΜ. Φυγᾷ, φυγᾷ γέροντες, ἀποπρὸ δωμάτων ἀντ. ε'.
Διώκετε, φεύγετε μάργον
Ἄνδρ' ἐπεγειρόμενον.
Τάχα δὲ φόνον ἕτερον ἐπὶ φόνῳ βαλὼν ἀντισ. δ'.
Οὐδ' ἀναβακχεύσει Καδμείων πόλιν.

Et præter Furias habebit cædem cognatam.
Cho. Tunc te mori opportuit, quando conjugi tuæ
Cædem fratrum
Ulturus eras, eversa insulari urbe Taphiorum.
Am. Fuga, fuga, senes, procul ab ædibus
Currite, fugite furiosum
Virum excitatum.
Mox cædem alteram ad cædem addens,
Bacchabitur per urbem Thebanorum.

omissa putetur apodosis. Aliter apodosis hoc versu incipienda esset, scribendo πρὸς Ἐρινύσι τε. *Herman.*

1069. κ. ὅτε δάμαρτι σᾷ Φόνον ὁμοσπόρων Ἔμελλες ἐκπράξειν Ταφίων περίκλυστον ἄστυ πέρσας.] Οἱ Τάφιοι καὶ οἱ Τηλεβόαι στρατεύσαντες ἐπὶ τὰς Ἠλεκτρύωνος βοῦς, ἀνεῖλον τοὺς αὐτοῦ παῖδας, τῆς Ἀλκμήνης ἀδελφοὺς, τῶν θρεμμάτων ὑπεραγωνιζομένους. Ὁ δὲ πατὴρ ἀχθεσθεὶς τὸν Ἀλκμήνης γάμον ἐπέσχε γαμεῖσθαι, τῷ θέλοντι διεκδικῆσαι τὸν θάνατον τῶν παίδων αὐτοῦ. Ὁ οὖν Ἀμφιτρύων ἐπιστρατεύσας ἀνεῖλεν αὐτοὺς, καὶ Τάφον τὴν νῆσον εἷλεν, πρὶν τῇ Ἀλκμήνῃ συνελθεῖν. Νῆσον λέγω· Τάφος γὰρ, ἣν εἶχον οἱ Τάφιοι καὶ Τηλεβόαι λῃϊστορες ἄνδρες, ὡς Ὅμηρος αὐτοὺς καλεῖ, νῆσος ἦν, μία τῶν Ἐχινάδων τῶν πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ· ὅθεν ὀρθῶς Εὐριπίδης αὐτὴν καλεῖ Ταφίων περίκλυστον ἄστυ, οἷα δὴ νησαῖον. De hac re ita Hesiodus Scut. Herc. v. 15. de Amphitryone loquens: Οὐ γάρ οἱ ἦεν πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι ἐϋσφύρου Ἠλεκτρυώνης, πρίν γε φόνον τίσαιτο κασιγνήτων μεγαθύμων Ἧς ἀλόχου, μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας Ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων. Vide supra ad v. 60. item Apollonii Rhodii Scholiasten et Hesiodi Scholiastas ad Herculis Scutum, et Apollodori Bibliothec. Lib. II. c. 4. §. 5, 6, 7. Eustathium in Odyss. α'. et in Dionysii Periegesin, Stephanum περὶ πόλεων et lexicographos. *Barnes.*

1070. Φόνον ὁμοσπόρων] Fratrum sc. Alcmenæ, qui a Taphiis prœlio occisi sunt. Apollod. Lib. II. c. 4. sect. 6. *Musg.*

ὁμοσπόρων] Hesiod. Scut. Herculis v. 17. Κασιγνήτων μεγαθύμων. *Barnes.*

1070. s. Φόνον ὁμοσπόρων Ἔμελλες ἐκπράξειν] Ἔμελλες hic secundam corripit. Versus enim est asynartetus ex penthemimeri trochaica, et dochmaico. *Heath.*

1071. Ἔμελλες ἐκπράξειν] *Cum ulcisci parares*, i. e. antequam Hercules genitus esset, quod factum est, expeditione in Taphios finita. Apollod. Lib. II. c. 4. sect. 6. Hesiod. Scut. Herc. v. 15. et seq. *Musg.*

1073. Διώκετε,] Hesychius: διώκειν — μεθ' ὁρμῆς φεύγειν, ubi vide, quæ in notis citantur. *Musg.*

1075. Addidi δέ. *Herman.*

1076. Addidi οὐδ'. *Herman.*

ἀναβακχεύσει Καδμείων πόλιν.] Ἀναβακχεύσει primam hic producit. Versus e asynartetus ex duabus penthemimerib trochaicis. *Heath.*

ΧΟ. Ὦ Ζεῦ, τί παῖδ' ἤχθηρας ὧδ' ὑπερκότως
Τὸν σόν, κακῶν δὲ πέλαγος εἰς τόδ' ἤγαγες.
ἩΡ. Ἔα,
Ἔμπνους μὲν εἰμι, καὶ δέδορχ' ἅπερ με δεῖ,
Αἰθέρα τε καὶ γῆν, τόξα θ' ἡλίου τάδε·
Ὡς δ' ἐν κλύδωνι καὶ φρενῶν ταράγματι
Πέπτωκα δεινῷ, καὶ πνοὰς θερμὰς πνέω,
Μετάρσι', οὐ βέβαια, πνευμόνων ἄπο.
Ἰδού, τί δεσμοῖς, ναῦς ὅπως, ὡρμισμένος

Cho. O Jupiter, quare odisti adeo immodice filium
Tuum, et induxisti in mare hoc malorum?
Her. Hem.
Spiro quidem, et video quæ me oportet,
Aërem et terram, et radios hosce solis.
Ut in tempestatem, et mentis perturbationem
Incidi gravem, et spiritus ferventes duco,
Sublimiter, non æqualiter, ex pulmonibus.
Eheu, quid vinculis, ceu navis, devinctus,

1077. Hunc et sequentem versum, qui in libris Herculi tribuebantur, Scaliger Amphitryoni, Heathius et Tyrwhittus Choro adscribendos censuerunt. *Herman.*

Legit Wakefieldius ὑπερκότως, et laudat Heath. ad Æsch. Agam. 476. tacet Hermannus. *Elmsl.*

Hoc distichon sub persona Amphitryonis continuandum censet Scaliger. Rectius, meo judicio, Tyrwhittus [et ante eum Heath.] Choro tribuit. Ab Hercule certe non enunciari, ostendit v. 1105. *Musg.*

Ὦ Ζεῦ,] Hoc distichum Scaliger sub persona Amphitryonis continuat, Herculemque facit loqui incipere ad Ἔα. *Barnes.*

1078. τόδ'] MSS. Steph. τόνδ'. *Musg.*

κακῶν πέλαγος] Vide Erasmum in Adagio, Mare malorum. Ita Hippolyt. v. 824. Κακῶν δ' ὦ τάλας πέλαγος εἰσορῶ. Ita Ion. v. 923. Οἴ μοι· μέγας θησαυρὸς ἄγνυται κακῶν. *Barnes.*

1079. Ἔα,] Extra versum ponitur. Vide ad Ion. v. 1311. *Barnes.*

1081. τόξα θ' ἡλίου τάδε·] Τόξα ἀκτῖνας καλεῖ, μεταφορικῶς. Ita radii solis Apollinis dicuntur sagittæ; radios enim sol, ut sagittas, in terras jaculatur, atque spargit ex inexhausta sua lucis pharetra, ut orbem collustret. Hinc Apollo Τόξιος colitur in Sicyone. Hesychius: Τοξίου βουνός· τοῦ Ἀπόλλωνος, τοῦ ἐν Σικυῶνι. Ideo et ἑκηβόλος, ἑκατηβόλος, ἑκατηβελέτης, ἑκάεργος, Apollo a Poëtis dicitur, ut et Diana ἰοχέαιρα, et τοξότις, et utrisque arcus et sagittæ tribuuntur, ob hanc nimirum radiorum jaculationem. *Barnes.*

1082. δ' ab Reiskio et Wakefieldio additum. *Herman.*

Reisk. scribit ὡς δ' ἐν ob præcedens μέν. *Beck.*

1085. ss. Ἰδού. τί δεσμοῖς, ναῦς ὅπως, ὡρμισμένος Νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα Πρόσυμμαι θραυστῷ λαΐνῳ τειχίσματι; Ἡ μὲν νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχω,] "Friget, vehementer friget, nec loci granditatem spirat, humilis locutio, πρόσυμμαι τειχίσματι. Liquido mihi constat Euripidem non adeo negligenter venustam figuram administrasse, nec ad hunc quodammodo morem non scripsisse versus pulcherrimos: Ἰδού. τί δεσμοῖς, ναῦς ὅπως, ὡρμισμένος Νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα, Θραυστῷ προσῆμμαι λαΐνῳ τειχίσματι; *Muro alligatus sum vinculis, ut in portu navis.* Wakefield. Elegantia verba magis quam emendationis accuratio hanc totam notam adscribamus faciunt. Legimus, Πρὸς ἡμιθραύστῳ

Νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα
Πρόσειμι θραυστῷ λαΐνῳ τειχίσματι;
Ἦ μὴν νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχω,
Πτερωτὰ δ' ἔγχη, τόξα τ' ἔσπαρται πέδῳ,
Ἃ πρὶν παρασπίζοντ' ἐμοῖς βραχίοσιν
Ἔσωζε πλευράς, ἐξ ἐμοῦ τ' ἐσώζετο.
Ἦ που κατῆλθον αὖθις εἰς Ἅιδου πάλιν

Juvenilem thoracem, et brachium,
Adsum ad fractam lapideam columnam?
Sedeo, vicinas mortuis sedes habens.
Alatæque sagittæ, et arcus sparsi sunt humi,
Quæ antea meis brachiis adjuncta,
Servabant latera, et a me servabantur.
Numnam redii iterum ad inferos,

λαΐνῳ τυχίσματι, Ἧμαι, νεκροῖσι γείτονας θάκους, ἔχων; quod hic ἡμίθραυστον τυχίσμα, supra διχοῤῥαγὴς κίων appellatur, v. 1003. In secundo versu, emendationem Musgravii recepimus. Hermannus, quem vim ἦ μὴν rectius habere oportuit, cum Wakefieldio legit: Ἦ μὴν νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχω. Qui emendationem nostram versus antecedentis laudant ἡμίθραυστος lexicis suis addent. *Elmsl.*

Ἰδοὺ,] Malim, ἰώ. Neminem enim hactenus adesse animadverterat v. 1097. *Musg.*

1085. ss. Ἰδοὺ, τί δεσμοῖς, ναῦς ὅπως ὡρμισμένος,
νεανίαν θώρακα καὶ βραχίονα
πρόσειμι θραυστῷ λαΐνῳ τυχίσματι
Ἦ μὴν νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχω.

Tentavimus olim:

πρόσειμι θραυστῷ λαΐνῳ Γ' ἘΡΕΙΣΜΑΤΙ

in Specimine Emendd. p. 110. quod ad columnam alligatus erat Hercules;

ἀνήρτημαι πρὸς κίονα.

v. 1006. Certe verbum τείχισμα de columna usurpatum insolens videri debet. In seq. versu hæremus in Ἦ μὲν quod Musgravius felicissime correxit in

Ἧμαι νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχων.

Mihi in mentem venerat;

Καὶ μὴν νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχω.

v. Hogeveen Doctr. Part. Græc. p. 399. ed. Schüz. *Jacobs.*

1087. Jacobs Spec. Em. p. 109. s. id quod hic λάϊνον τείχισμα vocatur, supra v. κίων erat. Quare forsitan legere possis:

πρόσειμι θραυστῷ λαΐνῳ γ' ἐρείσματι.

Beck.

1088. Libri ἦ μὲν. Ἦ μὴν jam Wakefieldius. Musgravius ἧμαι — ἔχων. *Herman.*

Haud dubie mendosum est Ἦ μὲν. Legendum forte:

Ἧμαι, νεκροῖσι γείτονας θάκους ἔχων.

Musg.

Ἦ μὲν νεκροῖσι γείτονας θάκους] Hunc versum Scaliger extra sedem putat et disponi vult inter versum 1091. Ἔσωζε πλευράς, etc. atque versum 1092. Ἦ που κατῆλθον, etc. Sed nulla hujus dispositionis mihi videtur necessitas; non enim hic per νεκροῖσι *manes* notat, sed *occisorum* cadavera, nempe uxoris et trium liberorum; quos nondum agnoscit Hercules, sed miratur, juxta mortuos se positum, et sagittas suas hinc inde sparsas, etc. *Barnes.*

Reisk. conjicit: τί μὴν νεκροῖσι. *Beck.*

1089. Ald. Brub. Herv. prima πτερωτὰ τ' ἔγχη. τόξα δ'. Herv. secunda, rell. πτερωτὰ τ' ἔγχη, τόξα τ'. *Herman.*

1092. πάλιν et μολὼν in edd. Commelin. Paulli Steph. et Barn. permutatis

Εὐρυσθέως δίαυλον εἰς Ἅιδου μολών;
Ἀλλ' οὔτε Σισύφειον εἰσορῶ πέτρον,
Πλούτωνά τ', οὐδὲ σκῆπτρα Δήμητρος κόρης.
Ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῦ ποτ' ὢν ἀμηχανῶ;
Ὠή, τίς ἐγγύς, ἢ πρόσω φίλων ἐμῶν,
Δύσγνοιαν ὅστις τὴν ἐμὴν ἰάσεται;
Σαφῶς γὰρ οὐδὲν οἶδα τῶν εἰωθότων.

Eurysthei reciprocam viam ad inferos profectus?
At neque Sisypheum intueor saxum,
Neque Plutonem, neque sceptra filiæ Cereris.
Obstupui certe. Ubinam sim ignoro.
Eheu; quis prope, vel procul *est*, meorum amicorum,
Qui meæ ignorantiæ medeatur?
Nihil enim certo agnosco consuetorum.

sedibus leguntur. Musgravius recte suis locis restituit e MSS. et edd. Ald. Brub. Herv. Brod. Probanda videtur conjectura Piersoni in Verisim. p. 224. ἐντολαῖς pro εἰς Ἅιδου restituentis, quod tamen non, ut illi placet, v. 1093. sed v. 1092. faciendum est. *Herman.*

Ἦπου] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. οὔπου. *Musg.*

1092. s. Sic constituendi, adjuvantibus vet. edd. οὔπω κατῆλθον αὖθις εἰς ᾅδου, πάλιν Εὐρυσθέως δίαυλον, ὡς σταδιεύς, μολών. οὔπω est nostrum *ich bin doch wohl nicht etwan. Reisk.*

1093. Merito Piersonum offendit εἰς ᾅδου repetitum. Reponit autem, quod sane magnam speciem habet: *

Εὐρυσθέως δίαυλον ἐντολαῖς μολών.

Εὐρυσθέως ἐντολαῖς, ut infra v. 1269. Male in Edd. recent. πάλιν hunc versum terminat, μολὼν vero præcedentem, intermutatis sedibus, quas in Aldina et MSS. obtinent. *Musg.*

1094. Ut vulgo legitur, hujusce loci sensus est, Herculem, non Sisyphum lapidemque ejus, sed Plutonem, videre. Sic Æschylus Prom. 244. ἐγὼ γάρ· οὔτ' ἂν εἰσιδεῖν τάδε Ἔχρῃζον, εἰσιδοῦσά τ' ἠλγύνθην κέαρ. Ibid. 260. Ἥμαρτες. ὡς δ' ἥμαρτες, οὔτ' ἐμοὶ λέγειν Καθ' ἡδονήν, σοί τ' ἄλγος. Euripides Heracl. Καὶ μήτε κινδύνευ', ἐπιθέτω τι μοι Τίνι'. His in locis negativus, οὔτε vel μήτε ad sequentem sententiæ partem non attinet. Hunc locum igitur facile corrigamus. Ἀλλ' οὔτε Σισύφειον εἰσορῶ πέτρον, Πλούτωνά τ'. Potest etiam legi οὔτε σκῆπτρα, servante οὔτε Σισύφειον. Emendationem priorem malumus. Οὔτε sæpius ponitur post ἀλλά. Vid. Vol. XIX. p. 482. libri cui titulus *The Edinburgh Review.* Fortasse etiam ἠδὲ σκῆπτρα cum Wakefieldio legere debemus. *Elmsl.*

πέτρον,] Ed. Ald. πετρόν. *Musg.*

Σισύφειον εἰσορῶ πέτρον,] Pindari Scholiast. Σίσυφος δὲ πέτρον μέγιστον εἰς ἀνάντη τόπον κομίζων, καὶ ὁπότε εἰς ἄκρον ἔλθοι τοῦ τόπου, ἀπολισθαίνοντα τὸν λίθον αὖθις ἀνάγων. Apollodorus Bibliothec. Lib. I. c. 9. §. 3. Κολάζεται δὲ Σίσυφος ἐν ᾅδου, πέτρον ταῖς χερσὶ καὶ τῇ κεφαλῇ κυλίων, καὶ τοῦτον ὑπερβάλλειν θέλων· οὗτος δὲ ὠθούμενος ὑπ' αὐτοῦ, ὠθεῖται πάλιν εἰς τοὐπίσω. Hinc Horat. *Optat supremo* collocare Sisyphus in monte saxum. Partim ex Brodæi notis. *Barnes.*

1096. ποῦ ποτ' ὢν ἀμηχανῶ;] *Ubi tandem positus, locum ignoro?* Male interpres: *et, ubinam sim, ignoro. Musg.*

Valck. ad Hippol. 938. hunc versum corrigit ita: Ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῦ ποτ' εἰμ' ἀμηχανῶ. *Beck.*

1097. Male legebatur τίς ἐγγύς. *Herman.*

ΑΜ. Γέροντες, ἔλθω τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας;
ΧΟ. Κἄγωγε σὺν σοί· μὴ προδῷς τὰς ξυμφοράς.
'ΗΡ. Πάτερ, τί κλαίεις καὶ ξυναμπίσχει κόρας,
Τοῦ φιλτάτου σοι τηλόθεν παιδὸς βεβώς;
ΑΜ. Ὦ τέκνον, εἶ γὰρ καὶ κακῶς πράσσων ἐμός.
'ΗΡ. Πράσσω δ' ἐγὼ τί λυπρόν, οὗ δακρυῤῥοεῖς;
ΑΜ. Ἃ κἂν θεῶν τις εἰ πάθοι, καταστένοι.
'ΗΡ. Μέγας γ' ὁ κόμπος· τὴν τύχην δ' οὔπω λέγεις.
ΑΜ. Ὁρᾷς γὰρ αὐτός, εἰ φρονῶν ἤδη κυρεῖς.
'ΗΡ. Εἴπ', εἴ τι καινὸν ὑπογράφει τῷ 'μῷ βίῳ.

Am. Senes, num ibo prope mea mala?
Cho. Et ego tecum, non prodens calamitates.
Her. Pater, quid ploras, et tegis oculos,
A charissimo filio tuo longe discedens?
Am. O fili; es enim meus, tametsi infelix sis.
Her. Quid vero ego mali patior, quamobrem plores?
Am. Quæ, si quis vel Deorum pateretur, gemeret.
Her. Magnum sonans vox est: sed casum nondum dicis.
Am. Vides enim ipse, si jam mentis es compos.
Her. Dic, si quid novi criminis vitæ meæ intentas.

1100. Hic demum Chorus ex orchestra prodit in scenam ipsam. *Beck.*

1101. προδοὺς] Ita MSS. Steph. Ald. προδῷς. *Musg.*

1102. s. Πάτερ, τί κλαίεις. καὶ συναμπίσχῃ κόρας
Τοῦ φιλτάτου σοι τηλόθεν παιδὸς βεβώς.

Videsis an scribendum sit

καὶ συναμπίσχῃ κάρα.

ut v. 1226. Heraclid. 540. Ion. 1476. Electra 108. et passim. *Jacobs.*

1106. Emendatio hujus versus Cantero debetur. Ed. Ald. ἀκανθεῶν τις εἶπαθ', οἱ καταστένοι. *Musg.*

Ἃ κ' ἂν θεῶν τις εἰ πάθοι, καταστένοι.] Ita rectissime hunc versum, distinguendo male olim juncta, legit Canterus Novarum Lection. Lib. V. c. 1. Henr. Stephanus, cum non valeret mentem loci assequi, falsis codicibus iterum se venditabat, et frivolis conjecturis impeditiorem reddebat; de quo idem Canterus: *Stephani quidem, hoc de loco misere se torquentis, valde me miseret.* Scaliger et Æmil. Portus hanc lectionem laudant. Duportus ἄγαν legit, haud adeo feliciter, cætera probat. Vetus lectio ita se habebat: Ἀκανθεῶν τίς εἶπαθ', οἱ καταστένοι. Qua nihil absurdius. Joh. Brodæus de ἄκαν exponendo mire nugatur. In hac re Canterus primus recte vidit. *Barnes.*

1107. Μέγας γ'] Ita MS. 2714. In Ed. Ald. deest γ', metro laborante. Ultimam certe corripit μέγας, Soph. Ajac. v. 205. *Musg.*

1109. ὑπογράφῃ] Vox, ut videtur, forensis. Themistius Orat. XV. τὴν ἀντωμοσίαν ὑμῖν ἀναγνωστέον, ἣν ὑπογράφονται καθ' ἡμῶν οἱ κομψοὶ κατήγοροι. Verte igitur: *Dic, an novi criminis aliquid vitæ meæ intentas.*

ὑπογραφὴ habet Plato Theætet. p. 126. F. ὑπογραφαὶ Scholiastæ Aristoph. ad Nub. 37. videntur esse tabulæ eorum, quæ ærario debentur. *Musg.*

Forte, ὑπετράφη, succrevit. *Reisk.*

1110. Musgravius, Εἰ μηκέθ' Ἅιδου βάκχος εἶ, φράσαιμεν ἄν. Non opus vide-

ΑΜ. Εἰ μηκέθ' Ἅιδου βάκχος, ἐκφράσαιμεν ἄν.
'ΗΡ. Παπαί, τόδ' ὡς ὕποπτον ᾐνίξω πάλιν.
ΑΜ. Καί σ', εἰ βεβαίως εὖ φρονεῖς ἤδη, σκοπῶ.
'ΗΡ. Οὐ γάρ τι βακχεύσας γε μέμνημαι φρένας.
ΑΜ. Λύσω, γέροντες, δεσμὰ παιδός, ἢ τί δρῶ;
'ΗΡ. Καὶ τόν γε δήσαντ' εἴπ'· ἀναινόμεσθα γάρ.
ΑΜ. Τοσοῦτον ἴσθι τῶν κακῶν, τὰ δ' ἄλλ' ἔα.
'ΗΡ. 'Αρκεῖ σιωπὴ γὰρ μαθεῖν, ὃ βούλομαι; 1129
ΑΜ. Ὦ Ζεῦ, παρ' Ἥρας ἆρ' ὁρᾷς θρόνων τάδε;
'ΗΡ. 'Αλλ' ἤ τι κεῖθεν πολέμιον πεπόνθαμεν;

Am. Si non amplius Ditis famulus es, dicam.
Her. Papæ? ut hoc suspectum obscure dixisti iterum.
Am. Et te jam considero, an constanter animi compos sis.
Her. Atqui non memini me mente captum fuisse.
Am. Senes, solvamne vincula filii, aut quid agam?
Her. Dic etiam eum, qui ligavit: moleste enim *hoc* ferimus.
Am. Tantum scias malorum: cætera vero omitte.
Her. Sufficitne enim silentium, ut discam quæ cupio?
Am. O Jupiter hæc (videsne) a sede Junonis *profecta* sunt.
Her. An aliquid ab illa mali passi sumus?

tur. Μηκέθ' pro μὴ καθ' Canteri emendatio est. *Herman.*

Docui ad Hippolytum v. 551. legendum esse:

εἰ μηκέθ' ᾅδου βάκχος εἶ, φράσαιμεν ἄν.

Siquidem non amplius Ditis famulus es, dicam. Viderat Canterus, pro μὴ καθ' scribendum esse μηκέθ', sed alterum non attigit. *Musg.*

Εἰ μὴ καθ' Ἅιδου βάκχος,] Βάκχος, μανία, λύσσα, ἣν ἐμαίνετο ἐξ ᾅδου ἀνιὼν ἄρτι. Canterus legendum putat: Εἰ μηκέθ' ᾅδυ. Scaliger legit κατᾳδου pro καταειδου, hoc pro κατηειδου, ab ἀείδω, cano, nescio, qua mente. Certe Bacchus hic pro furore, qualis Bacchantibus adesse solebat, qualemque modo Hercules ostenderat, sumitur. *Barnes.*

Reisk. mavult: Εἰ μὴ 'κράτει σου Βάκχος, *nisi te teneret furor,* nisi tibi dominaretur. *Beck.*

1111. ᾐνίξω] Ab 'Ηνιξάμην, thema αἰνίττομαι, *tecte loquor.* Hinc ænigma, Αἴνιγμα, ab αἶνος, parabolica locutio. Αἰνίζομαι vero *laudo,* Homer. περὶ γάρ σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων. *Barnes.*

1113. Aut τι leg. cum vet. ed. loco τε, aut οὐ γὰρ βεβακχευκώς. *Reisk.*

1115. ἀναινόμεσθα] Defendat forte aliquis ex Theognid. v. 710. hujus fab. v. 1219. Mihi vix dubium est, quin scripserit auctor ἀτιμώμεσθα, *infames reddimur.* *Musg.*

1117. Recepi Heathii emendationem. Vulgo ἀρκεῖ. σιωπῇ γὰρ μαθεῖν οὐ βούλομαι. *Herman.*

Levi mutatione emendaveris, quod et vidit Heathius:

ἀρκεῖ σιωπὴ γὰρ μαθεῖν, ὃ [vel ἃ] βούλομαι;

Silentiumne ergo sufficit, ut discam, quæ cupio? Idem in Andromeda, quanquam aliis verbis, dixerat: σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων. Tyrwhitto placet σιωπῇ γὰρ παθεῖν οὐ βούλομαι. *Musg.*

'Αρκεῖ] Τοῦτο ἀρκείσθω σοι, πάτερ, ὅτι πάντα σαφῶς λέγεσθαί μοι θέλω, καὶ οὐ βούλομαι σιωπῇ ταῦτα μαθεῖν. *Barnes.*

Forte, μαθεῖναι βούλομαι, volo enim silentio prætermittere. *Reisk.*

ΑΜ. Τὴν θεὸν ἐάσας, τὰ σὰ περιστέλλου κακά.
ʽΗΡ. Ἀπωλόμεσθα· συμφορὰν ἕξεις τινά.
ΑΜ. Ἰδού, θέασαι τάδε τέκνων πεσήματα.
ʽΗΡ. Οἴμοι, τίν' ὄψιν τήνδε δέρκομαι τάλας;
ΑΜ. Ἀπόλεμον, ὦ παῖ, πόλεμον ἔσπευσας τέκνοις.
ʽΗΡ. Τί πόλεμον εἶπας; τούσδε τίς διώλεσεν;
ΑΜ. Σύ, καὶ σὰ τόξα, καὶ θεῶν ὃς αἴτιος.
ʽΗΡ. Τί φής; τί δράσας; ὦ κάκ' ἀγγέλλων πάτερ.
ΑΜ. Μανείς· ἐρωτᾷς δ' ἄθλι' ἑρμηνεύματα.
ʽΗΡ. Ἦ καὶ δάμαρτός εἰμ' ἐγὼ φονεὺς ἐμῆς;

Am. Missa Dea, cura tua mala.
Her. Periimus! aliquam calamitatem occultas?
Am. Ecce, aspice liberorum cadavera hæc.
Her. Heu me, quale spectaculum video miser?
Am. Infelix, O fili, bellum studiose fecisti liberis.
Her. Quid bellum narras? quis perdidit hos?
Am. Tu, et arcus tuus, et deorum quisquis *est* autor.
Her. Quid ais? quid feci? O pater mala nuncians.
Am. Insaniens: quæris autem miserabilem narrationem.
Her. An et uxoris meæ sum ego interfector?

1118. Musgravius: Ὦ Ζεῦ, παρ' Ἥρας (ἆρ' ὀρῇς;) θρόνων τάδε. Non opus. *Herman.*

Distinguendum:

ὦ Ζεῦ, παρ' Ἥρας (ἆρ' ὁρᾷς) θρόνων τάδε. *Musg.*

Leg. ἆρα δρῇς φρενῶν τάδε, *num consiliis* (suasu, instigatu) *Junonis fecisti hæc?* aut παρῆξας a παράγω, aut προκύψας, *prospiciens. Reisk.*

1121. Legebatur ἕξεις τινά. Primus Brodæus λέξεις pro ἕξεις; inde alii. Signum interrogationis recte omisit Wakefieldius. Ἕξεις non mutandum. Vide Orest. 248. Suppl. 1038. Ion. 1354. *Herman.*

ἕξεις] Certatim emendant viri docti λέξεις. Mihi magis arridet στέγεις. Phœn. v. 1229. κακόν τι κεύθεις, καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ. *Musg.*

ἕξεις] Brodæus, Canterus, Scaliger, λέξεις legunt, quæ vera videtur lectio. *Barnes.*

λέξεις, aut ἐρεῖς, etiam Reisk. *Beck.*

1122. πεσήματα.] Πτώματα, *cadavera*, quæ et πέσια dicuntur, a τὸ πέσος. Phœniss. v. 1715. Ὦ φίλα πεσήματ' ἄθλι' ἀθλίου πατρός. *Barnes.*

Ἀπόλεμον πόλεμον illustrat Brunck. ad Æschyl. Prom. 912. *Beck.*

1126. καὶ θεῶν ὃς αἴτιος.] Junonem innuit, sed cum non ausit eam nominatim citare, ne ira magis inflammetur, εὐφημότερος ait: *quisquis fuit ille Deorum*, θεῶν ὃς αἴτιος. *Barnes.*

1131. στεναγμῶν γάρ με περιβάλλει νέφος.] Sic Homerus: νέφος εἵπετο πεζῶν. Sic Euripides Phœniss. v. 257. Ἀμφὶ δὲ πόλιν νέφος ἀσπίδων. *Barnes.*

1133. Sic libri. Nihil afferunt critici, quod vel commemoratione dignum sit. Si quid video, scribendum est, ἃ γὰρ ξυνήρπαξ' οἶκον ἐκβάκχευμ' ἐμόν. Non est in lexicis ἐκβάκχευμα, sed ejus vocabuli interpretatio fuit ἡ βάκχευσις, cujus vestigia in textu habemus. Mox Ald. Herv. pr. Brub. δυστυχεῖ. Cant. δυστυχῶ. *Herman.*

ἡ 'βάκχευσ'] Legendum cum Reiskio Βακχεὺς, *velut Bacchus.* Nota sunt vel ex Horatio *tecta Pentheos* a Baccho *dis-*



ΑΜ. Μιᾶς ἅπαντα χειρὸς ἔργα σῆς τάδε.
ἩΡ. Αἶ αἶ· στεναγμῶν γάρ με περιβάλλει νέφος.
ΑΜ. Τούτων ἕκατι σὰς καταστένω τύχας.
ἩΡ. Ἦ γὰρ συνήραξ' οἶκον, ἢ βάκχευσ' ἐμόν;
ΑΜ. Οὐκ οἶδα, πλὴν ἕν· πάντα δυστυχεῖ τὰ σά.
ἩΡ. Ποῦ δ' οἶστρος ἥμας ἔλαβε; ποῦ διώλεσεν;
ΑΜ. Ὅτ' ἀμφὶ βωμὸν χεῖρας ἡγνίζου πυρί.
ἩΡ. Οἴμοι· τί δή γε φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς,
Τῶν φιλτάτων μοι γενόμενος παίδων φονεύς,
Κοὐκ εἶμι πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα,

Am. Hæc omnia *sunt* unius manus tuæ facinora.
Her. Heu, heu! circumdat enim me nubes luctuum.
Am. Propter hæc deploro tuas calamitates.
Her. An etiam confregi meam domum, ut furore percitus?
Am. Haud scio præter unum *hoc*, omnia tua *sunt* infelicia.
Her. Ubi vero furor nos invasit? ubi perdidit?
Am. Quum ad aram manus expiabas igne.
Her. Heu me! quid igitur parco vitæ meæ,
Cum factus sum interfector meorum charissimorum liberorum?
Nec ad politi saxi saltus eo!

jecta non levi ruina, de quo vid. nostri Bacchas v. 623. *Musg.*

Heath. emendaverat: ἢ 'βάκχευσ'. *Beck.*

1134. De industria, et religione motus, loquitur Amphitryo obscurius. Nam numen fuerat, quod ipsum compelleret. *Beck.*

1136. Ὅτ' ἀμφὶ βωμὸν χεῖρας ἡγνίζου πυρί.] Ita supra Nuntius dicit, Herculem tum primum furore correptum, quum ad aram torrem ex altari flammantem tincturus esset in aqua lustrali, v. 925. Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν, εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης τόκος, ἔστη σιωπῇ, etc. *Barnes.*

1137. Non repugnem, si quis malit τί δῆτα. Recte tamen se habere vulgatam puto, nec debebam particulas δή γε improbare ad Aristoph. Nub. 677. 783. Apud Euripidem inveniuntur in Iph. Taur. 944. Suppl. 173. quo in loco non recte, mea sententia, Porsonus ad Hecub. 13. δῆτα legit. *Herman.*

Τί δῆτα est certa lectio quod in textum intulit Schæferus. Sic Æsch. Prom. 746. Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει Ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας; Soph. Œd. T. 1159. Τί δῆτ' ἐγὼ οὐχὶ τοῦδε τοῦ φόβου σ' ἄναξ, Ἐπείπερ εὔνους ἦλθον, ἐξελυσάμην; Eurip. Hippol. 1068. Ὦ θεοί, τί δῆτα τοὐμὸν οὐ λύω στόμα, Ὅστις γ' ὑφ' ὑμῶν, οὓς σέβω, διόλλυμαι; Aristoph. Lys. 181. Τί δῆτα ταῦτ' οὐχ ὡς τάχιστα, Λαμπιτοῖ, Ξυνωμόσαμεν ὅπως ἂν ἀῤῥήκτως ἔχῃ; Ibid. 1159. Τί δῆθ' ὑπηργμένων γε πολλῶν κἀγαθῶν Μάχεσθε, κοὐ παύεσθε τῆς μοχθηρίας. Ex hisce quinque exempla tria adscripsit Elmsleius (ad Heracl. 805.), et hoc in loco τί δῆτα præfert. Elmsleius quoque signum interrogandi ante φονεύς poni deberi dicit, et verba sequentia novam sententiam novamque quæstionem incipere debere: Οὐκ εἶμι πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα, Ἢ φάσγανον πρὸς ἧπαρ ἐξακοντίσας, Τέκνοις δικαστὴς αἵματος γενήσομαι, Ἢ σάρκα τὴν ἐμὴν καταπιμπρὰς πυρί, Δύσκλειαν, ἥ μένει μ', ἀπώσομαι βίῳ; *Nonne ibo meipsumque de rupe præcipitabo*, &c. Sic Androm. Οὐ σπαράξομαι κόμαν; οὐκ ἐπιθήσομαι ἐμῷ κάρᾳ κτύπημα χειρὸς ὀλοόν; *Nonne capillos vellicabo*,

Ἢ φάσγανον πρὸς ἧπαρ ἐξακοντίσας,
Τέκνοις δικαστὴς αἵματος γενήσομαι;
Ἢ σάρκα τὴν ἐμὴν κατεμπρήσας πυρί,
Δύσκλειαν, ἣ μένει μ', ἀπώσομαι βίου;
Ἀλλ' ἐμποδών μοι θανασίμων βουλευμάτων
Θησεὺς ὅδ' ἕρπει, ξυγγενὴς, φίλος τ' ἐμός.
Ὀφθησόμεσθα, καὶ τεκνοκτόνον μύσος

Aut gladio in hepar adacto,
Vindex fiam sanguinis liberorum:
Aut carnem meam cremans igni,
Infamiam vitæ, quæ me manet, repellam?
Sed impedimento mihi letalium consiliorum,
Venit Theseus hicce, cognatus et amicus meus.
Conspiciemur *ab eo, et* cæsorum liberorum piaculum

&c. Hel. 550. Οὐχ ὡς δρομαία πῶλος, ἢ Βάκχη θεοῦ, Τάφῳ ξυνάψω κῶλον; Med. 874. Οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι θυμοῦ; Conf. Æsch. Suppl. 845. Οὐκ οὖν, οὐκ οὖν (supplendum ἔσονται) τιλμοὶ, τιλμοὶ, καὶ στιγμοὶ, πολυαίμων φόνιος | ἀποκοπὰ κρατός; Nonne crines evellam. Cujus loci vim minus recte interpretes intellexerunt. *Elmsl.*

τί δή γε φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς,] Videbimus postea ad v. 1338. quod Hercules, quanquam nunc de morte sibi inferenda malis suis distractus deliberat, voluntariam mortem, seu Αὐτοφονίαν, timiditatis damnet. At quod etiam impium sit, de vita, velut ex arce nobis nostræque fidei tradita, duce invito egredi, testatur in Platonis Phædone, sect. 5. Socrates, ita loquens: Ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις περὶ αὐτῶν (ἀνθρώπων) λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διϊδεῖν. Ita quoque post Socratem Cicero de Somnio Scipionis: "Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec injussu ejus, a quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum a deo assignatum defugisse videamini." Idem in primo Tusculan. Quæst. Vetat enim dominans ille in nobis deus, injussu hinc nos suo demigrare. Idem Ciceronis locus a Macrobio bene tractatur in Somnii Scipionis, Lib. I. c. 13. *Barnes.*

1139. λισσάδος] Ita bene emendat Brodæus. vid. Androm. v. 531. Apollon. Rhod. Lib. II. Theocrit. Idyll. XXII. v. 37. Ed. Ald. λυσσάδος. *Musg.*

Κοὐκ εἶμι πέτρας λισσάδος πρὸς ἅλματα,] Androm. Λισσάδος· ὡς πέτρας. Scholiast. ἀπὸ λείας πέτρας. Apollonius Argon. Lib. II. — τῇδ' ὑπὸ πέτρᾳ Λισσάδος ἐῤῥίζωντο ἁλίβροχοι. Theocritus: Εὗρον ἀέναον κράναν ὑπὸ λισσάδι πέτρᾳ. *Brodæus.*

1142. κατεμπρήσας] Ita MSS. Steph. Ed. Ald. ἐμπρήσας. *Musg.*

κατεμπρήσας] Duportus legit ἀντεμπρήσας, sed κατεμπρήσας ex vetustis Codicibus eruisse se Stephanus dicit, et hoc jam in Lexico receptum; quare maneat per me licet. Aldina editio una syllaba deficiens ἐμπρήσας tantum habuit. *Barnes.*

1145. Θησεὺς ὅδ' ἕρπει, συγγενὴς, φίλος τ' ἐμός.] Quomodo Theseus et Hercules consanguinitate erant inter se juncti, supra ostendimus ad Heraclid. v. 210. et v. 37. Quod autem Theseus amicus erat Herculis, æque ac Pirithoi, utpote ab eo magnis beneficiis constrictus, ut etiam illius gestorum æmulus, testatur Plutarchus in Vita Thesei. *Barnes.*

1147. Fortior evadet locutio, legendo cum Reiskio, φιλτάτῳ ξένων ἐμῶν. Sic Soph. El. 15. Νῦν οὖν, Ὀρέστα, καὶ σὺ φίλτατε ξένων Πυλάδη, τί χρὴ δρᾶν ἐν τάχει βουλευτέον. Emendationem hanc plane neglexit Hermannus. *Elmsl.*

φιλτάτων] Optime Reiskius φιλτάτῳ. Nihil certe libentius audituri erant Athe-



Εἰς ὄμμαθ' ἥξει φιλτάτων ξένων ἐμῶν.
Οἴμοι, τί δράσω; ποῦ κακῶν ἐρημίαν
Εὕρω; πτερωτὸς, ἢ κατὰ χθονὸς μολών;
Φέρ', ἐν πέπλοισι κρατὶ περιβάλω σκότος.
Αἰσχύνομαι γὰρ τοῖς δεδραμένοις κακοῖς,
Καὶ τῷδε προστροπαῖον αἷμα προσβαλὼν,
Οὐδὲν κακῶσαι τοὺς ἀναιτίους θέλω.

Veniet in conspectum charissimi meorum hospitum.
Hei mihi, quid faciam? ubi malorum solitudinem
Inveniam! alatusne, an subter terram vadens?
Age, quid si vestibus tenebras offundam capiti?
Pudet enim me scelerum, quæ patravi,
Et huic piacularem sanguinem irrogans,
Nullo malo-afficere volo innocentes.

nienses, quam Theseum sic reliquis Herculis hospitibus anteferri. *Musg.*

1148. Legebatur ποῦ. *Herman.*

1150. Edd. vett. φέρ' ἂν, omisso πέπλοισι, quod e MSS. Stephani receptum. Heathius ἂν in ἐν mutavit. *Herman.*

Φέρ' ἂν πέπλοισι] Vox πέπλοισι, MSS. Steph. debetur. *Musg.*

Φέρ' ἂν πέπλοισι κρατὶ περιβάλω σκότος.] Henricus Stephanus primus restituit πέπλοισι, sed illi ἂν in hoc loco haud satis apta videtur, ut neque Duporto, qui legit ὡς ἂν, pro φέρ' ἂν et Ἔα: non enim satis sibi in hac re constans videtur. Quid si φέρ' αὖ legamus? Nec tamen ἂν omnino ineptum habeo. *Barnes.*

Heath. mavult: φέρ' ἐν πέπλοισι, quia ἂν hic nullum locum habeat,

Solebant Veteres semper in gravissimo luctu caput tegere peplo. *Beck.*

1152. Vulgatum προσλαβὼν Canterus in προσβαλὼν mutavit. Τῷδε est *mihi.* *Herman.*

προσλαβὼν,] Recte Canterus προσβαλών. Sed neque sic persanatur ulcus. Legendum:

καὶ τῶνδε, προστρόπαιον ὄμμα προσβαλὼν,
οὐδὲν κακῶσαι τοὺς ἀναιτίους θέλω.

Constructio est: καὶ οὐδὲν κακῶσαι θέλω τοὺς τῶνδε ἀναιτίους, προσβαλὼν ὄμμα προστρόπαιον. Quippe inquinari credebant Veteres, quoscunque adspexisset tantum homo magno aliquo scelere implicatus. vid. Hippol. v. 951. Confer etiam huj. Fab. v. 1224. 5. προστρόπαιον αἷμα προσλαβὼν convenit quidem illud Herculis conditioni, sed ita convenit, ut hic saltem otiosum sit. *Musg.*

προσβαλὼν,] Hactenus προσλαβὼν legebatur, sed Canterus recte sensit, προσβαλὼν legi debere; facilis enim error ex transpositione literarum; ut et facilis correctio. Dicimus itaque ἀτιμίαν τινὶ προσβάλλειν, non autem προσλαμβάνειν. Προσλαμβάνομεν γὰρ ἡμεῖς ἀτιμίαν ἐξ ἄλλου τινός. Similiter προστρόπαιον αἷμα ἑτέρῳ προσβάλλω, *alteri cædis reatum irrogo,* hic dicitur: Scaligero hoc quoque visum. *Barnes.*

προσβαλών,] Vid. Abresch. ad Æschyl. I. p. 61. *Beck.*

προστροπαῖον, μυσαρόν. *Scholiast.*

1153. κακῶσαι] Contaminare. Prisci sane parricidam impium, quique id genus facinoris detestandi commisisset, fugiebant, ejusdem consortio se pollui existimantes; inquit Joh. Brodæus; quasi et modernis id esset inauditum. Certe pii ac modesti homines sanguinarios, blasphemosque atheos, ut pestes humani generis solent vitare. *Barnes.*

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Theseus, rex Athenarum, comes Herculis et amicus, audito, quod Lycus regnum Thebarum invasisset, cum exercitu Thebas venit, Herculi amico opem, si res postulet, laturus. Hic jam recens actum facinus videt; cædem puerorum et Megaræ miserandam; Herculem acerbo casu attonitum, obstupidum plane, et fere de manibus sibi inferendis cogitantem, nec in os illi oculos tollere præ conscelerata conscientia sustinentem. Vix itaque Theseus hoc tandem extorquet, ut aperto vultu se adspici coram patiatur. Hercules totius vitæ suæ miserias recolit, labores, et ærumnas; hoc demum infandum, indignum, abominandum facinus, ignominiæ summæ, summæ turpitudinis plenum: quare nec amplius sibi vivendum videri, ubi hostibus sit derisui, amicis terrori et exsecrationi, nec Junonis iniquum odium præterit. Theseus jacentem et pæne desperantem heroa oratione consolatoria erigit, incitatque ad scelus expiandum, etiam in regni Athenarum consortium. Hercules utcunque animum tandem recipit, ac deosculatus carissima suorum cadavera, patri sepelienda commendat; post longam denique querelam, afflictam et parricidio funestatam domum suam Amphitryoni iterum committit, unaque eam Theseo mœstus proficiscitur.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἥκω ξὺν ἄλλοις, οἳ παρ' Ἀσωποῦ ῥοὰς
Μένουσιν ἔνοπλοι γῆς Ἀθηναίων κόροι,
Σῷ παιδὶ, πρέσβυ, σύμμαχον φέρων δόρυ.
Κληδὼν γὰρ ἦλθεν εἰς Ἐρεχθειδῶν πόλιν,

THESEUS.

Venio cum aliis, qui ad fluenta Asopi
Armati juvenes terræ Atheniensium manent,
Tuo filio, O senex, hastam auxiliatricem ferens.
Venit enim fama in urbem Erechthidarum,

1154. Vide Pors. ad Phœn. 1644. *Herman.*

Ἀσωποῦ ῥοὰς] De Asopo, Bœotiæ fluvio, supra diximus ad v. 781. Est et alius ejusdem nominis fluvius Asiæ, Laodiceam præterfluens. Item Tertius Corinthiacæ provinciæ, de qua ita Pausanias in Corinthiacis, fol. 48. lin. 27. Ὁ δὲ Ἀσωπὸς οὗτος ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Φλιασίας, ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Σικυωνίας, καὶ ἐκδίδωσιν ἐς τὴν ταύτης θάλασσαν. *Barnes.*

Scenam tertiam actus sexti facit Prev. Chorum idem monet non exiisse, sed abiisse tamen in orchestram, neque se sermonibus immiscere. *Beck.*

1157. Κληδὼν] Ἡ Κληδὼν, κλεηδὼν, et κληηδὼν, *fama, rumor, omen*, unde κληδονίζομαι, *ominor*, et κληδονεῦμαι, v. 1279. a κλήζω, quod et κληΐζω, Ion. pro κλείζω, thema κλείω, *laudo* et *claudo*. Ibid.

Ἐρεχθειδῶν πόλιν] Athenienses dicti Erechthidæ ab Erechtheo, eorum sexto rege. Vide quæ nos ad Ion. v. 299. *Barnes.*

1160. ὑπῆρξεν Ἡρακλῆς,] Ὑπῆρξεν hoc in loco pro ὑπαρχὰς ἐγένετο. Sic Rhes. v. 629. Οὐκοῦν ὑπάρχειν τόνδε κατθανόντα χρή. Sic Androm. v. 273. Ἣ μεγάλων ἀχέων ἄρ' ὑπῆρξεν. In quem locum vide quæ nos Græce inter Scholia inseruimus. Herculis autem priora beneficia, quibus ille Theseum affecerat, Apollodorus agnoscit, Biblioth. Lib. II. c. 5. sect. ult. Πλησίον δὲ τῶν Ἅιδου πυλῶν γενόμενος (ὁ Ἡρακλῆς) Θησέα εὗρε καὶ Πειρίθουν, τὸν Περσεφόνης μνηστευόμενον γάμον, καὶ διὰ τοῦτο δεθέντα. Θεασάμενοι δὲ Ἡρακλέα, τὰς



Ὡς σκῆπτρα χώρας τῆσδ᾽ ἀναρπάσας Λύκος
Εἰς πόλεμον ὑμῖν καὶ μάχην καθίσταται.
Τίνων δ᾽ ἀμοιβὰς ὧν ὑπῆρξεν Ἡρακλῆς,
Σώσας με νέρθεν, ἦλθον, εἴ τι δεῖ, γέρον,
Ἢ χειρὸς ὑμᾶς τῆς ἐμῆς, ἢ ξυμμάχων.
Ἔα· τί νεκρῶν τῶνδε πληθύει πέδον;
Οὔτοι λέλειμμαι, καὶ νεωτέρων κακῶν
Ὕστερος ἀφῖγμαι; τίς τάδ᾽ ἔκτεινεν τέκνα;
Τίνος γεγῶσαν τήνδ᾽ ὁρῶ ξυνάορον;
Οὐ γὰρ δορός γε παῖδες ἵστανται πέλας·
Ἀλλ᾽ ἄλλο τοί που καινὸν εὑρίσκω κακόν.
ΑΜ. Ὦ τὸν ἐλαιοφόρον ὄχθον ἔχων .. .. στροφὴ α΄.

Quod Lycus occupato sceptro hujus regionis,
Ad bellum et pugnam contra vos processit.
Ut enim referrem gratiam pro beneficiis, quæ in me contulit ultro Hercules,
Quod me salvum ex inferis reduxerit, veni si quid opus sit, O senex,
Vobis, aut manu mea, aut sociis.
Hem, quare solum repletum est cadaveribus hisce?
Num frustratus sum, et malis recentibus
Posterior veni; quis liberos hos occidit?
Cujus *viri* conjugem hanc existentem aspicio?
Non enim in acie steterunt pueri,
Sed aliquod aliud novum malum invenio.
Am. O qui tenes collem oliviferum.

χεῖρας ὤρεγον, ὡς ἀνασπησόμενοι διὰ τῆς ἐκείνου βίας. Ὁ δὲ Θησεὺς μὲν λαβόμενος τῆς χειρὸς ἤγειρε. *Barnes.*

1161. κ. εἴ τι δεῖ, γέρον, Ἢ χειρὸς ὑμᾶς τῆς ἐμῆς,] Δεῖ σέ τινος dicitur, δεῖ σοί τινος, et δεῖ σοί τι, ut ἓν δεῖ μόνον μοι. Quæ variæ constructiones notandæ. *Barnes.*

1162. Reisk. scribit ὑμῖν. *Beck.*

1164. Libri οὔπω τι λέλειμμαι. Male Musgravius Barnesii conjecturam ἧσσον probat. Istud τι nihil aliud est quam τοι pro correctione ad πω adscriptum. *Herman.*

Οὔπω τι λέλειμμαι,] Ita Ed. Ald. Sed legendum cum Barnesio: ἧσσον λέλειμμαι. *Musg.*

Reisk. conjicit: εἶτ᾽ ἀπολέλειμμαι, vel εἶθ᾽ ὑπολέλειμμαι. *itane vero sero venio?* *Beck.*

1165. ἀφῖγμαι;] Ita MSS. Ed. Ald. ἀφῦμαι. *Musg.*

1169. Excidit fortasse ἄναξ in fine versus. Ita Creusa in Ione v. 1480. ὦ σκοπέλοις ἐπ᾽ ἐμοῖς τὸν ἐλαιοφυῆ πάγον θάσσων. *Herman.*

1169—1205. Dialogus hæc inter Amphitryonem et Theseа, quæ ex triginta sex tantum versibus constat, a Hermanno in decem strophas, decem antistrophas, et μεσῳδοὺς duas, divisa est. Ordinem diversam et, si fieri possit, vitiosiorem Hermanni sequitur Seidlerus. pp. 358. 361. Seidleri lectiones quædam laudari sunt dignæ, præsertim ἱκατογκεφάλων pro ἑκατογκεφάλου, v. 1188. et ὁμοφύλιον pro ὁμόφυλον, v. 1200. *Elmsl.*

1169. Ὦ τὸν ἐλαιοφόρον ὄχθον ἔχων] Collem oleis consitum, i. e. Arcem Athenarum, in qua primum oliva visa est. Ælianus:

ΘΗ. Τί χρῆμά μ' οἰκτροῖς ἐκάλεσας προοιμίοις; στρ. β'.
ΑΜ. Ἐπάθομεν πάθεα μέλεα πρὸς θεῶν. ἀντ. α'.
ΘΗ. Οἱ παῖδες οἵδε τίνες, ἐφ' οἷς δακρυῤῥοεῖς; ἀντ. β'.
ΑΜ. Ἔτεκεν, ἔτεκεν ὁ 'μὸς ἶνις τάλας, στρ. γ'.
Τεκόμενος δ' ἔκτανε φόνιον αἷμα τλάς.
ΘΗ. Εὔφημα φώνει. στροφὴ δ'.
ΑΜ. Βουλομένοισιν ἐπαγγέλλει. στροφὴ ε'.

The. Quamobrem me vocas miserabili isto proœmio?
Am. Passi sumus gravia mala a diis.
The. Quinam *sunt* hi pueri, propter quos ploras?
Am. Meus quidem miser filius genuit genuit *eos*,
Sed postquam genuit, interfecit, funestam cædem facere ausus.
The. Bona verba quæso.
Am. Volentes jubes.

ἐν Ἀθήναις εὑρεθῆναι λέγουσι πρῶτον τὴν ἐλαίαν. Herodotus in Terpsichore: λέγεται δὲ καὶ, ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἢ Ἀθήνησι. Joh. Brodæus. Poëta itaque noster ita cecinit, Ion. v. 1432. Στέφανον ἐλαίας ἀμφέθηκά σοι τότε, Ἣν πρῶτ' Ἀθάνας σκόπελος εἰσηνέγκατο, in quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

Hunc versum Heath. ita dividit:

Ω τὸν ἐλαιοφό- penthemimeris trochaica.
ρον ὄχθον ἔχων eadem iambica.

et v. 1171. sic:

Ἐπάθομεν πάθεα] Μέλεα πρὸς θεῶν] penthemimeres trochaicæ.

Beck.

1170. Τί χρῆμα] Διὰ subaudi. *Barnes.* Causam hujus interrogationis bene Prev. explicat sic: " Depuis le premier mot, que vient de dire Amphitryon, jusqu'au moment, où Thesée s'adresse à Hercule, le poëte emploie le mètre lyrique, il est donc probable qu'Amphitryon, en s'adressant à Thésée, chante avec un accent tres-douloureux. C'est là sans doute ce qui motive la question de Thésée." *Beck.*

1173. Scripsi ἔτεκεν ἔτεκεν pro vulgato ἔτεκε μέν. *Herman.*

Ἔτεκε μὲν οὑμὸς ἶνις τάλας, | τεκόμενος δ' ἔκτανε φόνιον αἷμα τλάς.] Pro ἔτεκε μὲν legit Hermannus: ἔτεκεν, ἔτεκεν. Nos suggerimus, Ἔτεκε μέν νιν οὑμὸς ἶνις τάλας, | τεκόμενος δ' ἔκτανε, φόνιον αἷμα τλάς. *Elmsl.*

ἶνις] De hac voce vide supra ad v. 354. *Barnes.*

ἶνις, υἱός. *Scholiast.*

1175—1180. Ita constituit Heath.

Θη. Εὔφημα φώνει penthemimeris iambica.
Αμ. βουλομένοισιν ἐπαγγέλλῃ hephthemimeris dactylica.
Θη. Ὦ δεινὰ λέξας penthemimeris iambica.
Αμ. Οἰχόμεθ', οἰχόμεθα πτανοὶ hephthemimeris dactylica.
Θη. Τί φής; τί δράσας; penthemimeris iambica.
Αμ. Μαινομένῳ πιτύλῳ. eadem dactylica.

Beck.

1176. Βουλομένοισιν ἐπαγγέλλῃ.] Σὺ μὲν ἐπαγγέλλῃ εὔφημα φωνεῖν ἡμῖν τοῖς μάλιστα βουλομένοις, ἀλλὰ μὴ δυναμένοις· οὐ γὰρ εὔφημα πάσχομεν. Bene autem ominantia verba nos sane valde optaremus proferre, si res pateretur; at nullo nunc modo possumus. *Barnes.*

1178. Ald. Brub. Herv. Brod. Barn. οἰχόμεσθ', οἰχόμεσθα. Cant. P. Steph. οἰχόμεσθα, οἰχόμεσθα. Commelin. Musgr. οἰχόμεθα, οἰχόμεσθα. Correxit Heathius. *Herman.*

Οἰχόμεσθα πτανοί] Legendum forte οἰχόμεσθ' ἀμπτάμενοι. Sic Androm. v.

ΘΗ. Ὦ δεινὰ λέξας. μεσῳδός.
ΑΜ. Οἰχόμεθ', οἰχόμεθα πτανοί. ἀντιστροφὴ ϛ'.
ΘΗ. Τί φής; τί δράσας; ἀντιστροφὴ δ'.
ΑΜ. Μαινομένῳ πιτύλῳ πλαγχθεὶς στροφὴ ϛτ'.
Ἑκατογκεφάλου βαφαῖς .. .. .. ὕδρειας.
ΘΗ. Ἥρας ὅδ' ἁγών. τίς δ' ὅδ' οὖν νεκροῖς, γέρον; στροφὴ ζ'.

The. O quam indigna dixisti.
Am. Periimus periimus sublati in aërem.
The. Quid ais? quid faciens?
Am. Furioso certamine in furorem actus
Venenis Hydræ
Habentis-centum-capita. [senex?
The. Hoc *est* quoddam maleficium Junonis; quis autem hic mortuus, O

1208. ἀμπτάμενα πάντα φροῦδ' ἀνεῖται. *Musg.*

οἰχόμεσθα πτανοί.] Ita Supplic. v. 1152. Ποτανοὶ δ' ἤνυσαν τὸν ἀΐδαν. πτανὸς, et ποτανὸς, pro πτηνὸς et ποτηνὸς, volucris, ἀντὶ ταχέως, διὰ τὸ ταχὺ τῶν ἐπτερωμένων οἰωνῶν. *Barnes.*

Vet. ed. a πτανοὶ versum incipit; unde conjicio, non Chori, sed Thesei, hanc vocem, et leg. esse ἰαππαπαὶ, *eheu. Reisk.*

1180. πιτύλῳ] Ut in hoc loco μαινομένῳ πιτύλῳ dixit, sic ad Iphig. Taur. v. 308. μανίας πίτυλον habet. in quem locum vide quæ nos. Monendus autem est lector, in eo loco ad notæ finem male verba locata esse, in hunc igitur ordinem redigi debere; *Figurate autem hic poëta* μανίας πίτυλον *vocat* furiosum *illum, quo* Orestes *stimulabatur, motum.* Ita Alcest. v. 814. πίτυλον σκύφου *vocat* liberam compotationem: *Scholiastes autem in locum ait:* πίτυλος ἡ συνεχὴς φορὰ τοῦ ποτηρίου. *Quod tamen alii ad* Κότταβον *referunt.* Metaphora sumta ab agitatione et impulsu remorum.

πλαγχθεὶς] Παραφρονῶν. Ex Homero autem hanc phrasin sumsit, qui dixit, Odyss. υ'. v. 346. παρέπλαγξεν δὲ νόημα. In eundem sensum dixit idem Odyss. σ'. v. 326. Ξεῖνε τάλαν, σύ γέ τις φρένας ἐκπεπαταγμένος ἐσσι. Et Theocr. Idyll. β'. v. 19. Πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι; Ib.

Ἑκατογκεφάλου] Vel est numerus certus pro incerto, ut sit pro πολυκεφάλου, vel quod in eum numerum tandem per excisionem multiplicabantur: novem enim tantum capita primo habuit Hydra; vel quod ex Typhone genita erat, qui et ipse ἑκατογκέφαλος dicitur Aristophani aliisque. *Barnes.*

1182. Metri indicio lacunæ signa posui. *Herman.*

1183. Sic Reiskius. Libri vett. τίς δόλου νεκροῖς. *Herman.*

Corruptissimum hunc versum sic non male emendat Reiskius:

Ἥρας ὅδ' ἁγών· τίς δ' ὅδ' οὑ 'ν νεκροῖς, γέρον.

οὑ 'ν νεκροῖς pro ὁ ἐν νεκροῖς. Sed multo concinnius est, quod reponit Tyrwhittus:

Ἥρας ὅδ' ἁγών· τίς δ' ὅδ' οὐ νεκρὸς, γέρον.

Quæ sic illustrat Vir elegantissimus: "Manifestum est," inquit, "in verbis posterioribus contineri interrogationem, cui respondet Amphitryon, v. 1184.

ἐμὸς, ἐμὸς ὅδε γόνος ——

Theseus scilicet ingrediens puerorum cadavera primum videt v. 1163. et de illorum morte sciscitatur, v. 1165. et v. 1172. Mox hominem capite involuto projectum, sed plane vivum, conspiciens, Amphitryonem interrogat:

Quis autem hic non mortuus, O Senex?"

Ἥρας ὅδ' ἁγών τις χολουμένης, γέρον.] Pro χολουμένης olim legebatur δόλου νε-



ΑΜ. Ἐμός, ἐμὸς ὅδε γόνος ὁ πολύπονος, στροφὴ η΄.
Ὃς ἐπὶ δόρυ γιγαντοφόνον ἦλθε σὺν θε-
οῖσι Φλεγραῖον εἰς πεδίον ἀσπιστάς.
ΘΗ. Φεῦ φεῦ, τίς ἀνδρῶν ὧδε δυσδαίμων ἔφυ; ἀντιστροφὴ ζ΄.
ΑΜ. Οὐκ ἂν γ᾽ εἰδείης μεσῳδός.
Ἕτερον πολυμοχθότερον
Πολυπλαγκτότερόν τε θνατῶν.
ΘΗ. Τί γὰρ πέπλοισιν ἄθλιον κρύπτει κάρα; στροφὴ θ΄.

Am. Meus, meus hic filius ærumnosus,
Qui ad bellum, quod Gigantes delevit, venit cum diis
Phlegræum in campum scutatus.
The. Heu, heu! quis vir adeo est infelix?
Am. Non facile cognosces
Alium miseriorem hominem,
Et magis errabundum.
The. Cur vero tegit miserum caput veste?

νεκροῖς, nullo sensu: nec enim δόλος hic tantum videbatur, quantum χόλος Junonis, et præterea νεκροῖς male aderat. Gul. Canterus Novar. Lection. Lib. III. c. 11. ita totum versum legebat: Ἥρας ὅδ᾽ ἀγών· μὴ χολοῦ νεκροῖς, γέρον. Sed longe magis placuit Scaligeri lectio, χολουμένης, quam neque dubitavi in textum admittere. Quod autem prior syllaba τοῦ Ἀγὼν aliquando producatur, vide quæ nos ad Phœniss. v. 597. *Barnes.*

Heath. reponit: Ἥρας ὅδ᾽ ὁ ᾽γών· τίς δ᾽ ὅδ᾽ ἐν νεκροῖς, γέρον;

Hæc verba (Ἥρας κ. τ. λ.) Tyrwhitti conjecturam secutus ita reddidit Prev.: « C'est Junon qui à frappé ce coup cruel. . . . Mais ô vieillard, quel est cet homme que la mort a épargné? Scilicet Theseum, dum intrabat, spectaculo plurium corporum, quæ extensa jacebant, perculsum, non attendisse ad Herculem, qui immotus veloque involutus erat. Ad extremum ipsum adesse sentit et ex motu ipsius conjicit, eum adhuc vivere. *Beck.*

Ἥρας ὅδ᾽ ἀγών τις χολουμένης, γέρον.

Olim legebatur δόλου νεκροῖς, quod paulo audacius ita mutatum est. Forte hæc ferenda:

Ἥρας ὅδ᾽ ὡ᾽γών τις δόλου πικρὸς, γέρον.

Fæhse.

1184. ss. Ἐμὸς ὅδε γόνος ὁ πολύπονος, ἐπὶ δόρυ γιγαντοφόνον ἦλθε σὺν θεοῖς Φλεγραῖον εἰς πεδίον ἀσπιστάς] Quod Hercules in campo Phlegræo diis contra Gigantes suppetias tulit, vide supra ad v. 177. et 849. Nullam autem ego necessitatem hic video cum Cantero supplendi ὃς ante ἐπὶ, nec, ut puto, ille ita putasset, nisi per oscitantiam ὧδε pro ὅδε scriptum putasset. Quid enim magis naturale, quam hæc lectio, ἐμὸς ὅδε (i. e. οὗτος) γόνος ὁ πολύπονος ἐπὶ δόρυ γιγαντοφόνον ἦλθε, &c. *Barnes.*

Heath. cum Cantero scribit Ὃς πολύπονος, structuræ verborum caussa. *Beck.*

1185. Ὃς in libris omissum addidit Canterus, non, ut Heathius, et ex hoc, sive e Lipsiensi editione Euripidis refert Wakefieldius, ante πολύπονος, sed post hoc vocabulum. *Herman.*

Legebatur θεοῖς. *Herman.*

1186. ἀσπιστὰς, εὐθεῖα. *Scholiast.*

1192. Legebatur αἰδούμενος. *Herman.*

1193. Καὶ φιλίαν ὁμόφυλον] Οὐ γὰρ μόνον διὰ φιλίαν ἠνώθησαν ὅ, τε Ἡρακλῆς καὶ ὁ Θησεὺς, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συγγένειαν. Vide supra ad v. 1145. et Heraclid. v. 37. et 210. *Barnes.*

1194. Αἷμά τι παιδοφόνον] Μετωνυμικῶς hoc dictum, ἀντὶ τοῦ αἷμα ἐκ τοῦ φόνου τῶν παίδων τῶν φονευθέντων ῥέον. At supra v. 1185. Δόρυ γιγαντοφόνον, active, τὸ τοὺς γίγαντας φονεῦον. *Æmil. Portus.*

1195. Wakefieldius conjecit, ἀλλ᾽ ὡς



ΑΜ. Αἰδόμενος τὸ σὸν ὄμμα καὶ — ἀντιστροφὴ ϛ'.
Φιλίαν ὁμόφυλον,
Αἷμά τε παιδοφόνον.
ΘΗ. Ἀλλ' εἰς ξυναλγοῦντ' ἦλθεν· ἐκκάλυπτέ νιν, — ἀντιστροφὴ ϑ'.
ΑΜ. Ὦ τέκνον, πάρες ἀπ' ὀμμάτων — ἀντιστροφὴ η'.
Πέπλον, ἀπόδικε· ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον· βάρος δ' ἀντίπαλον δακρύοισιν ἁμιλλᾶται.
Ἱκετεύομεν γὰρ ἀμφὶ σὰν . . . . . — στροφὴ ι'.

Am. Quia reveretur tuum conspectum, et
Amicitiam cognatam,
Cædemque filiorum.
The. Atqui una doliturum nactus est: detege eum.
Am. O fili, dimitte ab oculis
Vestem, rejice, ostende faciem soli.
Altitudinem animi lacrymas cohibentem revoca.
Supplico ad

συναλγῶν γ' ἦλθον. Mihi satius videbatur ἦλθον in ἦλθεν mutare. *Herman.*

ἦλθον·] Accipio tertia persona plurali. ἦλθον εἰς συναλγοῦντα pro ἔτυχον συναλγοῦντος, *nacta sunt, qui simul doleat.* *Musg.*

1197. s. Legebatur βάρος ἀντίπαλον δακρύοις συναμιλλᾶται. Sensus est: certat cum lacrimis tuis pondus non minus grave: i. e. si dolor facit, ut nolis conspici, at amicitia in te Thesei postulat, ut retegas faciem. *Herman.*

Versus corruptissimus, qui sic fortasse emendari potest:

βάθος ἀντίπαλον δακρύοις ἀναμιλλῶ.

Iterum compara meditando tranquillitatem illam animi, lacrymis coërcendis parem. Erat enim inter Herculis laudes non infima, mala quæcunque sine gemitu tolerasse: vid. Soph. Trachin. v. 1089. βάθος sive βαθύτης, *altitudo*, i. e. serenitas animi. Plutarch. Parallel. p. 83. Ed. H. Steph. τὴν πρᾳότητα καὶ τὸ βάθος αὐτοῦ τῆς ψυχῆς: iterumque p. 559. φρόνημα καὶ βάθος ψυχῆς.

Plato: βάθος τι ἔχειν, p. 134. D. Ed. Ficin. *Musg.*

ἀπόδικε·] Ἀποδίκω et δίκω, pro ἀποβάλλω et βάλλω, vox Euripidea; de qua videsis supra ad v. 496.

ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον·] Quod ῥέθος communiter τὸ μέλος, quodvis membrum sonat, Æolice autem τὸ πρόσωπον, *vultum*, ut hoc in loco, Eustathius nos docet, fol. 1090. lin. 27. et fol. 1257. lin. 21. Apollonius Argon. Lib. II. Αὐτίκ' ἀνασχόμεναι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας χεῖρας. Sic Moschus Megar. v. 2. — Τὸ πρὶν δέ τοι οὐκ ἔτ' ἔρευθος σώζετ' ἐνὶ ῥεθέεσσι. item Sophocl. Antigon. Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει. Ubi pro vultu et genis τὸ ῥέθος usurpatur. *Barnes.*

βάρος ἀντίπαλον δακρύοις συναμιλλᾶται.] Auctoritas mea tantum apud te ponderis habere debet, quantum si cum lacrymis obsequerer. *Brodæus.*

Vulgatam, donec meliora afferantur, ita vertendam censet Heath.: *Senectutis meæ gravitas, quæ lacrymas aversatur, nunc tamen cum iis simul hoc a te contendit.* *Beck.*

1199. Addidi γὰρ et lacunæ signa posui. Videtur ταλαίνας excidisse. *Herman.*

Ἱκετεύομεν] Barnesius, auctore Scaligero, ἱκετεύω μὲν. Sed potest esse enallage numeri, ut supra v. 854. *Musg.*

Ἱκετεύω μὲν ἀμφὶ] Olim ἱκετεύομεν, quod ob sequens προσπιτνῶν Scaliger emendavit in ἱκετεύω μὲν, licet mutatio numeri

Γενειάδα καὶ γόνυ καὶ χέρα προσπιτνῶν,
Πολιόν τε δάκρυον ἐκβαλών, ἰὼ παῖ, ἀντιστροφὴ ί.
Κάτασχε λέοντος ὅπως ἀγρίου θυμόν.
Βρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον ἐξάγει, ἀντιστροφὴ γ'.
Κακὰ θέλων κακοῖς ξυνάψαι, τέκνον.
ΘΗ. Εἶεν, σὲ τὸν θάσσοντα δυστήνους ἕδρας
Αὐδῶ, φίλοισιν ὄμμα δεικνύναι τὸ σόν.
Οὐδεὶς σκότος γὰρ ὧδ' ἔχει μέλαν νέφος,
Ὅστις κακῶν σῶν ξυμφορὰν κρύψειεν ἄν.
Τί μοι προσείων χεῖρα σημαίνεις φόνον;

Mentum tuum, et genua, et manum advolutus,
Et canas lacrymas emittens. O fili,
Cohibe animum sævi leonis, ne
Cursum ad letiferum impium instigeris,
Mala volens malis addere, O fili.
The. Age! Te, qui sedes miseram sessionem,
Jubeo amicis vultum tuum ostendere.
Nulla caligo enim adeo nigram nubem habet,
Quæ malorum tuorum calamitatem possit occultare.
Cur mihi protendens manum ostendis necem,

non sit prorsus nova apud poëtas. Vide quæ nos ad Ion. v. 1115. *Barnes.*

1201. ss. Ἰὼ παῖ, | κάτασχε λέοντος ἀγρίου θυμόν γ', ὅπως | βρόμον ἐπὶ φόνιον, ἀνόσιον ἐξάγῃ, | κακὰ θέλων κακοῖς συνάψαι, τέκνον.] Sic in edd. vulg. versiculi hi scribuntur et dividuntur. Scripsit Hermannus: Κάτασχε λέοντος ὅπως ἀγρίου θυμὸν, cum sequente nota, "Non ausus sum mutare κάτασχε, quod Porsonus, probatum ad Hecubam v. 836. tamen ad Orest. 1330. dubitat, an sit in κατίσχε mutandum. Ordinem verborum mutavi. Vulgo enim λέοντος ἀγρίου θυμόν γ', ὅπως, ita ut ὅπως sequentibus jungatur. Illud γ', nisi metricis debetur, ex eo videtur ortum esse, quod librarius, quum scripsisset ἀγρίου θυμὸν ὅπως, appositis numeris β' γ' α' errorem corrigere voluit." Non dubitandum est, nobis saltem judicibus, quin litera γ' causa efficiendi iambicum trimetrum illata est. Conf. v. 753. Ambigi nequit, imperativum κατίσχον semper esse κατάσχες. Elmsleius (ad Œd. T. 663.) hoc modo legit et dividit: Ἰὼ παῖ, κατά | σχεθε λέοντος ἄγριον θυμὸν, ὡς | δρόμον ἐπὶ φόνιον, ἀνόσιον, ἐξάγει, | κακὰ θέλων κακοῖς ξυνάψαι, τέκνον. Δρόμον est Reiskii emendatio. *Elmsl.*

ἐκβαλὼν,] Ita MS. G. ut jam Scaliger. Ed. Ald. ἐμβαλών. *Musg.*

1202. Non ausus sum mutare κάτασχε, quod Porsonus, probatum ad Hecubam. v. 836. tamen ad Orest. 1330. dubitat, an sit in κάτισχε mutandum. Ordinem verborum mutavi. Vulgo enim λέοντος ἀγρίου θυμὸν γ', ὅπως, ita ut ὅπως sequentibus jungatur. Illud γ', nisi metricis debetur ex eo videtur ortum esse, quod librarius, quum scripsisset ἀγρίου θυμὸν ὅπως, appositis numeris β' γ' α' errorem corrigere voluit. *Herman.*

ὅπως [μὴ]. Quod uncinis hic inclusi, μὴ, Scaligero debetur. *Musg.*

Pro κάτασχε vitandi anapæsti causa Heath. reponit κάτισχε. *Beck.*

1203. Βρόμον] Bene Reiskius δρόμον. Eadem allusio est in βαλβίδων ἄπο v. 863. *Musg.*

Versum, ut sit senarius iambicus, ita constituit Heath.: Βρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον μή σ' ἐξάγῃ. *Beck.*

Ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων;
Οὐδὲν μέλει μοι ξύν γε σοὶ πράσσειν κακῶς·
Καὶ γάρ ποτ' εὐτύχησ'· ἐκεῖσ' ἀνοιστέον,
Ὅτ' ἐξέσωσάς μ' εἰς φάος νεκρῶν πάρα.
Χάριν δὲ γηράσκουσαν ἐχθαίρω φίλων,
Καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅστις ἀπολαύειν θέλει,
Ξυμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισι δυστυχοῦσιν οὔ.
Ἀνίστασ', ἐκκάλυψον ἄθλιον κάρα,
Βλέψον πρὸς ἡμᾶς· ὅστις εὐγενὴς βροτῶν,
Φέρει τὰ θεῶν γε πτώματ', οὐδ' ἀναίνεται.

Ne me piaculum tuorum alloquiorum feriat?
Nihil recuso tecum infelix esse.
Etenim fui aliquando felix: illuc *mens est* referenda,
Quum me salvum ex inferis in lucem eduxisti.
Odi enim gratiam amicorum senescentem;
Et *eum*, qui bonis quidem *rebus* frui vult,
Sed non una navigare cum amicis calamitosis.
Surge, detege miserum caput,
Intuere nos. Quicunque mortalium generosus *est*,
Casus deorum fert, nec recusat.

1207. Οὐδεὶς σκότος] Conjectura est Canteri. Ed. Ald. ἴδ' εἰ σκότος. *Musg.*

Οὐδεὶς] Olim Ἴδ' εἰ, nullo sensu; quare Canterus et Scaliger οὐδεὶς legebant, Duportus Ἴδ' οὐ σκότος. Est autem hic σκότος masculini generis, quod Euripides etiam facit primo Hecubæ versu. *Barnes.*

1208. Forte, ὃς ὀμμάτων σὰν συμφορὰν, *qui ab oculis arceat, occultet tuam calamitatem. Reisk.*

1209. Reiskius ingeniose, sed imperite φυγὰν vel φυγεῖν scribendum putabat. Mihi satius visum est comma in signum interrogationis mutare. *Herman.*

προστείων] A πρὸ et στείω. *Barnes.*

φόνον;] Optime Reiskius φυγεῖν. *Musg.*

Reisk. scribit: σημαίνεις φυγὰν, aut φυγεῖν, *jubes me signo dato fugere.*

Prev. admisit Reiskii conjecturam φυγὴν pro φόνον, sed vulg. tamen explicari posse monet de ipsis corporibus cruentis. *Beck.*

1210. Sic Scaliger. Vulgo βαλεῖ. *Herman.*

βαλεῖ] Scaliger βάλῃ, quod dubium saltem reddunt, quæ congessit Dawesius Miscell. Crit. p. 229. *Musg.*

1212. ηὐτύχησ'·] Reponit Heath. *Beck.*

1215. Καὶ τῶν καλῶν μὲν] Olim in aliquibus exemplaribus erat κακῶν μ', versu et sensu sic pariter laborantibus; sed illud erat erratum præli. Aldina enim editio recte habuit καλῶν μὲν, et ita legendum vidit Scaliger, Portus et Duportus. *Musg.*

1216. Συμπλεῖν] i. e. συμπονεῖν, συνδυστυχεῖν, καὶ συγκινδυνεύειν. Ita Cicero in Epistolis Familiaribus, *in eadem esse navi*, pro *in communi esse periculo*, usurpavit. *Brodæus.*

1219. Edd. vett. τὰ τῶν θεῶν γε. Non Barnesius, ut Musgravius refert, τῶν delendum censuit, sed omissum jam in ed. Brod. Cant. Commelin. P. Steph. *Herman.*

Ed. Ald. φέρει τὰ τῶν θεῶν γε πτώματ', ubi recte Barnesius delet τῶν potius, quam γε. *Musg.*

Reisk. γε potius deleri vult. *Beck.*

'ΗΡ. Θησεῦ, δέδορκας τόνδ' ἀγῶν' ἐμῶν τέκνων;
ΘΗ. Ἤκουσα, καὶ βλέποντι σημαίνεις κακά.
'ΗΡ. Τί δῆτά μου κρᾶτ' ἀνεκάλυψας ἡλίῳ;
ΘΗ. Τί δ'; οὐ μιαίνεις θνητὸς ὢν τὰ τῶν θεῶν.
'ΗΡ. Φεῦγ', ὦ ταλαίπωρ', ἀνόσιον μίασμ' ἐμόν.
ΘΗ. Οὐδεὶς ἀλάστωρ τοῖς φίλοις ἐκ τῶν φίλων.
'ΗΡ. Ἐπῄνεσ'· εὖ δράσας δέ σ' οὐκ ἀναίνομαι.
ΘΗ. Ἐγὼ δὲ πάσχων εὖ τότ', οἰκτείρω σε νῦν.
'ΗΡ. Οἰκτρὸς γάρ εἰμι, τἄμ' ἀποκτείνας τέκνα.

Her. O Theseu, vidistine hanc stragem meorum liberorum?
The. Audivi, et videnti mala indicas.
Her. Cur igitur meum caput detexisti soli?
The. Quid ni? polluisne Deos, cum sis homo?
Her. Fuge, O miser, impiam contagionem meam.
The. Nullum contagium amicis ab amicis.
Her. Laudo; quod autem tibi benefecerim, non inficior
The. Ego vero cum beneficio sim a te tum affectus, misereor nunc tui.
Her. Miserandus enim sum, qui occiderim meos liberos.

1220. τόνδ'.] Ita MSS. E. et 2714. Ed. Ald. τῶνδ'. *Musg.*

Reisk. emendat: τόνδ' ἅλων, *hunc acervum*, meorum liberorum, hanc velut aream stratam meorum liberorum.

Herculem a Theseo coactum esse se retegere monet Prev. *Beck.*

1223. Aut signum interrogationis in fine versus delendum erat, aut cum Barnesio et Musgravio interpungendum τί δ' οὔ; μιαίνεις θνητὸς ὢν τὰ τῶν θεῶν; *Herman.*

Τί δ' οὔ; μιαίνεις θνητὸς ὢν τὰ τῶν θεῶν.] Ita interpungendum statuo, non, ut olim, τί δ'; οὐ μιαίνεις θνητὸς ὢν τὰ τῶν θεῶν; Vidit et hoc Duportus. Τὰ τῶν θεῶν, quia dixit Hercules, non se audere soli vultum ostendere, pudore suffusus ob scelera commissa, reponit Theseus: Quid non, hoc est, ostenderes vultum? Num putas, te, mortalem existentem, deos contagio tuo attingere posse? aut solem polluere? *Barnes.*

1226. δράσας] MSS. Steph. δρᾶσαι. *Musg.*

Ἐπῄνεσ'· εὖ δράσας δέ σ' οὐκ ἀναίνομαι.] Hic Henr. Stephanus, suo more falsa nobis obtrudens, dicit: "Pro δράσας scriptum est δρᾶσαι in Veteribus." At bona illius magni viri cum venia, recte dicitur Græce δράσας οὐκ ἀναίνομαι, æque ac δρᾶσαι οὐκ ἀναίνομαι, imo longe elegantius et Ἀττικώτερον. Quare valeant hæc in parte illius veteres libri. *Barnes.*

Distinctionem ante οὐκ tollendam monet Abresch. ad Æsch. I. p. 318. *Beck.*

1227. Hunc et sequentem versum inverso ordine exhibent Ald. Herv. prima, Brub. Jam antequam H. Steph. e MSS. verum ordinem restitui jusserat, factum id erat in Hervag. secunda. *Herman.*

1227. s. In editione Aldina præcedit versus οἰκτρὸς, qui nunc est v. 1228. sequitur versus ἐγὼ δὲ, qui nunc est 1227. personis interea verum ordinem obtinentibus. Sed hunc errorem sustulit ex MSS. H. Stephanus. *Musg.*

1228. γάρ εἰμι pro πάρειμι Piersonus in Veris. p. 245. et Reiskius. *Herman.*

Contrarii vitii exempla duo subjicimus. Soph. Aj. 634. Κρείσσων γὰρ Ἅιδᾳ κεύθων, ἢ νοσῶν μάταν. Phil. 1337. Ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἔστιν ἐκ Τροίας ἁλούς, Ἕλενος ἀριστόμαντις. Lege παρ' Ἅιδᾳ et παρ' ἡμῖν. *Elmsl.*

πάρειμι] Recte Reiskius [et Pierson.] γάρ εἰμι. *Musg.*



ΘΗ. Κλαίω χάριν σὴν ἐφ' ἑτέραισι συμφοραῖς.
ἩΡ. Εὗρες δέ γ' ἄλλους ἐν κακοῖσι μείζοσιν;
ΘΗ. Ἅπτει κάτωθεν οὐρανοῦ δυσπραξίᾳ.
ἩΡ. Τοιγὰρ παρεσκευάσμεθ' ὥστε κατθανεῖν.
ΘΗ. Δοκεῖς ἀπειλῶν σῶν μέλειν τι δαίμοσιν;
ἩΡ. Αὔθαδες ὁ θεός· πρὸς δὲ τοὺς θεοὺς ἐγώ.
ΘΗ. Ἴσχε στόμ', ὡς μὴ μέγα λέγων, μεῖζον πάθῃς.
ἩΡ. Γέμω κακῶν δή, κοὐκέτ' ἔσθ' ὅπῃ τεθῇ.
ΘΗ. Δράσεις δὲ δὴ τί; ποῖ φέρει θυμούμενος;

The. Lamentor tua causa ob alias calamitates.
Her. Invenistine alios in majoribus *positos* malis?
The. Mera infra cœlum infelicitas est.
Her. Ergo parati sumus mori.
The. Putasne tuas minas Diis aliquo modo curæ fore?
Her. Deus *est* arrogans, et ego erga Deos.
The. Comprime os; ne superba loquens, majora patiaris.
Her. Plenus sum jam malorum, neque est amplius locus ulli malo.
The. Quid igitur facies? quo iratus ferris?

1229. Non intellexerunt hunc versum interpretes. Ἑτέραι συμφοραὶ sunt, quod alibi ἕτερος δαίμων. Vide Valcken. Diatr. p. 112. Lennep. ad Phalar. p. 112. *Herman.*

Distinguit Heath. post Κλαίω, ut verba vertantur sic: *Te lamentor ex gratia tua in aliis meis calamitatibus*, i. e. gratia erga me tua in aliis calamitatibus (quando scil. apud inferos detinebar) copiam mihi fecit, te nunc vicissim lamentandi. *Beck.*

1231. Ἅπτη] Mira in hunc locum commentati sunt viri docti. Legendum:

ἁπλῆ κάτωθεν οὐρανοῦ δυσπραξία.

Mera infra cœlum infelicitas est. Musg.

Ἅπτη κάτωθεν οὐρανοῦ δυσπραξίᾳ.] Gulielm. Canterus legit, ἅπτη κάτωθεν οὐρανοῦ, Δυσπραξία, quem videsis Novar. Lection. Lib. VII. c. 15. quasi esset: Σὺ, ὦ Δυσπραξία, ἅπτῃ τοῦ οὐρανοῦ κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς προθέουσα. Sin ad Herculem dicta sint verba, ut ego quidem puto, ita sunt exponenda: Σὺ, ὦ Ἡράκλεις, ἅπτῃ, δηλονότι θείᾳ τινὶ καὶ θεόρτῳ δυσπραγίᾳ, τῇ κάτωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν προθεούσῃ, τῇ διὰ τῆς Ἥρας σοι ἐμβληθείσῃ. Quare non erat, quod Canterus adeo fastuose rejiceret priorem interpretationem; *Læderis invecta cœlitus calamitate;* quum minus forte insolens videatur ea, qua sit is usus, quanquam nec ejus interpretationem prorsus respuo. *Barnes.*

Heath. vulgatam ita explicat: voluisse poëtam hoc: Herculis infortunia adeo esse magna, ut a terra ad cœlum usque pertingere dici possent.

Nullam emendationem horum verborum sibi satisfacere docet Prev. Itaque sensum utcunque expressit sic: "On ne voit sous les cieux que des infortunés." *Beck.*

1233. ἀπειλῶν σῶν] Ita MSS. Parisiens, ut jam Canterus. In Ed. Ald. deest σῶν. *Musg.*

Δοκεῖς ἀπειλῶν σῶν μέλειν τι Δαίμοσιν;] Recte σῶν a Cantero interseritur suo loco. Simile illud Virgil. Æneid. Lib. IV. v. 34. *Id cinerem aut manes credis curare sepultos? Barnes.*

1234. Αὔθαδες ὁ Θεὸς·]. Ὁ Θεὸς αὔθαδές τι εἰς ἐμέ ἐστιν· ἐγὼ δὲ ἀνάπαλιν πρὸς τοὺς θεοὺς, δηλονότι αὐθάδης εἰμί. *Barnes.*

1235. Ἴσχε στόμ',] Ita MSS. E. et 2714. Ed. Ald. ἴσχε τὸ στόμ'. *Musg.*

Ἴσχε τὸ στόμ',] Scaliger melius legit



ΗΡ. Θανὼν, ὅθεν περ ἦλθον, εἶμι γῆς ὕπο.
ΘΗ. Εἴρηκας ἐπιτυχόντος ἀνθρώπου λόγους.
ΗΡ. Σὺ δ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς, με νουθετεῖς.
ΘΗ. Ὁ πολλὰ δὴ τλὰς Ἡρακλῆς λέγει τάδε;
ΗΡ. Οὔκουν τοσαῦτά γ'· ἐν μέτρῳ μοχθητέον.
ΘΗ. Εὐεργέτης βροτοῖσι καὶ μέγας φίλος;
ΗΡ. Οἵδ' οὐδὲν ὠφελοῦσί μ', ἀλλ' Ἥρα κρατεῖ.
ΘΗ. Οὐκ ἄν σ' ἀνάσχοιθ' Ἑλλὰς ἀμαθίᾳ θανεῖν.

Her. Mortuus sub terram vadam, unde veni.
The. Dixisti verba hominis vulgaris.
Her. Tu vero cum extra calamitatem sis, me mones.
The. Hercules quæso ista dicit, qui tam multa jam passus est?
Her. Nequaquam tanta, si metienda sunt mala.
The. Benefactor hominum, et magnus amicus?
Her. Illi vero nihil juvant me, sed vincit Juno.
The. Non patietur Græcia *te* per imperitiam mori.

Σχὲς τὸ στόμ', sed et vetus lectio stabit, si modo dactylum statuas in primo loco.

μὴ μέγα λέγων, μεῖζον πάθῃς.] Vide Erasmum in Adagio, *Ne grandia loquaris*, item in Adagio, *Adrastea Nemesis*. Denique quæ nos ad Rhes. ver. 338.
Barnes.

1236. Apud Plutarchum de Repugn. Stoic. p. 1048. F. legitur καὶ οὐκ ἴσθ' ὅπου τιθῇ. et apud eumdem de Comm. Not. p. 1063. D. καὶ οὐκ ἴσθ' ὅπου τιθῇ. Apud Longin. s. 40. editur ut in edd. Euripidis: sed ex codd. lectione a Weiskio indicata ὅποι τιθῇς, colligas fuisse qui legerent, ὅποι τι θῇς, in qua lectione certe ὅποι solœcismum contineret, ut in Sophocl. Œd. Col. 23. vulgata lectio, ἔχεις διδάξαι δή μ', ὅποι καθέσταμεν, ad quam defendendam non adhibendus erat a Brunckio Baccharum versus 180. Mireris, etiam Porsonum ad Hec. 1070. in horum adverbiorum usu explicando falli. Neque enim recte constituit differentiam Scholiastes Aristophanis, ποῦ quietem notare, ποῖ motum; πῇ in utramque partem sumi dicens. Nam ποῖ, nihil nisi motum notans, est *ad quem locum versus*; πῇ autem, motum simul succedentemque ei quietem indicans, est *in quem locum*. Hinc dijudicari potest, quid ποῖ μόλω ab his differat, πᾷ στῶ; πᾷ βῶ; πᾷ κάμψω; quidque sit, quare Euripides utrumque jungere potuerit in his: ποῖ, πᾷ φέρομαι; Illud vero recte animadvertit Porsonus, οἶ et ὅποι interdum pro ἐκεῖσε οὗ dici: sed quod addit, ποῖ cum verbo εἶναι se non tolerandum arbitrari, illud Aristophanis Av. 9. respiciens, ἀλλ' οὐδ' ὅποι γῆς ἐσμὲν οἶδ' ἔγωγ' ἔτι, in hoc certe et similibus locis et ὅποι et ὅπῃ jure defendi poterit. Vide supra v. 74. et Androm. 84. *Herman.*

Γέμω κακῶν δὴ, κοὐκέτ' ἔσθ' ὅπῃ τιθῇ.] Longin. 40. ubi ed. Rob. MS. Par. ὅποι. ὅπῃ Plutarch. II. p. 1063. D. ὅπου p. 1048. F. Ovid. de Pont. IV. 16, 51.
Por.

Laudat Toupius ad Longin. p. 223.
Beck.

1238. Θανὼν, ὅθεν περ ἦλθον, εἶμι γῆς ὕπο.] Similis locus Genes. c. iii. v. 19. Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Vide quæ nos ad Suppl. v. 543. et v. 1150. Item Heraclid. v. 529. et Helen. v. 1013. *Barnes.*

1239. Εἴρηκας ἐπιτυχόντος ἀνθρώπου λόγους.] Ἐπιτυχὼν hoc in loco pro τυχὼν, ὁ τυχὼν, ὅστις ἔτυχε, i. e. *quivis, quilibet, plebeius*; ὁ ἐπιτυχὼν ἀνὴρ, aliquis ex plebe, nulla philosophia instructus, nulla animi magnanimitate supra vulgarem sortem evectus. Hic poëta desperationem vulgaribus animis dignam docet, magnis viris



ʽΗΡ. Ἄκουε δὴ νῦν, ὡς ἁμιλληθῶ λόγοις
Πρὸς νουθετήσεις σάς· ἀναπτύξω δέ σοι
Ἀβίωτον ἡμῖν νῦν τε καὶ πάροιθεν ὄν.
Πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦδ' ἐγενόμην, ὅστις κτανὼν
Μητρὸς γεραιὸν πατέρα, προστρόπαιος ὢν,
Ἔγημε τὴν τεκοῦσαν Ἀλκμήνην ἐμέ.
Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
Ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκγόνους.

Her. Audi nunc, ut verbis contendam
Contra tuas admonitiones: explicabo autem tibi,
Non vivendum mihi neque nunc, neque antea fuisse.
Nam primum quidem ex eo natus sum, qui occiso
Sene patre matris, cum esset cæde pollutus,
Duxit Alcmenam, quæ me peperit.
Cum autem fundamentum generis non jactum est
Recte, necesse est infelices esse liberos.

tolerantiam proponit. Vide quæ nos ad v. 1338. *Barnes.*

1240. Legebatur σύγ'. Occupavit emendationem Wakefieldius. *Herman.*

Σύ γ', ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς, με νουθετεῖς.] Huc spectat, quod Æschylus in Prometheo Vincto, v. 263. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν, νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς πράσσοντας. Dio Cass. Lib. XXXVIII. Ῥᾷον παραινέσαι ἑτέροις ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι. Quod ex illo Euripidis mutuatus est, Alcest. v. 1097. Ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν. Huc refer Erasmi Adag. Chiliad. 1. Centur. 6. Adag. 68. *Facile, cum valemus recta consilia ægrotis damus.* Terent. Andr. *Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.* Ovid. Eleg. Drusi, *Hei mihi! Quam facile est, quamvis hoc contigit omnes, Alterius luctu fortia verba loqui?* *Barnes.*

1241. Affert Plutarchus de Differentia Amici et Adulatoris, p. 72. C. *Herman.*

1242. Sic emendavi vulgatam lectionem, οὔκουν τοσαῦτα γ', εἰ μέτρῳ μοχθητέον. *Herman.*

Heath. reddit: *Non sane tam multa pertulissem, si mala ultra certum terminum, aut supra modum, ferre non oporteat.* *Beck.*

1243. Εὐεργέτας βροτοῖσι] Vide supra ad v. 872. *Barnes.*

1245. Sic edd. Barnes. Musgr. Veteres σ' omittunt. *Herman.*

Confer Hel. 1044. Οὐκ ἄν σ' ἀνάσχοιτ', οὐδὲ σιγήσειεν ἂν Μέλλοντ' ἀδελφὴ ξύγγονον κατακτανεῖν. Ubi etiam editiones ante Barnesianam pronomen omittunt. *Elmsl.*

In Ed. Ald. deest σ'. *Musg.*

1247. νουθετήσεις pro νουθεσίας debetur Piersono ad Mœr. p. 270. *Herman.*

Huc respexit Suidas v. Ἀναπτύξω. *Burn.*

νουθεσίας σάς·] Legendum cum Piersono, ut vitetur anapæstus: νουθετήσεις σάς. vid. not. ad Mœrid. p. 270. Barnesius, lectore non monito: νουθεσίας τὰς σάς. *Musg.*

1249. &c. ὅστις κτανὼν Μητρὸς γεραιὸν πατέρα,] Electryonem invitus occidit Amphitryon. Vide supra ad v. 17. *Barnes.*

1250. Μητρὸς πατέρα,] Matris meæ patrem: sc. Electryonem. vid. supra v. 17. Historiam enarrat Apollodorus Lib. II. c. 4. sect. 6. *Musg.*

προστρόπαιος, μεμιασμένος. *Scholiast.*

1251. Ἔγημε] Ita recte ex Aldina Barnesius. Plerique editi habent ἐγείνατο, errore insigni. *Musg.*

Ἔγημε] Cum olim in nonnullis exemplaribus erat ἐγείνατο, miror, solum Scaligerum vidisse illud errati monstrum, et scripsisse ἔγημε; cum res sit notissima, Amphitryonem non patrem Alcmenæ, sed maritum. Quin Aldina editio ἔγημε habut, quæ certissima est lectio. *Barnes.*

1252. Hunc et sequentem versum affe-



Ζεὺς δ', ὅστις ὁ Ζεύς, πολέμιόν μ' ἐγείνατο
Ἥρᾳ· σὺ μέντοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, γέρον·
Πατέρα γὰρ ἀντὶ Ζηνὸς ἡγοῦμαι σ' ἐγώ.
Ἔτ' ἐν γάλακτί τ' ὄντι, γοργωποὺς ὄφεις
Ἐπεισέφρησε σπαργάνοισι τοῖς ἐμοῖς
Ἡ τοῦ Διὸς ξύλλεκτρος, ὡς ὀλοίμεθα.
Ἐπεὶ δὲ σαρκὸς περιβόλαι' ἐκτησάμην
Ἡβῶντα, μόχθους, οὓς ἔτλην, τί δεῖ λέγειν;
Ποίους πότ' ἢ λέοντας, ἢ τρισωμάτους
Τυφῶνας, ἢ Γίγαντας, ἢ τετρασκελεῖς,

Jupiter vero, quicunque ille sit Jupiter, genuit me inimicum
Junoni. Tu tamen ne quid moleste feras, O senex:
Nam te judico patrem ego pro Jove.
Et cum adhuc lactarem, truculentos serpentes
Clam immisit in cunabula mea
Conjux Jovis, ut periremus.
Postquam vero carnis amictum adeptus sum
Pubescentem, labores, quos pertuli, quorsum attinet me referre?
Quales nam aut leones, aut tri-corpores
Typhones, aut Gigantes, aut quadrupedes *feras*,

runt Plutarchus de Puer. Educ. p. 1. B. et Stobæus tit. 90. *Herman.*

1252. s. Apud Stob. Grot. LXXXV. p. 327. et XC. p. 363. *Burn.*

1252. Ὅταν δὲ κρηπὶς] Hanc sententiam Plutarchus usurpat in libello, Περὶ παίδων ἀγωγῆς. Est autem metaphora, κρηπὶς, basis, fundamentum, pro origo, initium. *Brodæus.*

1254. Vide Pors. ad Orest. 412. *Herman.*

1257. s. Ἔτ' ἐν γάλακτί τ' ὄντι, γοργωποὺς ὄφεις Ἐπεισέφρησε, etc.] Huc refer illud Idyllium Theocriti elegantissimum, quod Ἡρακλίσκος inscribitur, ubi omnis hæc fabula graphice describitur; ex ejus autem initio hic locus lucem mutuatur: Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις Ἀλκμήνα, καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα, Ἀμφοτέρους λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος, Χαλκείαν κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα, etc. *Barnes.*

1258. Ἐπεισέφρησε] Φρέω, φρῶ, unde ἐκφρῶ, εἰσφρῶ et ἐπεισφρῶ per transpositionem ἀπὸ τοῦ φέρω natum videtur, vel potius per syncopen a φορέω. Certe φρέω vox Attica est, et ubi occurrit, semper significationem habet τοῦ φέρω, φορέω et φέρημι. Alii autem dicunt φρῶ et φρημὶ pro προέω et προΐημι. Hinc προῶ, ὅθεν γενέσθαι φασὶ πρῶ κατὰ συγκοπὴν, καὶ τροπῇ τοῦ π' εἰς τὸ φ' φρῶ, ὅθεν φρημὶ καὶ φρὶς, καὶ εἴσφρες, ut θὶς, etc. De qua re videsis Gul. Budæi Comment. Græcæ Linguæ, p. 550. Aristophanis Vesp. Ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν. Demosthenes in Leptin. Εἰσέφρουν τὸ στράτευμα. Euripidi frequens est, ut Alcest. v. 1075. Καὶ πῶς ἐπεισφρῶ τήνδε τῷ κείνης λέχει. Item Electr. v. 1033. Λέκτροις ἐπεισέφρηκε. *Barnes.*

1261. μόχθους, οὓς ἔτλην, τί δεῖ λέγειν;] De Herculis laboribus vide quæ nos supra ad v. 355. *Barnes.*

μόχθους,] Ἀπαριθμήσεως τῶν Ἡρακλέους ἄθλων. *Scholiast.*

1263. Non invenuste Reiskius τετρασκελῆ. Et hoc et vulgata defendi potest e v. 180. *Herman.*

Anteponimus τετρασκελῆ. Pro Τυφῶνας, Elmsleius (ad Aristoph. Ach. 1082.) Γηρυόνας legere vult. His vero nominibus nil fere commune; sed ingenium nostrum superat idoneam causam proferre qua de causa Typhonis mentio facta sit inter Herculis labores, aut centiceps mon-



Κενταυροπληθῆ πόλεμον, οὐκ ἐξήνυσα;
Τήν τ' ἀμφίκρανον καὶ παλιμβλαστῆ κύνα,
Ὕδραν φονεύσας, μυρίων τ' ἄλλων πόνων
Διῆλθον ἀγέλας, κεἰς νεκροὺς ἀφικόμην,
Ἅιδου πυλωρὸν κύνα τρίκρανον εἰς φάος
Ὅπως πορεύσαιμ', ἐντολαῖς Εὐρυσθέως.
Τὸν λοίσθιον δὲ τόνδ' ἔτλην τάλας φόνον
Παιδοκτονήσας, δῶμα θριγκῶσαι κακοῖς.
Ἥκω δ' ἀνάγκης εἰς τόδ'· οὔτ' ἐμαῖς φίλαις
Θήβαις ἐνοικεῖν ὅσιον· ἢν δὲ καὶ μένω,

Prælium Centauris refertum non confeci:
Et utrinque habentem capita, et repullulantem canem
Hydram interfeci? et infinitorum aliorum laborum
Greges percurri, et ad inferos perveni,
Plutonis janitorem canem tricipitem in lucem
Ut educerem, Eurysthei jussu.
Postremam vero cædem hanc miser sustinui *patrare*,
Liberis cæsis, domum ut coronarem malis.
Venio autem in eam necessitatem, ut neque in meis charis
Thebis habitare fas *sit*: si vero maneam,

strum appellatum sit τρισώματος. Idem est Geryonis appositum seu epitheton, v. 423. Τὸν τρισώματον οἶσιν ἔκτα βοτῆρ' Ἐρυθείας. Sic etiam Æschyl. Agamem. 879. Τρισώματος τὰν Γηρυὼν ὁ δεύτερος κ. τ. λ. Necnon Cerbero et Chimæræ τρισώματος. *Elmsl.*

Leg. τετρασκελῆ, scil. πόλεμον, *bellum cum monstris quadrupedibus.* *Reisk.*

1264. Ad Κενταυροπληθῆ πόλεμον Heath. repetit ποῖον. *Beck.*

1265. ἀμφίκρανον] Novem habentem capita, quatuor ex utraque parte mortalia, unum in medio immortale. Παλιμβλαστῆ κύνα Ὕδραν] Quare Hydra dicta sit canis, diximus supra ad v. 419. Dicitur autem παλιμβλαστὴς, ob capita: ubi enim aliquod eorum exscindebatur, duo continuo succrescebant. De qua fabula vide Erasm. in Adagio, *Hydram secas.* et Apollod. Biblioth. Lib. II. c. 5. sect. 2. *Barnes.*

1266. Tollenda interrogationis nota post φονεύσας, et minus plene ibi distinguendum. Participium enim illud cum verbis seqq. διῆλθον, ἀφικόμην, per copulativas τε et καὶ junctis, connecti debet. *Heath.*

1270. Hermannus præterivit silentio Reiskii ceterorumque emendationem: τὸν λοίσθιον — πόνον, *ultimum laborem*, quod, ut nobis videtur, locum dubitandi non relinquit. Confer v. 22. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξεμόχθησεν πόνους, Τὸ (f. τὸν) λοίσθιον δὲ, Ταινάρου διὰ στόμα Βέβηκ' ἐς Ἅιδου. Τλῆναι πόνους (seu μόχθους) locutio est sæpius usitata. Est hujus fabulæ locus, qui lectionem h. v. vulgatam firmat, v. 826. Ἐπεὶ δὲ μόχθους διεπέρασ' Εὐρυσθέως, Ἥρα προσάψαι καινὸν αἷμ'· αὐτῷ θέλει, Παῖδας κατακτείναντι. Hic, tamen, Hermannus cum Wakefieldio legit καινὸν αἷμ'. *Elmsl.*

πόνον] *Ultimum laborem*, scribit Reisk.

Pro φόνον Lennep. ad Phalar. Epp. Ep. 102. p. 295, 1. legi vult πόνον, quod frequenter dicatur τλῆναι vel ἀνατλῆναι πόνους. *Beck.*

1271. θριγκῶσαι κακοῖς.] Ut domum meam malis circumvallarem et undique sepirem. Planius Euripides in Oreste: Κύκλῳ γὰρ εἱλιχθεῖσαν ἀθλίοις κακοῖς Οὐ

Εἰς ποῖον ἱερόν, ἢ πανήγυριν φίλων
Εἶμ᾽, οὐ γὰρ ἄτας εὐπροσηγόρους ἔχω.
Ἀλλ᾽ Ἄργος ἔλθω; πῶς, ἐπεὶ φεύγω πάτραν;
Φέρ᾽, ἀλλ᾽ ἐς ἄλλην δή τιν᾽ ὁρμήσω πόλιν;
Κἄπειθ᾽ ὑποβλεπώμεθ᾽, ὡς ἐγνωσμένοι,
Γλώσσης πικροῖς κέντροισι κληδουχούμενοι·
Οὐχ οὗτος ὁ Διός, ὃς τέκν᾽ ἔκτεινέν ποτε,
Δάμαρτά θ᾽; οὐ γῆς τῆσδ᾽ ἀποφθαρήσεται;
Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ᾽ ἀεὶ κακῶς

Ad quod templum, aut cœtum amicorum
Ibo? nec enim Atas affabiles habeo.
Sed Argos proficiscar? quomodo, siquidem fugio patriam?
Age, an in aliam aliquam civitatem me conferam?
At postea limis oculis aspiciemur, utpote noti,
Linguæ amaris stimulis exagitati:
Nonne hic *est filius* ille Jovis, qui filios olim interfecit,
Et uxorem? an non ex hac terra in malam rem abibit?
At viro, qui aliquando dicebatur beatus,
Acerba *est* mutatio: at cui semper male

πάμφορτ᾽ εἶδον μᾶλλον ἄλλην ἑστίαν. Hæc Brodæus. Aliud autem quid elegantius hæc vox notat: significat enim consummatum quid facere, ut sit ex hoc ultimo facinore omnium Herculis malorum consummatio. Sic supra dixit ad Troades, v. 491. *Τὸ λοίσθιον δὲ θριγκὸς ἀθλίων κακῶν*, in quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

1274. s. *Εἰς ποῖον ἱερὸν, ἢ πανήγυριν φίλων Εἶμι,*] E templis enim arcebantur parricidæ, athei, sacrilegi, quique se immanibus sceleribus adstrinxissent; etiam amicorum proditores, juxta illud oraculi, quo talis vir e templo exire jubebatur, apud Simplicium in Epictetum, c. 39. *Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐπαμύνας, Ἤλυθες οὐ καθαρός· περικαλλέος ἔξιθι σηκοῦ.* Æschylus Eumen. *Ποίοισι βωμοῖς χρώμενος τοῖς δημίοις; ποία δὲ χέρνιψ φρατόρων προσδέξεται.* Theon Sophista: *Διὰ τοῦτο χερνίβων εἴργεσθαι, (ἀνδροφόνος δηλονότι) σπονδῶν, κρατήρων, ἀγορᾶς, ἱερῶν.* Abunde hæc res patet ex Eurip. Oreste et Æschyli Eumenidd. Partim ex Joh. Brodæi notis. *Barnes.*

1275. Constructio est: *ἔχω γὰρ ἄτας εὐπροσηγόρους. calamitates enim sustineo, in quibus nullum compellare me licet.* Contagio utique sceleris contrahi etiam colloquio credebatur. vid. supra v. 1210. Orest. 75. Nec aliter Brodæus. *Musg.*

οὐ γὰρ ἄτας εὐπροσηγόρους ἔχω.] Tales enim calamitates sustineo facinorosas, in quibus nulli me compellere licet. Sicut enim neque diis accepti erant hujusmodi homines, ita ab hominibus quoque velut polluti vitabantur, neque alloquiis honorati. Euripid. Orest. *Προσφθέγμασιν γὰρ οὐ μιαίνομαι σέθεν.* *Brodæus.*

1278. Reisk. corrigit: *Ἔπειθ᾽ ὅπως ἂν τλώμεθα, quomodo patiar me a maledicis linguis lacerari. Beck.*

1279. Injuria verbum *κληδουχεῖν* suspectum est Marklando ad Iph. Taur. 1464. Sed hic quidem quomodo illud defendi possit non video. Reiskii *λοιδορούμενοι*, quod etiam Musgravio in mentem venit, nimis vulgare est, quam ut ita corrumpi potuerit. Alteram Musgravii conjecturam, *κληρουχούμενοι*, quod interpretatur *obnoxii calumniæ, tamquam κληρουχίᾳ*, non intelligo. Scribendum videtur *κηλιδούμενοι*, quo verbo paullo post usus est, v. 1309. Et ut Græci poëtæ sæpissime



Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶς δύστηνος ὤν.
Εἰς τοῦτο δ' ἥξειν ξυμφορᾶς οἶμαί ποτε·
Φωνὴν γὰρ ἥσει χθὼν, ἀπεννέπουσά με
Μὴ θιγγάνειν γῆς, καὶ θάλασσα, μὴ περᾶν,
Πηγαί τε ποταμῶν· καὶ τὸν ἁρματήλατον
Ἰξίον' ἐν δεσμοῖσιν ἐκμιμήσομαι.
Καὶ ταῦτ' ἄριστα, μηδέν' Ἑλλήνων μ' ὁρᾶν,
Ἐν οἷσιν εὐτυχοῦντες ἦμεν ὄλβιοι.
Τί δῆτά με ζῆν δεῖ; τί κέρδος ἕξομεν,
Βίον γ' ἀχρεῖον ἀνόσιον κεκτημένοι;

Est, nihil dolet, qui miserias habet cognatas.
Ad hanc autem calamitatem venturum me aliquando puto.
Etenim tellus mittet vocem, interdicens mihi
Ne attingam terram, et mare, ne trajiciam,
Et fontes fluminum, et eum, qui rotatur,
Ixionem, in vinculis, imitabor.
Et hoc *est* optimum; ut nemo Græcorum me videat,
Inter quos bona fortuna utentes eramus beati.
Quid igitur opus est me vivere? quod lucrum habebimus,
Si vitam inutilem *et* pollutam habeamus?

verba in eodem loco iterant, ita nonnumquam etiam rariora vocabula intra breve spatium repetunt: cujus rei multa possent exempla congeri. Quare conjectura nostra tantum abest, ut ob v. 1309. excusatione indigeat, ut inde aliquid etiam confirmationis nanciscatur. *Herman.*

κληδουχούμενοι·] Vox non intellecta, pro qua Scaliger κληδονούμενοι, vocem æque ignoratam, reponit. Non spernerem, quod etiam a vestigiis literarum non longe abit, [et Reisk. conjicit] λοιδορούμενοι. Sed maxime placet κληρουχούμενοι, *obnoxii calumniæ, tanquam* κληρουχίᾳ. *Musg.*

κληδονούμενοι·] Ita Scalig. rectissime pro corruptissimo illo, quod Æmil. Portum aliosque tantopere fefellit, κληδουχούμενοι. κληδονῆσαι, ἀκοῦσαι. Hesychius. Fit autem a κληδὼν, *fama, rumor*, et est vox media, ac in utramque partem sumitur; de qua voce nos supra ad v. 1157. *Barnes.*

1282. Vide Pors. ad Orest. 228. *Herman.*

1282—4. Apud Stob. Grot. CIV. p. 427. *Burn.*

1283. ᾧ δ' Stob. Grot. l. l. *Burn.*

1284. Ald. Brub. Herv. Brod. συγγενῶν. Canterus et reliqui συγγενῶς, quod Musgravius non dixisset nullo auctore receptum esse, si Brodæum consuluisset, qui sic apud Stobæum tit. 104. περὶ κακοδαιμονίας legi adnotavit. Accipit hinc lucem redditque Sophocles in Œd. R. 1082. *Herman.*

συγγενῶν] Ita Ed. Ald. pro quo συγγενῶς dant, nullo auctore, recentiores, qui non temere sequendi. Potest enim ἀλγεῖ transitive accipi pro *cura* vel *dolore afficit*. Sic κ' οὐ με πονεῖ, Pind. Pyth. IV. Antistroph. 7. περιαλγεῖ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, Schol. in Medeam, v. 895. Quo posito, οὐδέν', i. e. οὐδένα, legendum erit. οὐδένα συγγενῶν ἀλγεῖ, *neminem cognatorum dolore afficit. Musg.*

1288. Recte Musgravius ἁρματήλατον pro vulgato ἁρματηλάτην. *Herman.*

ἁρματηλάτην] Omnino legendum ἁρματήλατον. Rotæ perpetuo circumactæ alligatum tradunt, κατ' ἄντυγα δρομάδα δέσμιον, ut verbis Sophoclis utar Philoctet. v. 696. ubi vulgo male ἅμαξαν. *Musg.*

Quia ἁρματηλατεῖν sit etiam *curru vehi*, Heath. censet, ἁρματηλάτην denotare

Χορευέτω δὴ Ζηνὸς ἡ κλεινὴ δάμαρ,
Κρούουσ' Ὀλυμπίου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα.
Ἔπραξε γὰρ βούλησιν, ἣν ἐβούλετο,
Ἄνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αὐτοῖσιν βάθροις
Ἄνω κάτω στρέψασα· τοιαύτῃ θεῷ
Τίς ἂν προσεύχοιθ', ἣ γυναικὸς οὕνεκα
Λέκτρων φθονοῦσα Ζηνί, τοὺς εὐεργέτας
Ἑλλάδος ἀπώλεσ', οὐδὲν ὄντας αἰτίους;
ΘΗ. Οὐκ ἔστιν ἄλλου δαιμόνων ἀγὼν ὅδε,

Tripudiet igitur inclyta illa uxor Jovis,
Pulsans Olympii Jovis pedem sandalio.
Fecit enim voluntatem, quam voluit,
Virum in Græcia principem ab ipsis fundamentis
Sursum atque deorsum evertens. Talem Deam
Quis adoraret? quæ propter mulieris
Thalamum invidens Jovi, benefactores
Græciæ perdidit, qui extra omnem culpam sunt.
The. Non est alterius Dei molimen istud,

quoque posse *curru vectum;* currum autem per synecdochen pro rota poni. *Beck.*

1289. Ἰξίον' ἐν δεσμοῖσιν ἐμμεμνήσομαι.] De Ixione, et ejus apud inferos supplicio, quomodo rotæ fuerit ferreæ alligatus, videsis Natalis Comitis Mytholog. Lib. VI. c. 16. Eustathium in Homer. fol. 102. lin. 20. Apollodorum, aliosque Mythologos et Scholiastas. *Barnes.*

1293. Heath. et Reisk. malunt Βίον γ' ὦ. *Beck.*

1294. Δὲ in δὴ mutavi. *Herman.*

1295. Servavi veterum librorum lectionem, quamvis vitiosam. Brodæi conjecturam πέδον pro πόδα, Cantero, Portoque probatam, a Barnesio autem etiam in textum receptam, temere adscivit Heathius, scribens κρούουσ' Ὀλύμπου σεμνὸν ἀρβύλῃ πέδον. Hac via si incedendum erat, facilius etiam scribi potuisset κρούουσ' Ὀλύμπου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πέδον. Sed πόδα sanum esse intelligitur ex Iphig. Aul. 1048. Electr. 180. Quare, nisi gravior hic corruptela latet, fortasse scribendum est, κρούουσ' Ὀλύμπου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα, ut Juno Ζηνὸς ἀρβύλῃ saltare, i. e. pro Jove se gerere dicatur. *Herman.*

πόδα.] Emendat Brodæus πέδον, assentiente Cantero. Locus sic constitutus Junonem fingit sandalio Jovis indutam, et choreas agentem. Mihi non deterior videtur vulgata, ut constructio sit: κρούουσα ἀρβύλῃ πόδα Ὀλυμπίου Ζηνός. Græci enim, ne alios nominem, pro *contumeliose tractare* libenter dicunt *inambulare* τῷ ποδί, vel *insultare.* Plutarchus: ἐμπεριπατῶν τῷ Βίαντι καὶ κατορχούμενος. Op. Mor. p. 98. Ed. Steph. *Musg.*

Κρούουσ' Ὀλυμπίου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πέδον.] Cum πόδα olim scriptum erat, recte Brodæus, Canterus, et Portus, πέδον legebant. Vel autem Ὀλυμπίου per συνίζησιν legendum, ut Virgil. Æn. Lib. X. v. 1. *Panditur interea Domus omnipotentis Olympi.* Vel certe Διὸς legendum, ut versus sibi constet. Ἀρβύλη est genus quoddam *calceamenti, muliebris* præsertim, ut testatur Euripidis Scholiastes ad Orest. v. 140. Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης τιθεῖτε] Ἀρβύλη ἐστὶν εἶδος ὑποδήματος γυναικείου κοίλου καὶ βαθέος. Hinc Sophocles dixit in Troilo, καταρβύλους χλαίνας, pro ποδήρεις. Hesychius: Καταρβύλοις χλαίναις, ποδήρεσιν, ὥστε καὶ ἐπὶ τὰς ἀρβύλας χαλᾶσθαι. Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ. *Barnes.*

Heath. censet, vocem Ζηνὸς a librarii interpolatrice manu profectam esse, ver-



Ἢ τῆς Διὸς δάμαρτος· εὖ τόδ' αἰσθάνει.
*   *   *
Παραινέσαιμ' ἂν μᾶλλον ἢ πάσχειν κακῶς.
Οὐδεὶς δὲ θνητῶν ταῖς τύχαις ἀκήρατος,
Οὐ θεῶν, ἀοιδῶν εἴπερ οὐ ψευδεῖς λόγοι.
Οὐ λέκτρα τ' ἀλλήλοισιν, ὧν οὐδεὶς νόμος,
Ξυνῆψαν; οὐ δεσμοῖσι διὰ τυραννίδας
Πατέρας ἐκηλίδωσαν; ἀλλ' οἰκοῦσ' ὅμως
Ὄλυμπον, ἠνέσχοντό θ' ἡμαρτηκότες.

Quam uxoris Jovis. Hoc recte sentis.
*   *   *
[Facilius *te* monere, quam *ipse* mala pati.]
Nullus autem mortalium est illæsus a fortuna,
Neque deorum, si modo non *sunt* falsa poetarum carmina.
An non matrimonia inter se, quæ nulla lege *permittuntur*,
Contraxerunt? nonne propter tyrannidem vinculis
Patres ignominiose affecerunt? et tamen habitant
Cœlum, et sua peccata tulerunt *æquo animo*.

sum forte sic restitui posse: Κρεῖσσον' Ὀλύμπου σεμνὸν ἀρβύλῃ πέδον. nam vulgatæ repugnare metrum.

Reisk. scribit: Ὄλυμπον, et quum in vet. ed. pro πέδον sit πόδα, conjici quoque posse: κρεῖσσον' Ὄλυμπον Ζηνὸς ἀρβύλῃ πυκνά. *Beck.*

1296. βούλησις,] Βούλημα et βούλησις, idem, quod voluntas, θέλημα, a βούλομαι, θέλω, volo. Βουλὴ, consilium. *Barnes.*

1298. Ἄνω κάτω] Vide Erasmum in Adagio, *sursum ac deorsum*. *Barnes.*

1299. γυναικὸς οὕνεκα] Quod Jupiter matrem meam Alcmenam amasset. *Barnes.*

1300. τοὺς Εὐεργέτας] De hac re vide quæ nos supra ad v. 872. et 1243. *Barnes.*

1302. Wakefieldius 'γὼν pro ἀγών. *Herman.*

1304. Legebatur παραινέσαι μ' ante Commelin. Aliquid ante hunc versum excidisse, primus vidit Scaliger. *Herman.*

Vere statuit Scaliger, ante hunc versum aliquid deesse; nec audienda, quæ opponit Barnesius. (Sic et Heath. atque Reisk. censent.) *Musg.*

Παραινέσαι μ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάσχειν κακῶς.] Scaliger huc notat λείπει, defectum putans hic esse aliquem. Sed nullus mihi videtur, si modo sic capias: Εὖ τόδ' αἰσθάνῃ, Παραινέσαι μ' ἂν μᾶλλον, ἢ πάσχειν κακῶς. Et occurrit illi dicto Herculis, v. 1240. Σύ γ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς με νουθετεῖς. Sin εὖ τόδ' αἰσθάνῃ referatur ad superiorem sententiam, Οὐκ ἔστιν ἄλλου Δαιμόνων ἀγὼν ὅδε, Ἢ τῆς Διὸς δάμαρτος, tum vel Ἔλεξας subauditur, si παραινέσαι legamus, vel si παραινέσαιμ' legitur uno verbo, tum ad πάσχειν subauditur δυνήσαιμι, neque enim hæc ellipsis est inusitata. Utrovis modo locus explicatur. *Barnes.*

Prev. cum Scal. et Musgr. judicat, aliquem hic esse defectum. Itaque ipse supplet: Je sçais. *Beck.*

1306. εἴπερ οὐ, ut nobis videtur, est solœcismus, Soph. Œd. C. 626. Κεἴπερ Οἰδίπουν ἱρεῖς Ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων Τῶν ἐνθάδ', εἴπερ μὴ θεοὶ ψεύσουσί με. Lege igitur, εἴπερ ἀψευδεῖς λόγοι. Similis varietas apud Æsch. Prometh. v. 185. occurrit, ubi ed. Turneb. et MSS. habent οὐ παράμυθον, loco ἀπαράμυθον. Scite Butlerus notat παράμυθος non esse adjectivum. *Elmsl.*

1307. Reiskius scribit: Οὐ λέκτρα γ' ἀλλ' *Beck.*

1310. Reisk. legit: ἡμαρτηκότας. *Beck.*



Καίτοι τί φήσεις, εἰ σὺ μὲν θνητὸς γεγὼς,
Φέρεις ὑπέρφευ τὰς τύχας, θεοὶ δὲ μή;
Θήβας μὲν οὖν ἔκλειπε τοῦ νόμου χάριν,
Ἕπου δ' ἅμ' ἡμῖν πρὸς πόλισμα Παλλάδος.
Ἐκεῖ χέρας σὰς ἁγνίσας μιάσματος,
Δόμους τε δώσω, χρημάτων τ' ἐμῶν μέρος.
Ἃ δ' ἐκ πολιτῶν δῶρ' ἔχω, σώσας κόρους
Δὶς ἑπτὰ, ταῦρον Κνώσσιον κατακτανὼν,
Σοὶ ταῦτα δώσω· πανταχοῦ δέ μοι χθονὸς
Τεμένη δέδασται· ταῦτ' ἐπωνομασμένα
Σέθεν τὸ λοιπὸν ἐκ βροτῶν κεκλήσεται,
Ζῶντος· θανόντος δ', εὖτ' ἂν εἰς Ἅιδου μόλῃς,

Sed quid dices? si tu quidem cum sis mortalis,
Nimium immoderate feras *vitæ* casus, Dii vero non.
Thebas igitur relinque propter legem,
Sequere vero nos ad urbem Palladis:
Ibi purgatis tuis manibus a piaculo,
Dabo tibi domum, et partem opum mearum.
Munera vero quæ habeo a civibus, servatis adolescentibus
Bis septem, interfecto tauro Gnossio,
Hæc tibi dabo: ubique vero regionis mihi
Agri sunt consecrati. Hi denominati
A te deinceps ab hominibus vocabuntur
Vivo: cum vero mortuus ad inferos veneris,

1312. *Φέρεις ὑπερφεῦ*] Legendum sensu contrario *στένεις ὑπερφεῦ*. Lexicon Phrynichi Coislinianum: *μηδὲν ὑπερφεῦ· Κρατῖνος, ἐπὶ τοῦ μηδὲν ἄγαν.* Hinc certo stabilitur vis vocis adhibitæ, Phœn. v. 560. Æschyl. Pers. v. 822. *Musg.*

ὑπέρφευ] De hoc verbo vide Phœniss. v. 560. *Barnes.*

1314. *Ἕπου δ' ἅμ' ἡμῖν πρὸς πόλισμα Παλλάδος.*] Athenæ præcipue ob laudem pietatis et clementiæ nobilitatæ erant: de earum pietate et humanitate vid. quæ nos ad Supplices, v. 536. De earum erga deos pietate vide quæ nos ad Heraclid. v. 902. De earum clementia, ne dicam totas fabulas, Supplices et Heraclidas, ejus magna esse argumenta, ita Callimachus in Ætiis, de Athenis: *Οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πολίων.* *Barnes.*

1317. 8. *σώσας κόρους Δὶς ἑπτὰ ταῦρον Κνώσσιον κατακτανὼν.*] *Ταῦρον, ἀντὶ Μινόταυρον, Κνώσσιον, ἀντὶ Κρητικόν· Κνωσσὸς γὰρ, ἢ Γνωσσὸς, πόλις Κρήτης, τὰ τοῦ Μίνωος βασίλεια, ὅθεν Κνωσσὸν Μινώιον καλεῖ Ὅμηρος. Κνώσσιος, κτητικόν.* De Minotauro et Androgeo cæso ab Atheniensibus, deque septem pueris, totidemque puellis quotannis ab Atheniensibus Minotauro in cibum missis, donec a Theseo ille cæderetur Ariadnæ ope, Plutarchus in Theseo: item Isocrates in Helena; item Apollodorus Bibliothec. Lib. III. c. 14. §. 8. Item Natalis Comes Mytholog. Lib. VI. c. 5. et Lib. VII. c. 9. Catullus Ariadnæ Historiam complexus est, Ovidius attingit Metamorph. Lib. VII. Fab. 23. Virgilius quoque et Propertius, etc. Præcipue Joh. Meursius de Regn. Athen. Lib. III. qui et librum singularem scripsit Thesei nomine dictum. *Barnes.*



Θυσίαισι λαΐνοισί τ' ἐξογκώμασιν
Τίμιον ἀνάξει πᾶσ' Ἀθηναίων πόλις.
Καλὸς γὰρ ἀστοῖς στέφανος Ἑλλήνων ὕπο,
Ἄνδρ' ἐσθλὸν ὠφελοῦντας, εὐκλείας τυχεῖν·
Κἀγὼ χάριν σοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας
Τήνδ' ἀντιδώσω· νῦν γὰρ εἶ χρεῖος φίλων.
Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων·
Ἅλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν, ὅταν θέλῃ.
ἩΡ. Οἴμοι, πάρεργά τοι τάδ' ἔστ' ἐμῶν κακῶν.
Ἐγὼ δὲ τοὺς θεοὺς οὔτε λέκτρ', ἃ μὴ θέμις,
Στέργειν νομίζω, δεσμά τ' ἐξάπτειν χεροῖν
Οὔτ' ἠξίωσα πώποτ', οὔτε πείσομαι,

Sacrificiis, et lapideis tumulis,
Tota Atheniensium civitas *te* celebrabit.
Pulchrum enim civibus *est* ornamentum, a Græcis
Gloriam consequi, virum bonum dum adjuvant.
Et ego tibi gratiam pro mea salute
Hanc referam: nunc enim es indigus amicorum.
Quando autem *aliquem* dii honorant, non opus est amicis:
Deus enim satis *est* ad juvandum, cum vult.
Her. Hei mihi, aliena enim sunt hæc a meis malis.
Ego vero Deos neque connubia illegitima
Amare puto, et vincula manibus injicere
Neque existimavi unquam, neque credam,

1323. Reiskius θυσίαις τε. Minime opus. *Herman.*

1328. χρεῖος] Vid. supra ad v. 51. *Musg.*

νῦν γὰρ εἶ χρεῖος φίλων.] Χρεῖος hoc in loco est adjectivum idem significans, quod κεχρημένος, et χρήζων, ut ἀχρεῖος contrarium sonat. Sic Philo de Vita Mosis, Lib. I. παρασκευῆς οὐδεμιᾶς ἐστι χρεῖος ὁ βοηθός. Sic Eustath. in Homer. fol. 218. lin. 7. ex quodam citat: Ἀνὴρ εἰς οὐδὲν χρεῖος. Est enim *utilis*, æque ac *egenus*; ponitur quoque substantive pro χρέος. Quare non est, quod hoc in loco Scaliger legeret: Νῦν γὰρ ἡ χρειὼ φίλων. *Barnes.*

Reisk. emendat: Νῦν γὰρ ἐν χρεῖ (i. e. χρείᾳ) εἶς (vel εἶ) φίλων, *nunc enim es in penuria amicorum. Beck.*

1329. Jacobsius in Additam. Animadv. ad Athen. p. 60. legendum conjicit θεοὶ δ' οὓς ἂν τιμῶσιν. Vulgatam servavit Porsonus in Suppl. Præf. ad Hecub. p. xxxiv. et ad Orest. 659. et recte, sensu loci postulante. *Herman.*

1331. Recte MSS. Paris. τοι addunt, in edd. vett. omissum. Πάρεργα dicit incrementa. *Herman.*

πάρεργά τοι] Ita MSS. Parisiens. In Ed. Ald. deest τοι. *Musg.*

Οἴμοι, πάρεργα γὰρ τάδ' ἐστ' ἐμῶν κακῶν.] Cum olim claudicarit versus una syllaba deficiens; ego γὰρ suo loco inserui. Scaliger τοιάδ' legebat. *Barnes.*

1333. Tollenda distinctio post χεροῖν, ut hæc cum seqq. connectantur. *Heath.*

1334. Hunc versum post sequentem collocandum putat assentiente Musgravio Piersonus in Veris. p. 151. Non negaverim, facile fieri potuisse, ut versuum

Οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι.
Δεῖται γὰρ ὁ θεὸς, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεὸς,
Οὐδενός· ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι.
Ἐσκεψάμην δὲ, καίπερ ἐν κακοῖσιν ὢν,
Μὴ δειλίαν ὄφλω τίν', ἐκλιπὼν φάος.
Τὰς ξυμφορὰς γὰρ ὅστις οὐκ ἐπίσταται,
Θνητὸς πεφυκὼς, ὃν τρόπον χρεὼν, φέρειν,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δύναιθ' ὑποστῆναι βέλος.
Ἐγκαρτερήσω θάνατον· εἶμι δ' εἰς πόλιν
Τὴν σὴν, χάριν τε μυρίων δώρων ἔχω.

Alterum alterius dominum fuisse.
Nam Deus, qui quidem revera Deus sit, indiget
Nullius: poëtarum *vero sunt* hæ miseræ fabulæ.
Et quanquam in calamitate sum, tamen cogitavi
Ne timiditatis alicujus accuser, si relinquam lucem.
Quisquis enim non sustinet adversos casus,
Mortalis existens, ut decet sustinere,
Is ne viri quidem telum poterit sustinere:
Fortiter-expectabo mortem. Ibo autem in civitatem
Tuam, et gratiam habeo pro donis infinitam.

ordo permutaretur. Vulgatam etiam versu 1334. sequentibus juncto defendas. Vide Erfurdtii Addenda ad Secund. ed. Sophocl. Antig. 5. *Herman.*

Οὔτ' ἠξίωσα] Hunc versum post sequentem, οὐδ' ἄλλον, collocandum censet Piersonus, cui facile assentientur, qui elegantiæ gustum habent. *Musg.*

1336. Hunc et sequentem versum affert Plutarchus de Repugn. Stoic. p. 1052. E. omittens δ' post ἀοιδῶν, quod sola Aldina habet. *Herman.*

Δεῖται γὰρ ὁ θεὸς,] Hoc maxime facit ad proverbium, *Nullius indiget Deus.* Joh. Brodæus. Ita Hugo Grotius hanc sententiam vertit: *Deus aut eget nullius, aut non est Deus; Quare ista Vatum misera sunt mendacia. Barnes.*

Spanhem. ad Callim. p. 26. emendat ὄντων θεὸς, *rerum deus;* cui repugnat Heath. *Beck.*

1337. δύστηνοι] Non assentiendum Ruhnkenio meo legenti δύσφημοι. [Ep. Crit. II. p. 21.] δύστηνος, si Polluci fides, Lib. V. sect. 163. hominem nihili, i. e. odio et contemtu dignissimum, sonat. Pariterque Sophocles Electr. v. 120. Clytæmnestram δυστανοτάταν vocat, quod recte Scholiastes per ἐξωλεστάτην exponit. Euripidi Suppl. v. 372. δύστανος dicitur, qui se parentibus non morigerum præstat, i. e. *turpis, vilis, abominandus,* non, ut male Interpres, *infelix.* Hinc δύστηνοι λόγοι. *detestandi sermones.* δύστηνα ῥημάτια (apud Lucianum Symposio, et Socratem Histor. Ecclesiast. f. 171. p. 2. Ed. Rob. Steph.) *detestanda verbula. Musg.*

Pro ἀοιδῶν Plutarch. T. II. p. 1052. E. male αὐτῶν. Valck. ad Hippol. p. 184. *Beck.*

1338. s. Ἐσκεψάμην δὲ, καίπερ ἐν κακοῖσιν ὢν, Μὴ δειλίαν ὄφλω τιν' ἐκλιπὼν] φάος.] Hæc Euripidis sententia ex Herculis ore prolata Stoicis ansam dedit asserendi, μηδεμίαν τοῦ βίου ἐξαγωγὴν εὔλογον. Quin Aristoteles Lib. III. Nicomacheorum ad Eud. hæc scribit philosophico nostro poëtæ consentanea: Τὸ δὲ ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ· Μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα. Vid. et hæc et plura in hanc rem in M. Anton. Muret.



Ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην,
Ὧν οὔτ᾽ ἀπεῖπον οὐδέν, οὔτ᾽ ἀπ᾽ ὀμμάτων
Ἔσταξα πηγάς, οὐδ᾽ ἂν ᾠόμην ποτὲ
Εἰς τοῦθ᾽ ἱκέσθαι, δάκρυ᾽ ἀπ᾽ ὀμμάτων βαλεῖν.
Νῦν δ᾽, ὡς ἔοικε, τῇ τύχῃ δουλευτέον.
Εἶεν· γεραιέ, τὰς ἐμὰς φυγὰς ὁρᾷς,
Ὁρᾷς δὲ παίδων ὄντα μ᾽ αὐθέντην ἐμῶν·
Δὸς τούσδε τύμβῳ καὶ περίστειλον νεκρούς,
Δακρύοισι τιμῶν, (ἐμὲ γὰρ οὐκ ἐᾷ νόμος)
Πρὸς στέρν᾽ ἐρείσας μητρί, δούς τ᾽ ἐς ἀγκάλας

At gustavi jam labores innumeros,
Quorum nihil recusavi, neque ab oculis
Stillavi *lacrymarum* fontes, neque putavi me unquam
Eo perventurum, ut emitterem ex oculis lacrymas.
Nunc vero, ut apparet, fortunæ serviendum *est*.
Esto! O senex, vides meum exilium,
Vides etiam me proprium-interfectorem meorum liberorum.
Hos manda tumulo, et orna cadavera,
Lacrymis honorans (lex enim me non sinit.)
Admovens ad pectus matris, et dans in ulnas

Var. Lection. Lib. IV. c. 2. Vide etiam Joh. Guillimardi de Champdenier in Duello inter Hominem et Mortem, Argum. 18. Object. 5. Hunc locum supra attigimus, v. 1128. Et certe, quod ad v. 139. leviter attigimus, in hac parte, longe felicior Euripides Philosophis viris videbitur, qui hæc tam digna sua prudentia et Herculis magnanimitate illi attribuat; cum Seneca ipsum Herculem inconsolabiliter desperationis morbo succumbentem, non prius ab impio necem sibi consciscendi consilio abstinere facit, quam idem patri quoque Amphitryoni ea lege fixum videret. *Barnes.*

1340. Edd. ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται, omisso sequente versu. MSS. Stephani τὰς συμφορὰς, ut Stobæus tit. 108. ex quo etiam ἐπίσταται et sequentem versum recepi, quod faciendum monuerat Marklandus ad Suppl. 200. Miror secus visum esse Musgravio, qui hos versus, ut apud Stobæum scripti sint, afferens, male posuit ᾧ τρόπῳ. Edd. Stobæi, uti dedi, ὃν τρόπον, et deinde οὐδ᾽ ἀνδρὸς ἂν δύναιθ᾽ ὑποστῆναι βέλος, nisi Trincav. οὐδ᾽ ἀνδρὸς δύναιθ᾽ ἀνθυποστῆναι βέλος. *Herman.*

Ταῖς συμφοραῖς] MSS. Steph. τὰς συμφορὰς. Utraque constructio proba. Stobæus quidem Tit. CVIII. locum uno versu auctiorem exhibet:

τὰς συμφορὰς γὰρ ὅστις οὐκ ἐπίσταται
θνητὸς πεφυκώς, ᾧ τρόπῳ χρεὼν φέρειν,
οὔτ᾽ ἀνδρὸς ἂν δύναιθ᾽ —

Sed præstat meo judicio vulgata. *Musg.*

Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅστις οὐχ ὑφίσταται,] Non erat, quod Henricus Stephanus τὰς συμφορὰς legendum hic putaret, vel in proximo versu pro βέλος dativum quoque βέλει, cum et ipse ibidem utrumque casum huic verbo assignandum fateatur, et dativum quoque ex Thucydide probet. Hanc sententiam Grotius et Stephanus in Excerptis Latinam fecere. *Barnes.*

1344. Wakefieldii conjectura μυρίων si cui blandiatur, monendus est, ut recte hunc locum consideret. *Herman.*

1354. δούς τ᾽] Recte δοὺς legitur et copulatur cum ἐρείσας et refertur ad περίστειλον. Miltonus igitur frustra corrigit δός. *Barnes.*

Κοινωνίαν δύστηνον, ἣν ἐγὼ τάλας
Διώλεσ' ἄκων· γῇ δ' ἐπὴν κρύψῃς νεκρούς,
Οἴκει πόλιν τήνδ', ἀθλίως μὲν, ἀλλ' ὅμως
Ψυχὴν βιάζου τἀμὰ συμφέρειν κακά.
Ὦ τέκν', ὁ φύσας χὠ τεκὼν ὑμᾶς πατὴρ
Ἀπώλεσ', οὐδ' ὤνασθε τῶν ἐμῶν καλῶν,
Ἅγὼ παρεσκεύαζον, ἐκμοχθῶν βίᾳ
Εὔκλειαν ὕμιν, πατρὸς ἀπόλαυσιν καλήν.
Σέ τ' οὐχ ὁμοίως, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσα,
Ὥσπερ σὺ τἀμὰ λέκτρ' ἔσωζες ἀσφαλῶς,
Μακρὰς διαντλοῦσ' ἐν δόμοις οἰκουρίας.

Conjunctionem miseram, quam ego miser
Invitus perdidi. Postquam vero terra mortuos occultaveris,
Habita hanc urbem, misere quidem, sed tamen
Coge animum ad ferendum mecum una mea mala.
O liberi, qui procreavit et tuebatur vos, pater
Perdidit, neque fructum percipitis ex meis honestis,
Quæ ego comparavi ex laboribus per vim,
Gloriam vobis, honestum ex patre fructum.
Teque non similiter, O misera, perdidi,
Ut tu fideliter servâsti meum thalamum,
Longam domus custodiam in ædibus tolerans.

1355. Vide Pors. ad Phœn. 16. *Herman.*

1356. Legebatur ἑκὼν. *Herman.*

1359. χ' ὁ τεκὼν,] Supervacuum est post ὁ φύσας. An legendum χ' ὁ στέγων, *et protegens.* Modestius certe hoc, quam Reiskii, οὐχ ἑκών. *Musg.*

Vulgatam defendit Brunck. ad Orest. 544. ubi similia redundantiæ Tragicorum exempla congessit.

ὁ φύσας χὠ τεκὼν] Talem pleonasmum Tragicis fuisse in deliciis, neque adeo a Musgr. sollicitandum, observat Br. ad Or. 544. *Beck.*

1361. Heath. pro ἐκ μόχθων scribit ἐκμοχθῶν. Sed eodem modo jam Reisk. *Beck.*

1362. ἀπόλαυσιν] Conjectura est Canteri, quam non dubitavi recipere. πατρὸς ἀπόλαυσις est, quicquid commodi a patre, vel patris opera, percipiunt liberi. Ed. Ald. ἀπόλλυσιν. Parem fere errorem ad Helen. v. 76. errarunt librarii. *Musg.*

ἀπόλαυσιν καλήν.] Ita recte pro corrupto ἀπόλλυσιν legebat Canterus, ejus lectionem probavit Scaliger, nos indubitatam ducimus. *Barnes.*

1367. Commelin. P. Steph. Barnes. πέπραγμαι. Lectionem Ald. Brub. Herv. Brod. Cant. πέπραγα, revocavit Musgravius. *Herman.*

πέπραγα,] Ita Ed. Ald. Edd. recent. errore typographico, πέπραγμαι. *Musg.*

1369. Legebatur λυγραί τι. *Herman.*

1371. Arma dicit ingredientis succussu latus pulsantia. Unde ne προσπιτνοῦντα requiras, observandum, licuisse προσπιτνόντα, non licuisse προσπεσόντα dicere. Græci non temere, ut putare videtur Buttmannus in Gr. Gr. p. 171. 194. ed. quint. gravare et prolongare formas præsentium amabant, sed ista formarum varietate tenues quasdam significationum diversitates verbis adjungebant: quod ut in plurimis verbis manifestissimum est, ut in φέρω, φορέω, in τήκω, τέγγω, in πάσχω, πενθέω, ita



Οἴμοι δάμαρτος, καὶ τέκνων· οἴμοι δ' ἐμοῦ,
Ὡς ἀθλίως πέπραγα, κἀποζεύγνυμαι
Τέκνων, γυναικός τ'· ὦ λυγραὶ φιλημάτων
Τέρψεις, λυγραὶ δὲ τῶνδ' ὅπλων κοινωνίαι.
Ἀμηχανῶ γάρ, πότερ' ἔχω τάδ', ἢ μεθῶ,
Ἃ πλευρὰ τἀμὰ προσπιτνόντ' ἐρεῖ τάδε·
Ἡμῖν τέκν' εἷλες καὶ δάμαρθ'· ἡμᾶς ἔχεις
Παιδοκτόνους σούς· εἶτ' ἐγὼ τάδ' ὠλέναις
Οἴσω; τί φάσκων; ἀλλὰ γυμνωθεὶς ὅπλων,
Ξὺν οἷς τὰ κάλλιστ' ἐξέπραξ' ἐν Ἑλλάδι,
Ἐχθροῖς ἐμαυτὸν ὑποβαλών, αἰσχρῶς θάνω;

Heu meam uxorem, et liberos! heu me!
Quam misere egi, et jam avellor
A liberis, et uxore. O acerbæ osculorum
Delectationes, et tristis societas horum armorum.
Dubito enim, utrum hæc retinere, an dimittere debeam,
Quæ ad latus meum accidentia hæc dicent:
Nobis perdidisti liberos, et uxores: habes nos
Liberorum-interfectores tuorum: deinde ego ulnis ea
Feram? quid dicens? sed nudatus armis,
Quibus *res* præclarissimas gessi in Græcia,
Objiciens me hostibus turpiter moriar?

in plerisque negligi solet. Quæ formarum mutationes cur plerumque in solo præsente inveniantur, quærenti non latebit. Ac verbum πίπτω non debebat Buttmannus, p. 304. ex reduplicatione quadam verbo πέτω addita deducere, quum ι longum sit, ut grammatici, v. c. Etym. M. p. 673, 8. observant, quod in reduplicatione breve est. Nam ne quis γιγνώσκειν et γίνεσθαι obverteret, cavit Etymologus, p. 478, 49. 480, 64. Immo, ut idem p. 673. docuit, πίπτω pro Æolico πίσσω dicitur, quod una cum ὄσσομαι, ibidem commemorato, et ἰνίσσω addi poterit verbo λίσσομαι, quod tamquam singulare notavit Buttmannus, p. 191. Πιτνεῖν eamdem rationem habet ad πίπτειν, quam φορεῖν ad φέρειν. Utrumque enim continuationem significat. Itaque πιτνεῖν est *labi*, et sæpius convenit cum nostro *sinken*. Hinc Sophocles in Œd. Col. 1732. maluit de Œdipo ἔπιτνε, quam ἔπεσε dicere. Sic intellige Æschyl. Sept. c. Th. 765. Eurip. Med. 859. Iph. T. 48. Hæc significatio facit, ut participium aoristi usurpari possit, ubi de repetito casu, qui peractus intelligi debeat, sermo est. Æschylus Pers. 460. τοξικῆς τ' ἀπὸ θώμιγγος ἰοὶ προσπιτνόντες ὤλλυσαν. Unumquodque telum προσπεσὸν ὤλεσε, continua προσπιτνόντα ὤλλυσαν: quod nisi per hujus verbi commoditatem aoristo uti licuisset, præsens adhibendum fuisset προσπίπτοντες; nam προσπίτνοντες, quod libri quidam et Brunckius, non semel ille hac in re falsus, habent, barbarum est. De exercitu vero, qui uno impetu facto, deinde stragem edidisset, diceretur προσπεσόντες ὤλλυσαν, ut apud Eurip. Phœn. 1483. Contra ibidem v. 1485. ἔῤῥει δ' αἷμα μυρίων νεκρῶν, λόγχαις πιτνόντων, *alio post alium corruente*. Et in Suppl. 701. τῶν μὲν πιτνόντων, τῶν τε, θραυσθέντων δίφρων, εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων βίᾳ.
Herman.



Οὐ λειπτέον τάδ', ἀθλίως δὲ σωστέον.
Ἕν μοί τι, Θησεῦ, ξύγκαμ' ἀθλίῳ· κυνὸς
Κόμιστρ' ἐς Ἄργος ξυγκατάστησον μολὼν,
Λύπῃ τι παίδων μὴ πάθω μονούμενος.
Ὦ γαῖα Κάδμου, πᾶς τε Θηβαῖος λεὼς,
Κείρασθε, συμπενθήσατ', ἔλθετ' εἰς τάφον
Παίδων· ἅπαντας δ' ἑνὶ λόγῳ πενθήσατε,
Νεκρούς τε, κἀμέ· πάντες ἐξολώλαμεν,
Ἥρας μιᾷ πληγέντες ἀθλίῳ τύχῃ.
ΘΗ. Ἀνίστασ', ὦ δύστηνε· δακρύων δ' ἅλις.
ἩΡ. Οὐκ ἂν δυναίμην· ἄρθρα γὰρ πέπηγέ μου.
ΘΗ. Καὶ τοὺς σθένοντας γὰρ καθαιροῦσιν τύχαι.
ἩΡ. Φεῦ,

Non relinquenda hæc *sunt*: sed misere licet servanda.
In una quadam *re* me adjuves, Theseu: immortalis canis
Adducti-præmia ad Argos euns mecum constitue,
Ne quid ob liberorum dolorem mihi soli accidat.
O terra Cadmi, et universus populus Thebanus,
Tondemini, simul-lugete, ite ad sepulturam
Liberorum, omnes vero uno ore lugete
Mortuos, et me: omnes periimus,
Junonis una percussi misera calamitate.
The. Surge, O miser: satis enim *est* lacrymarum.
Her. Non possum: nam artus mei obriguerunt.
The. Etenim et robustos dejiciunt calamitates.
Her. Heu!

1378. Piersoni emendationem in Veris. p. 228. recepi. Vulgo ἀθλίου κυνός. Wakefieldius ἀγρίου. *Herman.*

Non immerito Piersono displicet ἀθλίου κυνός. Verum quod reponit ἀθλίῳ, mutata distinctione, ut a σύγκαμ' regatur, otiosum hoc in loco et frigidum est. Legendum, ni fallor, ἀφθίτου κυνὸς, *canis immortalis.* *Musg.*

1378. s. ἀθλίῳ κυνὸς Κόμιστρ' ἐς Ἄργος] Hæc de Cerbero omnino sunt sumenda, quem nuper ex Orco ductum, necesse erat Herculi Argos portare et Eurystheo in manus dare. Vide supra ad v. 23. Quare Brodæi me miseret, qui hæc ad hunc locum dicit: *Canem se vocat Hercules, quasi indignus esset hominis appellatione.* *Barnes.*

1379. Κόμιστρ'] *Præmia adducendi,* eadem analogia, qua θρέπτρα, σῶστρα, μήνυτρα, a θρεπτὴς, σωστὴς, μηνυτής. nec aliter Pollux Lib. VII. sect. 135. et Lib. IX. sect. 159. Intelligo autem patrimonium Herculis, quod ei promissum erat, hoc ultimo labore exantlato. vide supra v. 19. ad v. 22. *Musg.*

1382. Leg. ταφὰς, *ad exsequias.* *Reisk.*

1383. Scripsi ἅπαντας. Legebatur ἅπαντες. *Herman.*

ἑνὶ λόγῳ] Ut uno verbo dicam. Amphis apud Athenæum: ἅπαντες ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἑνὶ λόγῳ. Demosthen. in Olynth. 3. ῥᾷδιον εἰς τ' αὐτὸ πάνθ', ὅσα βούλεταί τις, ἀθροίσαντα ἑνὶ λόγῳ. Sic enim scribendum est, non ἐν ὀλίγῳ. *Brodæus.*



Αὐτοῦ γενοίμην πέτρος ἀμνήμων κακῶν.
ΘΗ. Παῦσαι· δίδου δὲ χεῖρ' ὑπηρέτῃ φίλῳ.
ʽΗΡ. Ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις.
ΘΗ. Ἔκμασσε, φείδου μηδέν· οὐκ ἀναίνομαι.
ʽΗΡ. Παίδων στερηθεὶς, παῖδ' ὅπως ἔχω σ' ἐμόν.
ΘΗ. Δίδου δέρῃ σὴν χεῖρ'· ὁδηγήσω δ' ἐγώ.
ʽΗΡ. Ζεῦγός γε φίλιον· ἅτερος δὲ, δυστυχής.
Ὦ πρέσβυ, τοιόνδ' ἄνδρα χρὴ κτᾶσθαι φίλον.
ΑΜ. Ἡ γὰρ τεκοῦσα τόνδε πατρὶς, εὔτεκνος.
ʽΗΡ. Θησεῦ, πάλιν με στρέψον, ὡς ἴδω τέκνα.
ΘΗ. Ὡς δή τί φίλτρον τοῦτ' ἔχων, ῥᾴων ἔσει;
ʽΗΡ. Ποθῶ· πατρός τε στέρνα προσθέσθαι θέλω.
ΑΜ. Ἰδοὺ, τάδ', ὦ παῖ· τἀμὰ γὰρ σπεύδεις φίλα.

Utinam fiam hic lapis immemor malorum.
The. Cessa; da vero manum amico ministro.
Her. Verum *cave*, ne sanguinem abstergam vestibus tuis.
The. Absterge, ne parcas: non recuso.
Her. Orbatus liberis, habeo te nihilominus loco filii.
The. Da collo tuam manum: ego enim te ducam.
Her. Par sane hoc *est* amicorum: sed alter infelix *est*.
O senex, talem virum amicum oportet comparare.
Am. Patria enim, quæ procreavit hunc, *est* prole-felix.
Her. Theseu, convertas me retro, ut videam liberos.
The. Tanquam hoc quoddam solatium habens, levior futurus sis.
Her. Cupio; volo applicari ad pectus patris.
Am. Ecce hæc, O fili: quæ enim mihi grata sunt studes.

1396. Sic Reiskius. Vulgo ζεῦγος δέ. *Herman.* Reisk. scribit: ζεῦγός γε, aut ζεῦγος τόδε, φίλιον. Paullo post Heath. ὁ ʽτερος. Miratur Br. ad Arist. Vesp. 841. Heathium scribi voluisse, ὁ ʽτερος, ostenditque multis exemplis, ἅτερος Atticis usurpatum esse pro ὁ ἕτερος. *Beck.*

1398. Ἡ γὰρ τεκοῦσα τόνδε πατρὶς εὔτεκνος.] Hæc brevissima vox, quod poëtæ nostri singulare est artificium, quo pietatem in patriam monstraret. magnas Athenarum urbis laudes complectitur; naturam enim ostendit Atheniensium ad res optimas proclivem. Et certe in bellica gloria, in palæstra, in poëtica, rhetorica, in morali virtute, in philosophia, Theseum habuit, Alcibiadem, Themistoclem, Miltiadem, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, Socratem, Phocionem, Aristidem, Demosthenem, Isocratem, Xenophontem. *Barnes.*

1399. s. ʽΗΡ. Θησεῦ, πάλιν με στρέψον, ὡς ἴδω τέκνα. ΘΗ. Ὡς δή τι φίλτρον τοῦτ' ἔχων, ῥᾴων ἔσῃ.] Ita exemplaria vulgata. Hermannus, causa illata nulla, post Musgravium legit, Ὡς δὴ τί φίλτρον τοῦτ' ἔχων, ῥᾴων ἔσει; Legimus, Ὡς δὴ τὸ φίλτρον τοῦτ' ἔχων ῥᾴων ἔσει. *Quasi tibi prodesset hoc gratificari.* Hanc vim sæpissime ὡς δή habent. Sic Androm. 233. Τί σεμνομυθεῖς, κεἰς ἀγῶν' ἔρχει λόγων, ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα. Legamus quoque, Ὡς δὴ σὺ φίλτρον κ. τ. λ. *Elmsl.*

ΘΗ. Οὕτω πόνων σῶν οὐκέτι μνήμην ἔχεις;
ʽΗΡ. Ἅπαντ' ἐλάσσω κεῖνα τῶνδ' ἔτλην κακά.
ΘΗ. Εἴ σ' ὄψεταί τις θῆλυν ὄντ', οὐκ αἰνέσει.

The. Itane malorum tuorum non amplius memor es?
Her. Omnia illa minora his mala perpessus sum.
The. Si viderit aliquis *te* effœminatum, non laudabit.

1400. Ὡς δή τι φίλτρον τοῦτ' ἔχων ῥάον ἔσῃ.] Fortasse: ῥάον ἔχεις, ut πάντ' ἀρκούντως ἔχει in Hecuba. 27. Καὶ μάλ' ἀθλίως ἔχομεν in Orest. 289. v. Brunck. V. CL. ad Bacchas, v. 805. *Jacobs.*

1401. πατρός γε στέρνα] Malim: πατρός τε στέρνα. *Musg.*

1403. Legebatur οὕτως. *Herman.*

Fortasse lectio vera est, οὗτος, *heus tu.* Sic Alc. 769. Οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις; Med. 918. Αὕτη, τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας; Aristoph. Eq. 821. ὀτιή σε φιλῶ; παῦ παῦ οὗτος, * καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά. Οὗτος compellationis formula est paulo inurbanior, propterea quod haud raro usurpatur, quum quidvis incivilius est dicendum. In hoc versu Herculi ait Theseus a fortitudine qua labores confecit hanc animi dejectionem maxime abhorrere. Hujusce loci sensum Portus et Barnesius non tenuerunt, qui hoc modo vertunt: *Itane malorum tuorum non amplius memor es?* Πόνων *laborum*, non *malorum* sonat. *Elmsl.*

Personarum distributio vulgata, quam et hic sequimur, ex MSS. Steph. deprompta est. In editione Aldina Amphitryoni tribuitur hic versus, cum tribus proximis, eorum sc. quibus Thesei nomen præfigitur. *Musg.*

πόνοι, h. l. non *mala*, sed labores Herculis. *Heath.*

1405. Legebatur εἰσόψεταί τις θῆλυν ὄντα, κοὐκ ἂν αἰνέσῃ. Barnesio εἴ σ' ὄψεται, Musgravio, οὐκ αἰνέσει debetur. *Herman.*

Editio Aldina: εἴ σ' ὄψεταί τις θῆλυν ὄντα, κοὐκ ἂν αἰνέσῃ, quod retinent etiam MSS. Lego:

εἴ σ' ὄψεταί τις θῆλυν ὄντ', οὐκ αἰνέσει.

Musg.

Εἴ σ' ὄψεταί τις θῆλυν, οὐκ ἂν αἰνέσῃ] Ita lego, certissimis fretus rationibus, pro veteri mala lectione, Εἰσόψεταί τις θῆλυν ὄντα, κοὐκ ἂν αἰνέσῃ, cum ὄντα ex margine irrepsit et secum ex necessitate quadam κ' induxit; prior autem versus vocula ex tribus male juncta erat, quam itaque iterum resolvo. Miror, hoc nemini antehac visum, cum verissimum esse quovis pignore vellem asserere. *Barnes.*

Reisk. legit: κοὐκ ἀνασχήσῃ, *et non dedignaberis, fastidies, hoc,* ut tua fama inferius, te flentem conspici. *Beck.*

1405. ss. ΘΗ. Εἴ σ' ὄψεταί τις θῆλυν, οὐκ ἂν αἰνέσῃ.
ʽΗΡ. Ζῶ σοι ταπεινός· ἀλλὰ πρόσθεν οὐ δοκῶ.
ΘΗ. Ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς, ποῦ κεῖνος ὤν;
ʽΗΡ. Σὺ ποῖος ἦς ἄν, νέρθεν ἐν κακοῖσιν ὤν.
ΘΗ. Ὡς εἰς τὸ λῆμα παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ.

In his versibus quot verba tot fere librariorum aberrationes. Primus statim versus ante Barnesium sic legebatur: Εἴ σ' ὄψεταί τις θῆλυν ὄντα κ'οὐκ ἂν αἰνέσῃ. Neminem fore arbitror, qui post Barnesii emendationem meliorem aliquam circumspiciat. Ὄντα a grammatico lineæ suprascriptum facile in textum irrepere potuit. Proximus versus sensu omnino cassus. Latinus

* Pro παῦ παῦ οὗτος, MSS. et edd. vett. legunt παῦ οὑτοσί. Brunckius legit παῦσαί γ' οὗτος. Παῦ παῖε formatum est a παῖε παῖε illa pronunciandi rapiditate, quæ τύχῃ ἀγαθῇ in τυχἀγαθῇ convertit. Photius: Παῦ, τὸ παῦσαι λέγουσι μονοσυλλάβως. Eodem modo, παῖε παῖε videtur fuisse contractum in παῖ παῖ. Aristoph. Pac. 1119. Παῖ παῖε, παῖε τὸν Βάκιν μαχαίρᾳ. Prima hujus versus syllaba, quæ exemplaribus vulgatis deest, Davisio, qui eam prius introduxit, pro vocativo παῖ proposita. Vertit Brunckius: *Percute, percute, percute istum Bacin.* MS. Ravenn. legit Ὦ παῖε, παῖε τὸν Βάκιν. Ex conjectura fortasse hæc emendatio. Respectu παῦ, παῖε, *Græcarum elegantiarum saporem medullitus percipienti salivam sat scio movebit emendatio nostra facillima pariter et speciosa; qua nihil verius e trip de,* &c. Hæc verba, sublato auctore, citamus.

ἩΡ. Ζῶ σοι ταπεινός· ἀλλὰ προσθεῖναι δοκῶ.
ΘΗ. Ἄγαν γ'· ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ποῦ, κεῖνος ὤν;
ἩΡ. Σὺ ποῖος ἦσθα, νέρθεν ἐν κακοῖσιν ὤν;

Her. Vivens humilis, an videor tibi laborum præmia prodere?
The. Sanequam: inclytus ille Hercules dolore ægrotans.
Her. Qualis tu eras, cum in malis apud inferos eras?

interpres: *Vivo tibi abjectus; sed spero me promotum iri.* Quæ neque per se sensum habent, neque Græcis verbis respondent. Musgravius emendare conatus est:

ζῶν σοι ταπεινὸς ἆθλα προσθεῖναι δοκῶ;

Quod ipse sic interpretatur: *Obscure vivens numquid videor tibi præmia laborum vendere. h. prodere.* Hæc emendatio quamvis solitam doctissimi viri sagacitatem minime dedeceat, a veritate tamen abesse videtur. Primum enim voculam σοι importuno loco positam Euripidis elegantia respuit. Deinde hæc Herculi tributa verba neque præcedentibus Thesei verbis neque omnino rei respondere videntur. Non enim nunc agitur de obscura humilique conditione vitæ, quam Hercules amplexurus erat, quæque ne anteactorum gloriam splendoremque offuscet ferendum erat, sed potius de nimia luctus contentione, quæ tanto viro parum digna videbatur. Theseus dixerat: *Si quis te tam abjectum et luctui tanquam mulierem indulgentem conspiceret, certe te non laudaret.* Fac Herculem respondisse;

Ὄλοιτ' ἔπαινος ἆθλα προσθεῖναι δοκῶν.

Laudent vituperentve parum interest! Quin pereant laudes, quæ me ad novos semper labores suscipiendos impulerunt; nihil puto ad verborum connexum desideraretur. Ipsa sententia autem nihil verius. Qui enim laboribus consequuti sunt ut laudarentur, non facile in media via consistunt, sed, ne parta gloria pereat, strenue pergunt et ad novos semper labores properant. *Jacobs.*

1406. Scribendum puto: ζῶ σοι ταπεινὸς ἀλλὰ πρόσθεν σοῦ, δοκῶ. Eamdem viam, sed non sine piaculo, ingressum esse Jacobsium in Additam. Animadv. ad Athen. p. 90. postea vidi. *Herman.*

Nihil hoc versu mendosius. An legendum:

ζῶν σοὶ ταπεινὸς ἆθλα προσθεῖναι δοκῶ;

Obscure vivens, numquid videor tibi præmia laborum vendere, i. e. prodere. Hesychius: προσθεῖναι, τὸ παραδοῦναι τῷ ἐωνημένῳ ὑπὸ κήρυκι. Eamque vim vocis illustravimus ad Androm. v. 1007. Deinde, sequenti versu:

ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς, ἄχει νοσῶν.

Maxime celeberrimus ille Hercules ægritudine contabescens. Hoc saltem melius, quam quod dant vulgatæ. *Musg.*

Heath. corrigit: Ζῶ σοι ταπεινὸς ἀλλὰ πρόσθ' εἶναι δοκῶ. *Vivo equidem tibi,* i. e. quoniam tu ita vis, *at humilis prorsus et abjectus hinc progredi mihi videor. Beck.*

Forte, ζῶ νῦν ταπεινὸς, λαμπρὸς εἶναί ποτε δοκῶν. *Reisk.*

1407. Nulla erat distinctio post ἄγαν γ', et male ante ποῦ distinguebatur. Ἄγαν γε spectat ad verba ζῶ σοι ταπεινός. *Herman.*

ποῦ κεῖνος. f. ταπεινὸς, et construetur cum ἄγαν γε. *Reisk.*

Hunc versum sic emendaveram:

Ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς πόνῳ νοσῶν.

Quod a vero proximo abesse nullus dubito, cum Musgravius quoque emendaverit:

Ἄγαν γ' ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς ἄχει νοσῶν.

Judicent alii. — Insigne hoc distractorum verborum exemplum invitat, ut uni et alteri loco, quem simili vitio laborare suspicor, medicam manum admoveam. In Orphei Argonaut. v. 1192. legitur:

Αὐτὰρ ἔπειθ', ὥς μιν Πλουτεὺς κυανόχαιτος ἵπ-
ποις
Ζευξάμενος, κούρην ἘΠΕΒΗΣΑΤΟ ΔΑΙΜΟΝΟΣ
αἴσῃ
Ἁρπάξας δ' ἔφερεν διὰ κύματος ἀτρυγέτοιο.

ΘΗ. Ὡς εἰς τὸ λῆμα, παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ.
ΗΡ. Πῶς οὖν ἔτ' εἴπῃς, ὅτι συνέσταλμαι κακοῖς;
ΘΗ. Πρόβαινε. ΗΡ. Χαῖρ', ὦ πρέσβυ. ΑΜ: Καὶ σύ μοι, τέκνον.

The. Animi fortitudine profecto vir eram quovis inferior.
Her. Quomodo igitur adhuc dicis me malis fractum esse?
The. Procede. *Her.* Vale, O senex. *Am.* Et tu, fili mi.

δαίμονες αἴσῃ esset *Jovis voluntate.* V. Mitscherlich. V. D. ad Hymn. in Cerer. p. 126. Mihi admodum probabile est, Pseudo-Orpheum scripsisse

Ζωξάμενος κόρῳ ἘΠΕΒΗΣΑΘ' ὉΜΑΙΜΟΝΟΣ αἴσῃ.

Cf. Hymnum in Cerer. v. 77.

— οὐδέ τις ἄλλος
Αἴτιος ἀθανάτων, εἰ μὴ νεφεληγερέτα Ζεὺς
Ὅς μιν ἔδωκ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
Αὐτοκασιγνήτῳ.

Ex eodem canone emendandus corruptissimus Platonis Comici locus apud Athenæum. Lib. XV. p. 666. D. Ille in Comœdia, cujus titulus Ζεὺς fuit κακούμενος, coquum induxerat, qui, dum ipse cibos pararet, convivas ut cottabo tempus fallerent, adhortabatur.

Πρὸς κότταβον παίζειν ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
τὸ δεῖπνον ὧδε σκευάσω, πάνυ βούλομαι.
Ἀλλ' ἈΝΕΜΟΣ ἘΣΤΑΛΕΙΣ θυΐαν ΠΑΙΣ ΘΕΟΝ
φέρε τὴν θυΐαν· αἶρ' ὕδωρ· ποτήρια
παράθετε.

Emendavit magnus Animadversor: ἀλλ' ἄγε μόνον vel ὕδωρ στάζ' εἰς θυίαν παιδίον. *Age igitur puer aquam infunde in pilam.* In cottabi enim ludo pelvi opus erat, in quam aqua infundi solita est, docente Casaubono ad h. l. p. 943. Hæc pelvis θυεία sive θυΐα vocabatur. Primum equidem et secundum versum coquo, tertium convivis, quartum denique iterum coquo tribuendum puto. Totum autem locum ita scribendum suspicor:

Α. Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ.
τὸ δεῖπνον ὧδε σκευάσω πάνυ βούλομαι.
Β. Ἀλλ' ἌΓΕ ΔΟΣ ὩΣ ΤΑΧΙΣΤΑ θυΐαν ΠΑΙΣΤΙΚΟΝ.
Α. φέρε τὴν θυΐαν· αἶρ' ὕδωρ. κ. τ. λ.

Minima est literarum diversitas et una tantum syllaba adjecta, verbo ἐσταλεις in ὡς ταχιστα mutato. Sæpissime enim factum est, ut, ultimæ verborum syllabæ cum supra lineam ponerentur, negligerentur a librariis. Scribi tamen possit quoque ὡς τάχος. Utramque dicendi formulam attigit Valckenar. ad Hipp. v. 493. Indicem Sophocl. V. τάχος. Ceterum similem versum legimus in Aristophan. Eqq. 120.

δός σύ μοι τὸ ποτήριον ταχύ.

Eandem medelam adhibeam Fragmento Æschyli, quod legitur in Etymologico Gudiano, a cl. Kulenkampio edito in Specimin. Emend. in Etymol. M. p. 36. Κίκυς· ἡ δύναμις. Ἀπαλλάδωρος ἰκμάς.

ἀλλ' οὐ γάρ εἰ ἔτ' ἦν ἴς ἰκμάδος οὐδ' ἔτι κίκυς.

ἀπὸ τοῦ ἀνακινεῖν

τολὺς δ' ἀντικίκυει ἱδρώς.

καὶ Αἴσχυλος ἐν Σισύφῳ καὶ θανόντων εἰσὶν ἐκ ἘΝΕΣΤΙΓΜΑΣΕΙ ΤΑ ΣΟΙ Δ' οὐκ ἐνόντι κίκυς, οὐδ' αἱμόῤῥυτοι φλέβες. θανόντων φησὶν ἀψύχους. Schneiderus V. CL. in Fragm. Pind. p 106. legendum putat: οἷσι οὐκ ἔνεστι φθίγμα. Optime ad sensum. Hymnus Homer. in Vener. v. 238.

τοῦ δή τοι φωνὴ ῥεῖ ἄσπετος οὐδ' ἔτι κῖκυς
ἔσθ' οἵη πάρος ἔσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν.

Propius tamen nos ad literarum ductus: καὶ θανόντες οἷσι οὐκ ἘΝΕΣΤ' ἸΓΜΑ ΣΚΕΠΑΣΤΗ Δ' οὐκ ἐνόντι κίκυς. *Mortui, quibus neque vox neque humida sapiaque omni*

'ΗΡ. Θάψω, ὥσπερ εἶπον, παῖδας. ΑΜ. Ἐμὲ δὲ τίς, τέκνον;
'ΗΡ. Ἐγώ. ΑΜ. Πότ' ἐλθών; 'ΗΡ. Ἡνίκ' ἂν θάψῃς τέκνα.

Her. Sepelito, ut dixi, liberos. *Am.* Sed quis me, fili, *sepeliet?*
Her. Ego. *Am.* Quando veniens? *Her.* Ubi sepelieris liberos.

ex parte vis inest. Ἰγμή, βοή. Hesychius. Ejusdem Æschyli Fragmentum legitur ap. Scholiast. in Sophocl. Œdip. C. 1043. καὶ Αἰσχύλος:

ἔρριξ'· ἱερὸς δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

Ubi legendum suspicor:

ἔφριξ' ἔρωτι τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

ut Sophocles in Ajace. v. 693.

ἔφριξ' ἔρωτι περιχαρὴς δ' ἀνεπτάμαν.

quem locum excitat Eustath. p. 473. Rom. Καὶ χάραν δέ ποτε σημαίνει τὸ φρίσσειν καὶ εἰσιν ὀρῶσιν ἐκ λυπηρᾶς καταστάσεως ὡς τὸ ἔφριξα ἔρωτι περιχαρὴς δ' ἀνεπτάμαν. — In poëta, Æschylo æquali, Pindaro Olymp. V. 36. corrupte legitur:

Αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται, πρὸς
ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον·
εὖ δ' ἔχοντες ΣΟΦΟΙ ΚΑΙ πολίταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Sensus horum verborum satis quidem expeditus est. *Ad magna periculique plena perficienda corporis animique contentione, divitiisque opus est, quæ virtutem* h. *studium perficiendi enitendique in altum, adjuvent. Qui vero scopum, quem ipsi sibi fixerant, attigerunt, civibus suis sapientes audiunt.* Hæremus in copula καί, quæ ordinem verborum implicat. Tu mecum lege:

εὖ δ' ἔχοντες ΣΟΦΙΣΤΑΙ πολίταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Antiquo enim et Pindari adeo ævo σοφιστὴς *honesta sapientum fuit aut in quavis arte excellentium adpellatio*, ut verbis utar Valckenarii ad Hipp. v. 925. quem vide. Quare poëtas inprimis, apud quos omnis fere scientiarum cognitio fuit, hoc nomine adpellatos fuisse constat. Pindarus Isthm. V. 36.

μελέταν δὲ σοφισταῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλλον σεβιζόμενοι.

ubi Schol. Σοφιστὰς δὲ καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Diogen. Laërt. Procem. Segm. XII. Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. καὶ οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί. ubi v. Menagium. T. II. p. 9. Athenæus. Lib. XIV. p. 632. C. Ὀρφέα σοφώτατον ἔκρινον. Καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν, ὥσπερ καὶ Αἰσχύλος ἐποίησεν.

εἶτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν.

Coronidis loco adponam conjecturam de corruptissimo Pindari Fragmento, quod legitur ap. Athenæum. Lib. XIII. p. 801. Schneideri Collect. Fragm. Pind. p. 15.

Ἀλλ' ἐγὼ 'ΕΚΑΤΙ ΤΑΣ κηρὸς ὣς
ΔΑΧΘΕΙΣ ἱρᾶν μελισσᾶν
τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων
νεογυίων ἐς ἥβαν.

Alii aliter. Mihi in mentem venit:

Ἀλλ' ἐγὼν 'ΕΠ' 'ΑΚΤΙΝΑΣ κηρὸς ὣς
'ΙΑΝΘΕΙΣ μελιχρᾶν μελισσᾶν
τήκομαι, εὖτ' ἂν κ. τ. λ.

Ut cera, apium opus, ad solis radios liquefacta, sic ego liquesco puerorum conspectu flore. Lucretius de N. R. VI. 515.

Nubila
Mittunt humorum pluvium, stillantque, quasi igni
Cera super calido tabescens multa liquescat.

De usu verborum ἰαίνεσθαι et τήκεσθαι, v. Tib. Hemsterh. ad Hesych. Vol. II. g. 4. 5. *Jacobs.*

ΑΜ. Πῶς; ἩΡ. Εἰς Ἀθήνας πέμψομαι Θηβῶν ἄπο.
Ἀλλ' εἰσκόμιζε τέκνα δυσκόμιστα γῇ.
Ἡμεῖς δ' ἀναλώσαντες αἰσχύναις δόμον,
Θησεῖ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες.

Am. Quomodo? *Her.* Athenas usque a Thebis audiam.
Verum liberos, vix toleranda piacula, intus fer.
Nos vero, qui perdidimus domum dedecore,
Sequemur, *ut* perditæ scaphulæ, Theseum.

1408. Sic scripsi pro vulgato ἧς ἂν νέρθεν. *Herman.*

1411. πρέβειν scribit Reisk. *Beck.*

1412. Θάπτ', ὥσπερ εἶπον, παῖδας.] Interpres: *Sepelito, ut dixi, liberos.* Annon melius foret: *Liberos sepeli, eo, quo dixi, modo.* Vid. supra ad v. 1354. *Musg.*

Θάπτ' ex edd. vett. pro θάφθ' restituit Heath. *Beck.*

1414. πέμψομαι] Si interpreteris: *Athenas ipse deducar*, Amphitryonis quæstioni non quadrat. Si accipias pro: *Ipse te Athenas deportari curabo*, contra historiam peccat. Thebis sepultum fuisse Amphitryonem tradit Pausanias, p. 39. Ed. Sylburg. Ibi saltem usque ad diem fatalem commoratum esse innuit Euripides supra v. 1357. Ut has salebras expediamus, legendum suadeo πεύσομαι, *audiam*, i. e. nuncius mortis tuæ Athenas ad me a Thebis perveniet. Sic πεύθετο γὰρ Κύπρονδε, Hom. Iliad. λ'. 21. *Musg.*

πέμψομαι Heath. et Reisk. reddunt *accersam*, et hic addit: "Oblitus sui poëta contradicit iis, quæ v. 1365. dixerat." *Beck.*

Εἰς Ἀθ. π. Θ. ἄπο.] Hæc verba Prev. significare censet: Nunciabitur tua mors Thebis Athenas. Itaque reddidit: "Je sçaurai, quoiqu'absent, quel est en ces lieux le sort de ceux qui me sont chers. *Beck.*

Hercules hoc versu non sepeliri jubet liberorum cadavera, quod antea plus semel inculcaverat, sed intus deferri. Pansæ enim portæ fuerant, v. 1023. ut cum ipso spectaculum fierent. δυσκόμιστα γῇ non male interpreteris *terræ solum polluentia.* vid. Œd. Tyr. v. 1426. *Musg.*

1415. Pro γῇ Prev. mavult δὲ vel δὴ legi, et reddit verba sic: "Mais portez dans l'intérieur du palais ces corps, dont on ne peut soutenir la vue. Nimirum antea palatii portas fuisse apertas, nunc eas forte claudi, aut si corpora sublata non fuerint, machinam, cujus ope spectatorum oculis sunt exposita, conversam esse. *Beck.*

1417. Θησεῖ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες.] Πανώλης, πανώλεθρος, ἐξώλης, ἀπολλύμενος. Sic Eurip. Electr. v. 60. Hesychius. Sic Sophocl. in Œdip. Colon. v. 1259. Ἃ 'γὼ πανώλης ὄψ' ἄγαν ἐκμανθάνω. Vide de voce ἐφολκίδες et de hac metaphora supra ad v. 631. Τοὺς δ' ἐφολκίδας χερῶν, Ναῦς ὥς, ἐφέλξω. *Barnes.*

1418. Ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ σθένος, μᾶλλον φίλων Ἀγαθῶν, etc.] Hanc optimam sententiam, pondus et medullam, et τὸ ἠθικὸν totius Fabulæ, ita Hugo Grotius vertit: *Quicunque ponit ante amicorum fidem Pecunias, aut regna, non recte sapit.* Quorum tamen posterior versus magis ex fide ita legeretur: *Pecunias, aut robur, haud recte sapit.* Et hujus quidem sententiæ veritas patet ex eo, quod Herodotus in Terpsichore dicit, ὅτι κτημάτων πάντων ἐστὶ τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος, συνετός τε καὶ εὔνοος. Quod ad me sane attinet, licet semper ego amicitiæ sanctissimus fuerim cultor, nullum unquam fere reperi, (uno aut altero excepto, præsertim mox excipiendo) qui vel mihi non falsus, vel qui de me non falsa tandem aliquando facile crediderit. Illud certe ante alios jure optimo usurpare possum, Herc. Fur. v. 55. Φίλων δὲ τοὺς μὲν οὐ σαφεῖς ὁρῶ φίλους, Οἱ δ' ὄντες ὀρθῶς, ἀδύνατοι προσωφελεῖν. *Heu! quos amicos habeo, pars certa fide Non sunt amici, pars opem ferre haud valent.* Ex Grotii Versione. Socrates in Phædro dixit, ὡς οὐχ εἵμαρται



"Οστις δὲ πλοῦτον, ἢ σθένος μᾶλλον φίλων
'Αγαθῶν πεπᾶσθαι βούλεται, κακῶς φρονεῖ.
ΧΟ. Στείχομεν οἰκτροὶ καὶ πολύκλαυτοι,
Τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες.

Quicunque vero divitias, aut potentiam, magis quam amicos
Bonos habere cupit, male sentit.
Cho. Imus miserabiles, et valde-lugentes
Amissis maximis amicis.

κακὸν κακῷ φίλον εἶναι, οὐδ' ἀγαθὸν ἀγαθῷ μὴ φίλον. De eligendis amicis consule Hieroclem in Pythagorica Carmina, p. 56. Isocratem ad Demonicum, et ad Nicoclem. Penes me jam habeo MS. vetus Anglicum, quod de amicitia colenda et de amicis eligendis copiose et docte tractat; quod et aliquando in lucem edere meditamur aliqua parte auctum et nitidius paulo expurgatum. Quatuor autem capita complectitur; c. 1. De Amicitia. c. 2. Præcepta continet de dignoscendis, eligendis et colendis amicis. c. 3. De calumnia tractat. Caput 4. Imaginem calumniæ, quam Apelles finxerat, describit. Quem ego libellum siquando edidero, accuratius adornabo in gratiam amici mei optimi, Caroli Cox de Battlebridge apud London. in Southwark, cujus insignem fidem et benevolentiam quotidie recolo. De colenda amicitia vide Hierocl. ad χρυσᾶ ἔπη, fol. 60. Marci Tullii Officia; Isocratem ad Demonicum, item Ciceronem de Amicitia; Luciani Toxarin, sive de Amicitia. Sed ut in viam redeam; Sallustius in Catilinæ Oratione: *Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Cicero pro Plancio: *Vetus enim est lex illa justæ veræque amicitiæ,—ut idem amici semper velint; neque est ullum certius amicitiæ vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum.* Q. Curtius, Lib. VII. *Firmissima inter pares amicitia.* Lucianus in Toxari decem habet exempla optimorum amicorum parium optima. Amicitia regum et magnorum virorum qua arte sit obtinenda, docet Horat. Epist. Lib. I. Epist. 17. et 18. de qua re idem: *Principibus placuisse viris non ultima laus est.* Sed hæc res, quanquam æque rara est, vix recte amicitia dicitur, ob personarum discrimen. *Barnes.*

1419. Πεπᾶσθαι] Possedisse. Thema πάω, πῶ, et πάομαι, id est, testante Eustathio, κτῶμαι, in perfecto passivo, πέπαμαι et πέπαμμαι, unde πεπᾶσθαι in infinito; de hac voce nos aliquid ad Ion. v. 677. Euripides in Orest. μέθες πεπᾶσθαι. Scholiast. ἀντὶ τοῦ ἀπολαύειν. *Barnes.*

1420. Στείχομεν] MSS. Steph. στείχωμεν, quod leges metricæ non admittunt. *Musg.*

Στείχομεν] Henricus Stephanus στείχωμεν potius legi putat, ideoque iterum vetera exemplaria profert, et simili loco confirmat ex Supplicum conclusione, idque versu anapæstico; sed nihil mihi probat. Fateor ego, recta στείχωμεν ibi legi, et scio, στείχομεν non minus recte hic legi debere: Quare nihil muto. *Barnes.*

1421. Τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες.] Hæc Chorus Thebanorum senum, de Hercule, amicissimo principe, et duce calamitatibus jam oppresso, et modo abeunte, scenam claudens loquitur. Τὰ μέγιστα φίλων pro μέγιστον τῶν φίλων dicitur, ut Hecub. v. 782. Polymestor ab Hecuba primus amicorum dicitur: Ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων: ubi πρῶτα pro πρῶτος. Sic Lucretius, Lib. I. *Ductores Danaum delecti prima virorum*, pro *primi*. De qua re videsis Turnebi Adversar. Lib. XXV. c. 29. Ita Euripides τὸ ὑπεῖκον pro οἱ ὑπείκοντες dixit. Iphigen. Taur. v. 328. In quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

ΤΕΛΟΣ 'ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΥ.








TO THE BINDER.

The Binder is requested to notice that signature Z is only one half sheet, because it completes the Play.







ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΘΗ. Ὡς εἰς τὸ λῆμα, παντὸς ἦν ἥσσων ἀνήρ.
ἩΡ. Πῶς οὖν ἔτ' εἴπῃς, ὅτι συνέσταλμαι κακοῖς;
ΘΗ. Πρόβαινε. ἩΡ. Χαῖρ', ὦ πρέσβυ. ΑΜ: Καὶ σύ μοι, τέκνον.

The. Animi fortitudine profecto vir eram quovis inferior.
Her. Quomodo igitur adhuc dicis me malis fractum esse?
The. Procede. *Her.* Vale, O senex. *Am.* Et tu, fili mi.

δαίμονος αἴσῃ esset *Jovis voluntate.* V. Mitscherlich. V. D. ad Hymn. iu Cerer. p. 126. Mihi admodum probabile est, Pseudo-Orpheum scripsisse

> Ζωάγρεως κούρην 'ΕΠΕΒΗΣΑΘ' 'ΟΜΑΙΜΟΝΟΣ αἴσῃ.

Cf. Hymnum in Cerer. v. 77.

> — οὐδέ τις ἄλλος
> Αἴτιος ἀθανάτων, εἰ μὴ νεφεληγερέτα Ζεὺς
> Ὅς μιν ἔδωκ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
> Αὐτοκασιγνήτῃ.

Ex eodem canone emendandus corruptissimus Platonis Comici locus apud Athenæum. Lib. XV. p. 666. D. Ille in Comœdia, cujus titulus Ζεὺς fuit κακούμενος, coquum induxerat, qui, dum ipse cibos pararet, convivas ut cottabo tempus fallerent, adhortabatur.

> Πρὸς κότταβον παίζειν ἕως ἂν σφῶν ἐγὼ
> τὸ δεῖπνον ὧδε σκευάσω, πάνυ βούλομαι.
> 'Αλλ' 'ΑΝΕΜΟΣ ΕΣΤΑΛΕΙΣ θυΐαν ΠΑΙΣ ΘΕΟΝ
> φέρε τὴν θυΐαν· αἶρ' ὕδωρ· ποτήρια
> παράθετε.

Emendavit magnus Animadversor: ἀλλ' ἄγε μόνον vel ὕδωρ στάζ' εἰς θυΐαν παιδίον. *Age igitur puer aquam infunde in pilam.* In cottabi enim ludo pelvi opus erat, in quam aqua infundi solita est, docente Casaubono ad h. l. p. 943. Hæc pelvis θυεία sive θυΐα vocabatur. Primum equidem et secundum versum coquo, tertium convivis, quartum denique iterum coquo tribuendum puto. Totum autem locum ita scribendum suspicor:

> Α. Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῶν ἐγὼ
> τὸ δεῖπνον ὧδε σκευάσω πάνυ βούλομαι.
> Β. 'Αλλ' 'ΑΓΕ ΔΟΣ 'ΩΣ ΤΑΧΙΣΤΑ θυΐαν ΠΑΙΣΤΙΚΟΝ.
> Α. φέρε τὴν θυΐαν· αἶρ' ὕδωρ. κ. τ. λ.

Minima est literarum diversitas et una tantum syllaba adjecta, verbo ἐσταλεις in ὡς ταχιστα mutato. Sæpissime enim factum est, ut, ultimæ verborum syllabæ cum supra lineam ponerentur, negligerentur a librariis. Scribi tamen possit quoque ὡς τάχος. Utramque dicendi formulam attigit Valckenar. ad Hipp. v. 493. Indicem Sophocl. V. τάχος. Ceterum similem versum legimus in Aristophan. Eqq. 120.

> δός σύ μοι τὸ ποτήριον ταχύ.

Eandem medelam adhibeam Fragmento Æschyli, quod legitur in Etymologico Gudiano, a cl. Kulenkampio edito in Specimin. Emend. in Etymol. M. p. 36. Κίκυς· ἡ δύναμις. 'Απολλόδωρος ἰκμάς.

> ἀλλ' οὐ γὰρ οἱ ἔτ' ἦν ἲς ἔμπεδος οὐδ' ἔτι κίκυς.

ἀπὸ τοῦ ἀνακινεῖν

> πολὺς δ' ἀνεκήκιεν ἱδρώς.

καὶ Αἴσχυλος ἐν Σισύφῳ· καὶ θανόντων εἰσὶν ἐκ 'ΕΝΕΣΤΙΓΜΑΣΕΙ ΤΑ ΣΟΙ Δ' οὐκ ἐνόντι κίκυς, οὐδ' αἱμόρρυτοι φλέβες. θανόντων φησὶν ἀψύχοις. Schneiderus V. CL. in Fragm. Pind. p 106. legendum putat: οἷσιν οὐκ ἔνεστι φθέγμα. Optime ad sensum. Hymnus Homer. in Vener. v. 238.

> τοῦ δή τοι φωνὴ ῥεῖ ἄσπετος οὐδ' ἔτι κῖκυς
> ἔσθ' οἵη πάρος ἔσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσιν.

Propius tamen nos ad literarum ductus: καὶ θανόντων οἷσιν οὐκ 'ΕΝΕΣΤ' 'ΙΓΜΑ ΣΚΕΠΑΣΤΗ· Δ' οὐκ ἐνόντι κίκυς. *Mortui, quibus neque vox neque macula septaque omni*



'ΗΡ. Θάψθ', ὥσπερ εἶπον, παῖδας. ΑΜ. Ἐμὲ δὲ τίς, τέκνον;
'ΗΡ. Ἐγώ. ΑΜ. Πότ' ἐλθών; 'ΗΡ. Ἡνίκ' ἂν θάψῃς τέκνα.

Her. Sepelito, ut dixi, liberos. *Am.* Sed quis me, fili, *sepeliet?*
Her. Ego. *Am.* Quando veniens? *Her.* Ubi sepelieris liberos.

ex parte vis inest. Ἰγμὴ, βοή. Hesychius. Ejusdem Æschyli Fragmentum legitur ap. Scholiast. in Sophocl. Œdip. C. 1043. καὶ Αἴσχυλος:

ἔφριξ'· ἔρως δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

Ubi legendum suspicor:

ἔφριξ' ἔρωτι τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

ut Sophocles in Ajace. v. 693.

ἔφριξ' ἔρωτι περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν.

quem locum excitat Eustath. p. 473. Rom. Καὶ χάραν δέ ποτε σημαίνει τὸ φρίσσειν καὶ οἱονεὶ ὄρθωσιν ἐκ λυπηρᾶς καταπτώσεως ὡς τὸ ἔφριξα ἔρωτι περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν. — In poëta, Æschylo æquali, Pindaro Olymp. V. 36. corrupte legitur:

Αἰὲ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται, πρὸς
ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον·
εὖ δ' ἔχοντες ΣΟΦΟΙ ΚΑΙ πολίταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Sensus horum verborum satis quidem expeditus est. *Ad magna periculique plena perficienda corporis animique contentione, divitiisque opus est, quæ virtutem h. studium perficiendi enitendique in altum, adjuvent. Qui vero scopum, quem ipsi sibi fixerant, attigerunt, civibus suis sapientes audiunt.* Hæremus in copula καὶ, quæ ordinem verborum implicat. Tu mecum lege:

εὖ δ' ἔχοντες ΣΟΦΙΣΤΑΙ πολίταις ἔδοξαν ἔμμεν.

Antiquo enim et Pindari adeo ævo σοφιστὴς *honesta sapientum fuit aut in quavis arte excellentium adpellatio*, ut verbis utar Valckenarii ad Hipp. v. 925. quem vide. Quare poëtas inprimis, apud quos omnis fere scientiarum cognitio fuit, hoc nomine adpellatos fuisse constat. Pindarus Isthm. V. 36.

μελέταν δὲ σοφισταῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλλον σεβιζόμενοι.

ubi Schol. Σοφιστὰς δὲ καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Diogen. Laërt. Procem. Segm. XII. Οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. καὶ οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί. ubi v. Menagium. T. II. p. 9. Athenæus. Lib. XIV. p. 632. C. Ὀρφέα σοφώτατον ἔκρινον. Καὶ πάντας τοὺς χρωμένους τῇ τέχνῃ ταύτῃ σοφιστὰς ἀπεκάλουν, ὥσπερ καὶ Αἴσχυλος ἐποίησεν.

εἶτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν.

Coronidis loco adponam conjecturam de corruptissimo Pindari Fragmento, quod legitur ap. Athenæum. Lib. XIII. p. 801. Schneideri Collect. Fragm. Pind. p. 15.

Ἀλλ' ἐγὼ ἘΚΑΤΙ ΤΑΣ κηρὸς ὣς
ΔΑΧΘΕΙΣ ἱλικρᾶν μελισσᾶν
τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων
νεογυίων ἐς ἥβαν.

Alii aliter. Mihi in mentem venit:

Ἀλλ' ἐγὼ ἘΠ' ἈΚΤΙΝΑΣ κηρὸς ὣς
ἸΑΝΘΕΙΣ μελιχρᾶν μελισσᾶν
τάκομαι, εὖτ' ἂν κ. τ. λ.

Ut cera, apium opus, ad solis radios liquefacta, sic ego liquesco puerorum conspecto flore. Lucretius de N. R. VI. 515.

Nubila
Mittunt humorum pluvium, stillantque, quasi igni
Cera super calido tabescens multa liquescat.

De usu verborum ἰαίνεσθαι et τήκεσθαι, v. Tib. Hemsterh. ad Hesych. Vol. II. g. 4. 5. *Jacobs.*

ΑΜ. Πῶς; ἩΡ. Εἰς Ἀθήνας πέμψομαι Θηβῶν ἄπο.
Ἀλλ' εἰσκόμιζε τέκνα δυσκόμιστα γῇ.
Ἡμεῖς δ' ἀναλώσαντες αἰσχύναις δόμον,
Θησεῖ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες.

Am. Quomodo? *Her.* Athenas usque a Thebis audiam.
Verum liberos, vix toleranda piacula, intus fer.
Nos vero, qui perdidimus domum dedecore,
Sequemur, *ut* perditæ scaphulæ, Theseum.

1408. Sic scripsi pro vulgato ἧς ἂν νέρθεν. *Herman.*

1411. πρόβαινε scribit Reisk. *Beck.*

1412. Θάπτ', ὥσπερ εἶπον, παῖδας.] Interpres: *Sepelito, ut dixi, liberos.* Annon melius foret: *Liberos sepeli, eo, quo dixi, modo.* Vid. supra ad v. 1354. *Musg.*

Θάπτ' ex edd. vett. pro θάφθ' restituit Heath. *Beck.*

1414. πέμψομαι] Si interpreteris: *Athenas ipse deducar*, Amphitryonis quæstioni non quadrat. Si accipias pro: *Ipse te Athenas deportari curabo*, contra historiam peccat. Thebis sepultum fuisse Amphitryonem tradit Pausanias, p. 39. Ed. Sylburg. Ibi saltem usque ad diem fatalem commoratum esse innuit Euripides supra v. 1357. Ut has salebras expediamus, legendum suadeo πεύσομαι, *audiam*, i. e. nuncius mortis tuæ Athenas ad me a Thebis perveniet. Sic πεύθετο γὰρ Κύπρονδε, Hom. Iliad. λ'. 21. *Musg.*

πέμψομαι Heath. et Reisk. reddunt *accersam*, et hic addit: "Oblitus sui poëta contradicit iis, quæ v. 1365. dixerat." *Beck.*

Εἰς Ἀθ. π. Θ. ἄπο.] Hæc verba Prev. significare censet: Nunciabitur tua mors Thebis Athenas. Itaque reddidit: "Je sçaurai, quoiqu'absent, quel est en ces lieux le sort de ceux qui me sont chers. *Beck.*

Hercules hoc versu non sepeliri jubet liberorum cadavera, quod antea plus semel inculcaverat, sed intus deferri. Pansæ enim portæ fuerant, v. 1023. ut cum ipso spectaculum fierent. δυσκόμιστα γῇ non male interpreteris *terræ solum polluentia.* vid. Œd. Tyr. v. 1426. *Musg.*

1415. Pro γῇ Prev. mavult δὲ vel δὴ legi, et reddit verba sic: "Mais portez dans l'intérieur du palais ces corps, dont on ne peut soutenir la vue. Nimirum antea palatii portas fuisse apertas, nunc eas forte claudi, aut si corpora sublata non fuerint, machinam, cujus ope spectatorum oculis sunt exposita, conversam esse. *Beck.*

1417. Θησεῖ πανώλεις ἑψόμεσθ' ἐφολκίδες.] Πανώλης, πανώλεθρος, ἐξώλης, ἀπολλύμενος. Sic Eurip. Electr. v. 60. Hesychius. Sic Sophocl. in Œdip. Colon. v. 1259. Ἁ 'γὼ πανώλης ὀψ' ἄγαν ἐκμανθάνω. Vide de voce ἐφολκίδες et de hac metaphora supra ad v. 631. Τοὺς δ' ἐφολκίδας χερῶν, Ναῦς ὥς, ἐφέλξω. *Barnes.*

1418. Ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ σθένος, μᾶλλον φίλων Ἀγαθῶν, etc.] Hanc optimam sententiam, pondus et medullam, et τὸ ἠθικὸν totius Fabulæ, ita Hugo Grotius vertit: *Quicunque ponit ante amicorum fidem Pecunias, aut regna, non recte sapit.* Quorum tamen posterior versus magis ex fide ita legeretur: *Pecunias, aut robur, haud recte sapit.* Et hujus quidem sententiæ veritas patet ex eo, quod Herodotus in Terpsichore dicit, ὅτι κτημάτων πάντων ἐστὶ τιμιώτατον ἀνὴρ φίλος, συνετός τε καὶ εὔνοος. Quod ad me sane attinet, licet semper ego amicitiæ sanctissimus fuerim cultor, nullum unquam fere reperi, (uno aut altero excepto, præsertim mox excipiendo) qui vel mihi non falsus, vel qui de me non falsa tandem aliquando facile crediderit. Illud certe ante alios jure optimo usurpare possum, Herc. Fur. v. 55. Φίλων δὲ τοὺς μὲν οὐ σαφεῖς ὁρῶ φίλους, Οἱ δ' ὄντες ὀρθῶς, ἀδύνατοι προσωφελεῖν. *Heu! quos amicos habeo, pars certa fide Non sunt amici, pars opem ferre haud valent.* Ex Grotii Versione. Socrates in Phædro dixit, ὡς οὐχ εἵμαρται



Ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ σθένος μᾶλλον φίλων
Ἀγαθῶν πεπᾶσθαι βούλεται, κακῶς φρονεῖ.
ΧΟ. Στείχομεν οἰκτροὶ καὶ πολύκλαυτοι,
Τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες.

Quicunque vero divitias, aut potentiam, magis quam amicos
Bonos habere cupit, male sentit.
Cho. Imus miserabiles, et valde-lugentes
Amissis maximis amicis.

κακὸν κακῷ φίλον εἶναι, οὐδ' ἀγαθὸν ἀγαθῷ μὴ φίλον. De eligendis amicis consule Hieroclem in Pythagorica Carmina, p. 56. Isocratem ad Demonicum, et ad Nicoclem. Penes me jam habeo MS. vetus Anglicum, quod de amicitia colenda et de amicis eligendis copiose et docte tractat; quod et aliquando in lucem edere meditamur aliqua parte auctum et nitidius paulo expurgatum. Quatuor autem capita complectitur; c. 1. De Amicitia. c. 2. Præcepta continet de dignoscendis, eligendis et colendis amicis. c. 3. De calumnia tractat. Caput 4. Imaginem calumniæ, quam Apelles finxerat, describit. Quem ego libellum siquando edidero, accuratius adornabo in gratiam amici mei optimi, Caroli Cox de Battlebridge apud London. in Southwark, cujus insignem fidem et benevolentiam quotidie recolo. De colenda amicitia vide Hierocl. ad χρυσᾶ ἔπη, [illegible] 60. Marci Tullii Officia; Isocratem ad Demonicum, item Ciceronem de Amicitia; Luciani Toxarin, sive de Amicitia. Sed ut in viam redeam; Sallustius in Catilinæ Oratione: *Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Cicero pro Plancio: *Vetus enim est lex illa justæ veræque amicitiæ,—ut idem amici semper velint; neque est ullum certius amicitiæ vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum.* Q. Curtius, Lib. VII. *Firmissima inter pares amicitia.* Lucianus in Toxari decem habet exempla optimorum amicorum parium optima. Amicitia regum et magnorum virorum qua arte sit obtinenda, docet Horat. Epist. Lib. I. Epist. 17. et 18. de qua re idem: *Principibus placuisse viris non ultima laus est.* Sed hæc res, quanquam æque rara est, vix recte amicitia dicitur, ob personarum discrimen. *Barnes.*

1419. Πεπᾶσθαι] Possedisse. Thema πάω, πῶ, et πάομαι, id est, testante Eustathio, κτῶμαι, in perfecto passivo, πέπαμαι et πέπαμμαι, unde πεπᾶσθαι in infinito; de hac voce nos aliquid ad Ion. v. 677. Euripides in Orest. μέθεις πεπᾶσθαι. Scholiast. ἀντὶ τοῦ ἀπολαύειν. *Barnes.*

1420. Στείχομεν] MSS. Steph. στείχωμεν, quod leges metricæ non admittunt. *Musg.*

Στείχομεν] Henricus Stephanus στείχωμεν potius legi putat, ideoque iterum vetera exemplaria profert, et simili loco confirmat ex Supplicum conclusione, idque versu anapæstico; sed nihil mihi probat. Fateor ego, recte στείχωμεν ibi legi, et scio, στείχομεν non minus recte hic legi debere: Quare nihil muto. *Barnes.*

1421. Τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες.] Hæc Chorus Thebanorum senum, de Hercule, amicissimo principe, et duce calamitatibus jam oppresso, et modo abeunte, scenam claudens loquitur. Τὰ μέγιστα φίλων pro μέγιστον τῶν φίλων dicitur, ut Hecub. v. 782. Polymestor ab Hecuba primus amicorum dicitur: Ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων: ubi πρῶτα pro πρῶτος. Sic Lucretius, Lib. I. *Ductores Danaum delecti prima virorum*, pro *primi*. De qua re videsis Turnebi Adversar. Lib. XXV. c. 29. Ita Euripides τὸ ὑπεῖκον pro οἱ ὑπείκοντες dixit. Iphigen. Taur. v. 328. In quem locum vide quæ nos. *Barnes.*

ΤΕΛΟΣ ἩΡΑΚΛΕΟΥΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΥ.






TO THE BINDER.

The Binder is requested to notice that signature Z is only one half sheet, because it completes the Play.



ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΛΕΚΤΡΑ.



ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΗΛΕΚΤΡΑΣ.

ΥΠΟ ΙΗΣΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΝΕΣΙΟΥ.

Ὁ ΑΙΓΙΣΘΟΣ, συμπραξάσης αὐτῷ τῆς Κλυταιμνήστρας, ἐδολοφόνησε τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐπιλαβὼν, τὸ γένος αὐτοῦ παντελῶς ἀναιρεῖν ἐζήτει. Ὁ δὲ Ὀρέστης, παῖς ὢν ὡσεὶ ἑνδεκαέτης, ἐκ τοῦ πυρὸς σωθεὶς ὑπ' Ἠλέκτρας ἀδελφῆς εἰς Φωκίδα πρὸς τὸν Στρόφιον, Πυλάδου πατέρα, ὑποπέμπεται. Τὰς μὲν δύο θυγατέρας Ἀγαμέμνονος, Χρυσόθεμιν δηλονότι καὶ Ἠλέκτραν, ἡ Κλυταιμνήστρα αὐτὴ θανάτου ὑφήρπασε, πείσασα τὸν Αἴγισθον. Καὶ τὴν Ἠλέκτραν ἀγριαίνουσαν καὶ ἐπὶ φόνῳ πατρὸς ἀγανακτοῦσαν ὁ Αἴγισθος ἀνδρὶ πένητι εἰς γάμον ἔδωκεν, αὐτουργῷ, ὅμως δὲ γενναίῳ τὴν φύσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ εἰς τὴν τιμωρίαν ἐσομένῳ. Οὗτος δὲ αὐτὴν, ὡς βασιλικὴν παρθένον οὖσαν, ἄθικτον εἶχεν, ἢ σωφρονῶν, ἢ ἑαυτὸν ἀπαξιῶν, ἢ δεδιὼς τὸν Ὀρέστην. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῷ Δράματι προπαρασκευαστικά· ἃ καὶ προλογίζων ὁ αὐτουργὸς δηλοῖ. Ὁ δὲ Ὀρέστης ἤδη ἡβήσας, καὶ δι' Ἀπόλλωνος χρηστηρίων εἰς τὴν τοῦ πατρὸς ἐκδίκησιν ἐρεθιζόμενος, εἰς τὸ Ἄργος ἐπανέρχεται λάθρα. Τῇ δὲ ἀδελφῇ Ἠλέκτρᾳ συντυχὼν, πάντα τὰ περὶ τὸν Αἴγισθον μανθάνει· ὃν αὐτίκα βουθυτοῦντα διαχειρίζει, ἐκδικησάμενος τὸν φόνον τοῦ πατρὸς, καὶ ὕστερον τὴν μητέρα Κλυταιμνήστραν, τῆς

ÆGISTHUS, consentiente Clytæmnestra, Agamemnone per dolum cæso, regnoque Argivorum occupato, stirpem ejus radicitus evellere voluit. Orestes, puerulus quasi undecennis, a sorore Electra ex igne ereptus, in Phocidem ad Strophium, Pyladæ patrem, summittitur. Duas Agamemnonis filias, Chrysothemin nempe et Electram, ipsa quidem Clytæmnestra morti surripuit, persuaso Ægistho. Et Electram ferocientem et ob patris cædem indignantem Ægisthus viro pauperi nuptum dedit, colono, veruntamen indolis generosæ, ut ad vindictam impotentiori futuro. Hic vero illam, utpote regiam virginem, intactam habuit, vel modeste agens, vel indignum se ratus, vel Orestem veritus. Et hæc quidem Fabulæ præparatoria; quæ et prologum agens Colonus declarat. Orestes vero, jam adultus, et Apollinis Oraculo ad patris ultionem stimulatus, ad Argos clam redit. Electram itaque sororem conveniens, de rebus Ægisthi et statu illius fit certior. Quem statim sacrificantem opprimit, necem patris ultus, et postea



Ἠλέκτρας συμβουλευούσης αὐτῷ. Μητροκτονῆσαι δὲ τολμήσαντες παραχρῆμα μετενενοήκασιν σφόδρα, συμπαθόντες αὐτῇ. Ἐπιφανέντες δὲ οἱ Διόσκουροι ἀπὸ μηχανῆς παραμυθοῦσιν αὐτοὺς, καί, τί πρακτέον αὐτοῖς, ὑποτιθέμενοι, τὴν ἀθυμίαν αὐτῶν ἀφαιροῦσι.

Ἡ Σκηνὴ τοῦ Δράματος ὑπόκειται ἐν ὁρίοις τῆς Ἀργείας γῆς. Ὁ μὲν Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων, τουτέστιν, ἀγροίκων, γυναικῶν. Προλογίζει δὲ, ὡς προείρηται, ὁ Αὐτουργός.

Clytæmnestram, Electra illi simul consulente. Ausos vero matrem interficere, statim ipsos pœnituit vehementer, ejus misertos. Apparentes autem Castor et Pollux ex improviso, consolantur eos, et, quid factu opus sit, docentes, eorum mœstitiam tollunt.

Scena hujus Fabulæ in finibus Argivæ terræ fingitur. Et Chorus quidem ex mulieribus indigenis, hoc est rusticis, constat. Colonus vero, ut supra dictum est, prologum agit.



PETRUS VICTORIUS

NICOLAO ARDINGHELLO CARDINALI

S.

VIGET adhuc in me, Ardinghelle amplissime, studium illud, quo superioribus annis valde flagravi, bonos auctores adjuvandi: nec cesso, quum per occupationes licet, aliquid operæ, diligentiæque, huic etiam parti literarum dicare. Qui mei labores aliquando foras prodibunt, et aliquid utilitatis, ut spero, studiosis bonarum artium adportabunt. Nunc quum in manus meas venerit Euripidis Electra, quæ adhuc in tenebris latuit, ac situ pene, carieque confecta erat, visum mihi est illam ad te mittere: quem, quamvis multis magnisque negotiis distentum esse sciam, tamen toto animo literarum studia, et ingenuas artes amare cognovi. Arbitror enim hoc munusculum tibi, et ob poëmatis excellentiam, et ob auctoris nobilitatem non parum gratum fore. Tu vero quum ipse diligenter legeris, si tibi videbitur, aliis etiam legendam, ac formis quoque excudendam dabis. Quod, quia te cunctis in rebus publicorum commodorum studiosum cognovi, omnino puto esse facturum.

E tenebris autem illam primum eruerunt ingeniosi, eruditique adolescentes, cives nostri, Bartholomæus Barbadorus, ac Hieronymus meus, quum vetera hujus poëtæ exemplaria, ut jam editas Tragœdias multis mendis scatentes cum illis conferrent, undique conquirerent, ac sedulo illa pertractarent, statimque ad me attulerunt, quo duce illi in studiis literarum usi sunt. Ipse postea accurate lectam, et non paucis locis purgatam, (præcipue autem personæ perturbatæ erant) quæ a te quoque legeretur, dignam esse existimavi. Quin autem illa Euripidis sit, dubitari non posse arbitror. Præterquam enim quod inter medias ejus poëtæ fabulas in vetustissimo codice interjecta est, testimonio antiquorum scriptorum id liquido confirmatur, qui inde exempla sæpe sumunt. Stilus quoque id et elegantia sermonis manifesto declarant. Unde autem hoc boni, quicquid est, manaverit, significare etiam tibi, aliisque non inutile existimavi: ne et illis sui laboris merces eriperetur, et ut quotidie magis magisque ad laudem ea degustata excitarentur.

Nam quod tibi eam mittendam statui, non dici potest quantopere illi gavisi sint. Sunt enim mirum in modum amplitudinis, dignitatisque tuæ amantes, et incredibiles animi tui dotes (ut debent) admirantur. Quod quum sua sponte faciant, cui enim cognita non est eruditio, probitas, humanitas, admirabilis quædam naturæ tuæ comitas, qua omnium animos, eorum etiam, qui te semel viderunt, tibi concilias? faciunt etiam hortatu meo, ac crebra tuarum illarum præclarissimarum virtutum prædicatione. Ipse sane, quum semper te dilexerim, nunc vero tantis honorum gradibus merito auctum colam, ac nonnulla, quæ non omnino vacua consilio mihi fuisse videntur, aliquando fecerim: nihil unquam mihi sapientius fecisse videor, et in quo mihi magis placeam, quam quod mature ingenii tui divinitatem perspexi, et exorientes laudes tuas, quantum potui, celebravi, demumque te mihi unum præcipue semper observandum esse duxi. Sed nimis provectus sum, quum tamen parvam partem tuarum virtutum attigerim: amor autem idem ille, et ingens admiratio tui, me ultra quam nunc oportebat abripuit, atque asportavit. Vale et me ama. Florentiæ pridie Calend. Martii MDXLV.

VICTORII ARGUMENTUM ELECTRÆ.

Cæso per dolum Agamemnone, regnoque Argivorum occupato, Ægisthus filios quoque ipsius interimere voluit. Orestes infans e media cæde a sorore Electra ereptus, servo in aliam terram asportandus traditur: feminis vitam socia facinoris Clytæmnestra ab adultero impetravit. Quarum alteram ferociorem quum jam nubilem Ægisthus videret, periculum sibi inde creari existimans, nobili alicui dare nuptum recusavit, nec domi grandem jam tenere, metuens furtivas nuptias, tutum esse credens, colono cuidam conciliavit, qui se indignum eo matrimonio intelligens, integram eam servavit. Orestes adultus, et patris ulciscendi, et regni recuperandi cupidus, clam in agrum Argivum se contulit, sororemque, quam extra urbem vivere audierat, invenit: a qua quid fieri oporteret admonitus, ususque opera veteris sui conservatoris, manuque fidelis amici comitisque Pyladis, Ægisthum primum in agro immolantem necavit; deinde Clytæmnestram, tractam in insidias ab Electra, interfecit. Quo parricidio perpetrato, statim ipsos vehementer pœnituit, quod toto pectore expetiverant, fecisse. Confectos



filios ægritudine, ac se sceleris damnantes, affines ipsis sanguine Castor ac Pollux adventu suo consolantur; et quid e re nata facere illos opus sit docent, cunctaque plena maximarum perturbationum componunt.

Exitus igitur fabulæ ἀπὸ μηχανῆς, ac similis admodum dissolutioni Orestis. Quod enim hic faciunt Dioscuri, illic Apollo præstitit. Utriusque autem finis, quum minime tristis sit, (non male enim actum est cum superstitibus, ac voti pene compotes omnes facti sunt) magis proprius esse comœdiæ, quam tragœdiæ, videtur: nam quod in argumento hic fingit poëta, colonum illum a virgine, quam domi diu habuerit, se abstinuisse, non verisimile est: quod tamen vitium ipse purgare summo studio conatur, quum eum, quamvis pauperem hominem, nobili stirpe natum dicit, ut generositas animi iniquitate fortunæ extingui non potuerit. Præterea cum reformidasse eum Orestem narrat, si quando revertisset, ne pœnas illi daret violatæ sororis, sed etiam secum quoque illum cogitasse demonstrat, non habuisse jus in alienam filiam Ægisthum, ut ratæ nuptiæ illæ ullo pacto esse potuerint. Si quid aliud hujuscemodi est in coagmentatione rerum, quod ratione careat, nec satis belle cohæreat, id eruditi ac ingeniosi viri videbunt. Neque enim nunc nobis propositum est id accurate ostendere. Utinam ut hæc fabula partes quasdam habet elegantissimas, summoque artificio confectas, necnon optimarum verissimarumque sententiarum tota plena est, ita reprehensione hac, culpaque vacaret, ac rectam οἰκονομίαν haberet.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν ὁρίοις τῆς Ἀργείας γῆς. Ὁ δὲ Χόρος συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γυναικῶν

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ ΜΥΚΗΝΑΙΟΣ.	COLONUS MYCENÆUS.
ΗΛΕΚΤΡΑ.	ELECTRA.
ΟΡΕΣΤΗΣ.	ORESTES.
ΠΥΛΑΔΗΣ, Κωφὸν Πρόσωπον.	PYLADES, muta Persona.
ΧΟΡΟΣ.	CHORUS.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.*	CLYTÆMNESTRA.
ΠΡΕΣΒΥΣ.	SENEX.
ΑΓΓΕΛΟΣ.	NUNCIUS.
ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.	GEMINI, id est, Castor et Pollux.
Προλογίζει δὲ ὁ Αὐτουργός.	Prologum autem agit Colonus.

* Omittit hanc personam Victor. Addendam esse monuit Æm. Portus. Stiblinus, qui quo ordine in Brubachiana personæ legendæ essent, non perspiceret, non modo confudit personas, sed etiam κωφὸν πρόσωπον et Πυλάδης tanquam diversas personas diversis locis posuit. *Seidler.*



ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΛΕΚΤΡΑ.*

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Colonus Mycenæus, prologum agens, Agamemnonis lamentabilem cædem narrat, et Clytæmnestræ ac Ægisthi impiam crudelitatem, quomodo Orestes sit neci surreptus, Electra autem sibi, viro ignobili, in matrimonium data; quam tamen ille sanctam et inviolatam habuerit; et hinc occasio et ratio omnis præsentis Argumenti pendet. Electra, sub crepusculum aquam haustura, sidera testatur, se indignissime a matre regia domo ejectam, simulque Colonum, cui tradita erat, revocantem illam a sordido illo labore, ut pium hominem et verum in adversis amicum commendat. Interea Orestes cum fidissimo laborum et ærumnarum socio Argos clam redit, quæsiturus sororem et patris necem ulturus. Chorus Electram ad deorum festa et lætitiam hortatur; illa negat, se solennibus gaudiis aptam; patris itaque cædem deplorat, fratrisque Orestæ, qui solus in tantis malis solatio esse possit, præsentiam optat, ut postea desideratior et exspectatior ejusdem adventus videatur.

ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ.

Ω ΓΗΣ παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥοαὶ,

COLONUS.

O Terræ antiquum Argos, Inachi fluenta,

Multi Critici, ut Voltarius (in libello, qui inscribitur: Dissertation sur les principales tragédies qui ont paru sur le sujet d'Oreste, par M. du Molard, sub quo nomine Voltaire latet) monet, dubitarunt, utrum Electra Euripidea esset fabula necne, idemque conjicit, forte eam ab aliquo Alexandrino poëta e fragmentis deperditæ fabulæ Euripideæ esse compositam. Prev. contra observat, non ea reperiri, quæ in talibus consarcinatis opusculis deprehenduntur. On y remarque, inquit, bien des défauts, mais non ceux que devroit entraîner une telle réunion: il y a de la suite dans le plan, on n'y voit pas ces inégalités, ces disparates, ces fausses liaisons, ces transitions forcées que n'auroient vraisemblablement pas sçû éviter ceux qui se seroient chargés d'une entreprise aussi délicate. Enfin il me paroît qu'on ne peut nier que cette pièce ne soit d'Euripide, quelqu'inférieure

* Electra citatur Stob. Grot. Flor. III. p. 23. v. 296. junct. ad Fragm. VI. Antiop. Tit. XCVII. p. 389. v. 37. ubi Incertus in marg. — Tit. XLIX. duo versus ex Electr. qui in illo dramate non leguntur Musgravius falso citat II. Plutarch. Vol. II. 296. *Burn.*
Idem Argumentum tractat Sophocles in Electra, licet œconomia nonnihil diversa. Ad hanc materiam pertinent et aliæ fabulæ, Æschyli nempe Agamemnon, Choëphori et Eumenides, Senecæ quoque Agamemnon, Euripidis Orestes. Diversa autem fabulæ ejusdem dispositio, et œconomia alia, non modo diversis poëtis frequens est; sed etiam idem aliquis poëta idem aliquando argumentum diversis modis tractat, ut variatione voluptas augeatur.

Ὅθεν ποτ' ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρην,
Εἰς γῆν ἔπλευσε Τρῳάδ' Ἀγαμέμνων ἄναξ.
Κτείνας δὲ τὸν κρατοῦντ' ἐν Ἰλιάδι χθονὶ
Πρίαμον, ἑλών τε Δαρδάνου κλεινὴν πόλιν,

Unde quondam, ducens navibus mille Martem,
In agrum Trojanum navigavit Agamemnon rex.
Interfecto autem, qui regnabat in Iliaco solo,
Priamo, captaque Dardani inclyta urbe,

qu'elle soit à l'Electre de Sophocle, et à la plupart des autres pièces d'Euripide lui-même. " Idem correxit aliquot locis comparationem inter Sophocleam et Euripideam a Voltario institutam et judicium inde ductum. Ipse potius ita censet:" Le style, inquit, d'Euripide (in hac fabula nempe) a beaucoup des charmes, il a souvent de l'élévation et de la magnificence, il est toujours pur et harmonieux et il est peut-être fort difficile de ne point commettre injustice en comparant la manière d'écrire de deux poëtes qui ont joui d'une égale célébrite, et dont la langue n'est plus parlée. C'est moins le style, à ce qu'il me semble, qui distingue pour nous l'Electre de Sophocle de celle de ses deux rivaux, que l'art admirable avec lequel la pièce est conduite la sagesse de l'ordonnance, et la régularité du dessein, la grandeur, la simplicité de l'action, la force et la constance des caractères. On ne voit dans ce chef-d'œuvre nitraits informes et grossièrement ébauchés, comme dans les Choéphores d'Eschyle, ni ornemens frivoles et ambitieux comme dans l'Electre d'Euripide. Tout y porte l'empreinte du génie, et tout y annonce la perfection de l'art. " Addidit idem Prev. judicium feminæ cujusdam doctæ, quæ singulas quasdam scenas fabulæ Eurip. satis movere animum, sed totam fabulam non satis magnam habere vim, ostendit. Eadem conjicit, Euripidem post duo illos poëtas Electram scripsisse, et, ut hos superaret, novam quandam ingressum esse viam, sed minus feliciter. Assentitur Prev. et sub finem hæc adjicit: " Euripide est inférieur à Sophocle dans la manière dont il a traité ce sujet. Il en a négligé les parties principales. Mais il a sçu l'embellir par d'intéressans épisodes, et animer la scène par un spectacle nouveau. C'est loin de palais et au milieu des champs qu'il nous transporte pour nous offrir le tableau des mœurs simples et pures de leurs paisibles habitans. Le cultivateur, le vieux governeur d'Agamemnon, Electre même, au milieu de leurs occupations rustiques, plaisant par leur simplicité et par les souvenirs que réveille toujours l'image de la vie champêtre. Le caractère de Clytemnestre à une teinte de douceur qui rend sa mort plus touchante. On trouve enfin dans quelques scènes de cette pièce des traits d'une sensibilité profonde, de beaux monumens, des sentimens nobles et heureusement exprimés; et, malgré de nombreux défauts, on y reconnoît encore l'auteur d'Hippolyte et d'Iphigénie.

Cæterum ex eodem Voltarii libro Prev. excerpsit indicem præcipuarum tragœdiarum veterum et recentiorum, quarum argumentum Electra est. Addidit Electram Rochefortii, a. 1782. editam. *Beck.*

1. Ἄργος,] Legendum εὖχος, *gloriatio.* Sic εὖχος Ἰώνων, Antholog. p. 277. Hesychius: εὖχος, καύχημα. Alibi autem ab Euripide commemoratur Argivorum de historiis antiquis gloriatio: vid. Phœn. v. 1153. Herc. Fur. v. 1011. Neque id temere et nullo consilio fecisse eum crediderim, sed potius, ut Argivorum causam deprimeret, qui soli inter Græcos cum Atheniensibus de antiquitate urbis et donis deorum contendebant. Pausan. p. 13. l. 16. Ed. Sylb. *Musg.*

Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος,] Ita Sophocl. Electr. v. 4. Τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος, οὑπόθεις, τόδε. Scholiast. Ὅμηρος χωρίζει τὸ Ἄργος καὶ τὴν Μυκήνην· οἱ δὲ νεώτεροι τὴν αὐτὴν Μυκήνην καὶ Ἄργος φασίν. Ἄλλως· Ἄργος ὁμωνύμως τῇ Χώρᾳ, ὡς Ὅμηρος· Ἄργος τε Σπάρτη τε· παλαιὸν δὲ, ἢ ὅτι Ἄργος, ὁ προστάτωρ αὐτῶν, γηγενὴς ἦν, ἢ ὅτι καὶ αὐτοὶ πρωτογενεῖς ἀντιποιοῦνται εἶναι, etc.
Barnes.



Ἀφίκετ' εἰς τόδ' Ἄργος· ὑψηλῶν δ' ἐπὶ
Ναῶν τίθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.
Κἀκεῖ μὲν, εὐτύχησεν· ἐν δὲ δώμασι,
Θνήσκει γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας δόλῳ,

In hanc *urbem* Argos rediit: excelsis autem in
Templis posuit spolia plurima barbarorum.
Et illic quidem, rem feliciter gessit: in ædibus vero,
Moritur uxoris Clytæmnestræ dolo,

Reisk. emendat: ὦ τρισπάλαιον, *O ter antiqua urbs*, i. e. valde antiqua. *Beck.*

Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος,] Idem fere significare videtur, ac si dicas ὦ Ἄργος, παλαιὰ τῆσδε τῆς γῆς πόλις, sive ὦ κτῆμα τῆσδε τῆς γῆς, παλαιὸν Ἄργος. Ex parte similia sunt Phœniss. 1073. ἑπτάπυργα κλῦθρα γᾶς, et Soph. Œd. Col. 297. πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει. Musgravius pro Ἄργος conjicit εὖχος, Reiskius τρισπάλαιον pro γῆς παλαιόν. Notandum autem est hoc genus compellationis per vocativum, ad quam in sequentibus non amplius respicitur. Exclamationem verius dixeris quam compellationem. Pari modo noster in Andromachæ initio:

> Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις,
> Ὅθεν ποθ' ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ
> Πριάμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην.

ubi fallitur Brunckius, qui σχῆμα et πόλις nominativos putat, omisso ἐστί. Nam Alcestidis quoque initium non multum differt:

> Ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
> Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν.
> Ζεὺς γὰρ, etc.

Cf. etiam nostræ fabulæ, v. 55. sqq. et 432. sqq. *Seidl.*

2. Ὅθεν ποτ' ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρη,] Agamemnon mille naves bello instructas contra Trojam duxit, unde Græci in illa expeditione dicuntur χιλιόναυς στρατός. De qua re lege Homerum in Bœotia, sive Navium Catalogo, Iliad. Lib. II. Et Euripidis Iphigen. Aul. Chorum totum actus primi. *Barnes.*

Ἄρην, editur vulgo Ἄρη. Illud dedi Porsonum secutus ad Phœniss. v. 134. 950. 1020. *Seidl.*

Ἄρ', ed. Vict.

6. s. ὑψηλῶν δ' ἐπὶ Ναῶν τίθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων·] Ita infra v. 1000. Σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι. Mos erat apud Veteres, ut victores hostium spolia templorum tholis suspenderent, gratitudinis in Deos, victoriæ auctores, signum et memoriæ causa. Hinc Valerius Maximus Lib. VII. c. 6. *Opera M. Junii Dictatoris, Rempublicam administrantis, spolia affixa templis, Deorum numini consecrata.* Pulchre hunc ritum describit Silius Italicus Lib. 1. *In foribus sacris, primoque in limine templi, Captivi currus, belli decus, armaque rapta Bellantum ducibus, sævæque in Marte secures, Perfossi clypei, et servantia tela cruorem, Claustraque portarum pendent.* Quin et Horatius hujus moris meminit, Carmin. Lib. IV. Od. 15. *Et signa nostro restituit Jovi Direpta Parthorum superbis postibus.* Idem Christianis mos nunc placuit; et frequenter apud historicos legimus, insignia fusorum hostium templis Christianorum suspensa, cum victores laudes suas Deo publice agendas duxerint. Nobis hic non est diutius immorandum. *Barnes.*

Ἀφίκετ'] Verbo ἀφικνεῖσθαι similiter *de redeuntibus* utitur Noster Hec. v. 954. Æschyl. Pers. v. 15. Agam. 515. Idem usus est verbi μολεῖν, ut infr. v. 48. aliorumque verborum ejusdem significationis. Vid. Heindorf. ad Platon. Protag. 4. p. 462. *Seidl.*

7. Ναῶν] Intellige cum Barnesio *templorum*, non *navium*. vid. infra v. 1000. Æschyl. Agam. v. 588. *Musg.*

Contra Heathius ναῶν accipit de navibus. Defuisse enim Agamemnoni opportunitatem Trojanorum spolia templis deorum Argivis consecrandi, cum statim sub ipso appulsu ab Ægistho fuerit interfectus. *Beck.*

Καὶ τοῦ Θυέστου παιδὸς Αἰγίσθου χερί.
Χὡ μὲν παλαιὰ σκῆπτρα Ταντάλου λιπὼν,
Ὄλωλεν· Αἴγισθος δὲ βασιλεύει χθονὸς,
Ἄλοχον ἐκείνου Τυνδαρίδα κόρην ἔχων.
Οὓς δ' ἐν δόμοις ἔλειπεν, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει,
Ἄρσενά τ' Ὀρέστην, θῆλύ τ' Ἠλέκτρας θάλος,
Τὸν μὲν πατρὸς γεραιὸς ἐκκλέπτει τροφεὺς,
Μέλλοντ' Ὀρέστην χερὸς ὑπ' Αἰγίσθου θανεῖν,
Στροφίῳ τ' ἔδωκε Φωκέων εἰς γῆν τρέφειν·
Ἡ δ' ἐν δόμοις ἔμεινεν Ἠλέκτρα πατρός.

Et Ægisthi, filii Thyestis, manu.
Et ille quidem antiquis sceptris Tantali relictis
Periit. Ægisthus vero terræ regnum obtinet,
Uxorem illius, Tyndari filiam, habens.
Quos vero domi reliquit, quum ad Trojam navigavit,
Maremque Orestem, fœmineumque Electræ germen,
Hunc quidem patris senex nutritor surripit,
Orestem, cum Ægisthi manibus jam prope esset ut moreretur,
Strophioque dedit in Phocensium agro alendum:
Hæc vero Electra in patris ædibus remansit.

Ναῶν] Recte de templis, non de navibus, intelligit Barnesius, coll. infr. v. 1000.

σκῦλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι.

Nimis argutatur Heathius. *Seidl.*

9. Θνήσκει γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας δόλῳ,] Lege γυναικὸς ἐκ. *Por.*

Θνήσκει γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας δόλῳ,] Quomodo Agamemnon, Troja reversus, domi fuerit cæsus uxoris et Ægisthi insidiis, vide Homer. Odyss. λ'. v. 408. Ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε, Ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ οἶκόνδε καλέσσας, etc. Et Scholiastæ Æschyli argumentum ad fabulam Agamemnon dictam. *Barnes.*

11. Χὠ] Male scribunt χ' ὡ sive χ' ὁ. Vid. Excurs. ad Troad. v. 399. p. 147. *Seidl.*

12. Ὄλωλεν Αἴγισθος δὲ βασιλεύει χθονὸς,] Ita Seneca, Agam. v. 915. *Pater peremtus scelere materno jacet: Comes paternæ quæritur Natus neci. Ægisthus arces Venere quæsitas tenet. Æmil. Portus.*

14. Vulgo: οὓς δ' ἐν δόμοις ἔλειπεν, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει. Elegantiores numeros restitui ad exemplum Orest. v. 63.

ἣν γὰρ κατ' οἴκους ἔλιφ', ὅτ' ἐς Τροίαν ἔπλει.

Seidl.

18. De hoc versu vid. ad Rhes. v. 925. *Musg.*

19. Ἡ δ'] Vulgo legunt ἡ δ' et punctum ponunt post πατρός. Sed conf. Orest. v. 63. seq. quem modo citavimus. Neque enim illud potissimum narraturus est, domi eam remansisse, sed qualem ibi sortem habuerit. *Seidl.*

22. Ita hunc et sequentem versum edidit Schæferus ex emendatione Porsoni ad Med. v. 5. Vulgo:

δείσας δὲ, μή τῳ παῖδας Ἀργείων τέκοι,
Ἀγαμέμνονος ποινάτορας, εἶχεν ἐν δόμοις.

Disputat Porsonus ita: "Corrupta vox Ἀργείων sensui repugnat, et cum παῖδας prioris versus metro necessarium fecisset, anapæstum in quartam sequentis sedem invexit, ποινάτορας." *Seidl.*

23. Piersonus Verisim. p. 67. ne ana-



Ταύτην, ἐπειδὴ θαλερὸς εἶχ' ἥβης χρόνος,
Μνηστῆρες ᾔτουν Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός.
Δείσας δὲ, μή τῳ παῖδας Ἀργείων τέκοι,
Ἀγαμέμνονος ποινάτορας, εἶχεν ἐν δόμοις
Αἴγισθος, οὐδ' ἥρμοζε νυμφίῳ τινί·
Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτ' ἦν φόβου πολλοῦ πλέων,
Μή τῳ λαθραίως τέκνα γενναίῳ τέκοι,
Κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως
Μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός.
Εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα σκῆψιν εἶχ' ὀλωλότα,

Hanc, postquam florens pubertatis tempus *ipsam* habuit,
Proci petebant Græcæ principes terræ.
Metuens vero, ne cui Argivorum liberos pareret,
Agamemnonis ultores, *eam* continebat domi
Ægisthus, nec ulli sponso despondebat.
Cum vero hoc etiam magni metus plenum esset,
Ne cui generoso *viro* liberos clam pareret,
Interficere ipsam statuit crudelis. Quantumvis autem mala
Mater ipsam servavit ex Ægisthi manu.
Quoad enim maritum occisum habebat speciosam causam;

pæstus in quarto loco sit, scribendum statuit:

Ἀγαμέμνονος ποινάτορας, σφ' εἶχ' ἐν δόμοις.

Ego vero anapæstos in paribus locis nec libenter a tragicis positos, nec penitus repudiatos, censeo. Exemplum vide Troad. v. 352. *Musg.*

Heath. emendat: ποινάτοράς γ' εἶχ' ἐν δόμοις. *Beck.*

27. Κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως.] Ita Ed. Victor. MS. α. κτανεῖν τ' ἐβουλεύσαντ' ὠμόφρων δ' ὅμως, consentientibus MSS. β, γ, nisi quod σφ' pro τ' exhibent. Æmilius Portus sic emendat:

κτανεῖν σφ' ἐβούλετ' ὠμόφρων· κακὴ δ' ὅμως.

Sed minus a MSSorum vestigiis recedit:

κτανεῖν σφ' ἐβούλευσ' αὖτις· ὠμόφρων δ' ὅμως.

Musg.

Κτανεῖν σφ' ἐβούλετ' ὠμόφρων· Κακὴ δ' ὅμως] Ita pro corrupto illo, quod prius, Κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως, legimus; Canterumque, Portum, et Miltonum laudatores habeo. Scaliger legit Κτανεῖν ἐβούλευσ' ὠμόφρων νιν· ἡ δ' ὅμως, quod minus laudo; quia longius a veteris lectionis vestigiis recedit. Dupортus nihil omnino ad hanc fabulam notat. *Barnes.*

Reiskius conjicit: κτανεῖν σφ' ἐβούλετ' ὠμόφρων, ἡ δ' οὖν ὅμως. *Beck.*

Κτανεῖν σφι βουλεύσαντος ὠμόφρων ὅμως] Ita emendavimus hunc versum librorum vestigia secuti. Ed. Victorii:

κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως.

Virorum doctorum conjecturas, quæ ad unam omnes a librorum lectione magnopere recedunt, nihil attinet referre. Vox βουλεύσαντος in libris MSS. sic fere exarari solet, βουλεύσαντ. cf. Ind. ad Greg. Corinth. Schæf. litteris ος. Atque hoc superscriptum ο sæpe cum littera, cui superscribitur, connectitur, (vid. ad eundem Gregor. Tab. Æn. IV. Num. 18., v. σύνδεσμος) ut facillime pro apostropho haberi potuerit. Particulam autem δ' post ὠμόφρων inserere debuerunt, qui male legissent antecedentia. Ceterum cf. An-

Παίδων δ' ἔδεισε μὴ φθονηθείη φόνῳ.
Ἐκ τῶνδε δὴ τοιόνδ' ἐμηχανήσατο
Αἴγισθος· ὃς μὲν γῆς ἀπηλλάχθη φυγὰς
Ἀγαμέμνονος παῖς, χρυσὸν εἶφ', ὃς ἂν κτάνῃ.
Ἡμῖν δὲ δὴ δίδωσιν Ἠλέκτραν ἔχειν
Δάμαρτα, πατέρων μὲν Μυκηναίων ἄπο
Γεγῶσιν, οὐ δὴ τοῦτό γ' ἐξελέγχομαι·

Sed timuit, ne liberorum cæde sibi conflaret invidiam.
Ob has igitur *causas* tale quid machinatus est
Ægisthus: qui quidem ex *hoc* agro discessit exul,
Agamemnonis filius, aurum promisit *ei*, qui interfecerit *ipsum*.
Nobis vero jam dedit Electram, ut eam habeamus
Uxorem, qui ex parentibus quidem Mycenæis
Nati sumus. Nec enim hac *in parte* redarguor.

drom. 798. Ἀνδρομάχην κτανεῖν καὶ παῖδα βουλεύσασα. *Seidl.*

29. Εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα σκῆψιν εἶχ' ὀλωλότα,] Causam habuit et prætextum, quare se defenderet Clytæmnestra; quod nempe Agamemnon filiam ejus, Iphigeniam, mactasset, et hoc prætextu se armat impudica viricida apud Æschylum Agamemn. v. 1421, etc. Et infra hujus fabulæ v. 1011, etc. Et Sophocles eodem modo se excusantem Clytæmnestram inducit, Electr. v. 526. Πατὴρ μὲν, οὐδὲν ἄλλο σοι πρόσχημ' ἀεὶ, Ὡς ἐξ ἐμοῦ τέθνηκεν· ἐξ ἐμοῦ· καλῶς Ἔξοιδα· τῶνδ' ἄρνησις οὐκ ἔνεστί μοι. Ἡ γὰρ δίκη νιν εἷλε, κοὐκ ἐγὼ μόνη. *Barnes.*

30. Ad φθονηθείη Victorius adscripsit μεμφθείη ex glossa, ut videtur. *Seidl.*

32. Constructio est: εἶπεν χρυσὸν δώσειν ἐκείνῳ, ὃς ἂν κτάνῃ τοῦτον, ὃς Ἀγαμέμνονος ὢν παῖς φυγὰς μὲν ἀπηλλάχθη γῆς. Nam Brumoy male locum sic exponit, ut Orestes Ægisthi caput proscripsisse intelligatur. *Heath.*

33. κτάνῃ.] Temporum ratio postulare videtur κτάνοι. *Musg.*

Ἀγαμέμνονος παῖς, χρυσὸν εἶπεν, ὃς ἂν κτάνῃ.] Alias legitur χρυσὸν εἶφ', ὃς ἂν, etc. Sed salvum erit metrum, si in quinto loco anapæstum admittimus; quare nil muto. Sed de hac τοῦ ἔπω significatione, et quod *dico* simpliciter pro *promitto* usurpatur, videsis Sebastian. Pfochenium in Diatriba de Linguæ Græci Novi Testamenti Puritate, §. 79. 49. p. 57. *Barnes.*

εἶφ',] Ita Schæferus. Male vulgo εἶπεν. "Χρυσὸν εἶφ' bene versum *aurum promisit.* Sæpius enim Græci verba *dicendi* usurpant de *pollicitationibus.* Lucianus Reviv. c. 3. T. I. p. 573. Homerica parodia:

μὴ δή μοι φύξιν γε, κακοτυχές, βάλλεο θυμῷ,
χρυσῷ τις λέξας, ἐπεὶ ἴσσο χεῖρας ἐς ἁμάς.

Herodot. VI. c. 23. μισθὸς δέ οἱ ἦν εἰρημένος ὅδε, *merces autem ei promissa erat hæc.* Sic dicitur inprimis verbum ὀνομάζειν. Homerus Il. IX. v. 515.

εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέροι, τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζοι.

Pro quo mox v. 519.

νῦν δ' ἅμα τ' αὐτίκα πολλὰ διδοῖ, τὰ δ' ὄπισθεν ὑπέστη.

Longus p. 87. sq. ed. Villois. μείζονα γὰρ ἢ κατὰ ποιμαίνουσαν κόρην δῶρα ὠνομάζετο παρ' ἑκάστου. Præstantissimus Villoisonus ad h. l. p. 208.: "Ὠνομάζετο. Sic supra, Lib. I. p. 14. Ed. Moll. Dryas in re simili τὰ ὈΝΟΜΑΣΘΈΝΤΑ δῶρα παρητήσατο. Apud Hesychium ὀνομῆναι et ὀνομάσαι explicantur ἐπαγγείλασθαι; nempe Hesychius, quod a nemine huc usque animadversum est, respexit Od. Ω'. v. 340.:

ὄρχατο δέ μοι ὧδ' ὀνόμηνας
Δώσειν πεντήκοντα.



Λαμπροὶ γὰρ εἰς γένος γε· χρημάτων δὲ δὴ
Πένητες· ἔνθεν ηὐγένει' ἀπόλλυται·
Ὡς, ἀσθενεῖ δοὺς, ἀσθενῆ λάβοι φόβον.
Εἰ γάρ νιν ἔσχεν ἀξίωμ' ἔχων ἀνὴρ,
Εὕδοντ' ἂν ἐξέγειρε τὸν Ἀγαμέμνονος
Φόνον, δίκη τ' ἂν ἦλθεν Αἰγίσθῳ τότε.
Ἣν οὔποθ' ἁνὴρ ὅδε, σύνοιδέ μοι Κύπρις,

Clari enim genere quidem *sumus*: pecuniis vero jam
Pauperes *sumus*; hinc nobilitas perit:
Ut tenui dans, tenuem haberet metum.
Si enim ipsam habuisset dignitate præditus vir,
Sopitam excitâsset Agamemnonis
Cædem, pœnasque Ægisthus tunc dedisset.
Quam *Electram* nunquam vir hicce (conscia est mihi Venus)

Et Il. Ι'. v. 121.

Ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω.

Hoc sensu et τὸ ὀνομάζειν dicitur in Iliade Ι'. v. 511.

Εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέροι, τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζοι.

Et Il. Σ'. v. 449.

καὶ πολλὰ περικλυτὰ δῶρ' ὀνομάζων.

Ubi vides ὀνομάζεσθαι δῶρα hic esse, promittere dona." Hactenus egregie; sed nollem addidisset: "eaque cum emphasi recensere" et quæ sequuntur. Nam in hoc talium verborum usu nihil est emphatici. Suidas T. III. p. 427. Τάλις — ἡ ὀνομασθεῖσα τινὶ νύμφη. Hesychius composito verbo usus T. II. c. 1342. Τάλις. ἡ μελλόγαμος παρθένος, καὶ κατωνομασμένη τινί. quod interpretes miris modis vexarunt. Ejusdem familiæ est αἰνεῖν cum compositis, ἐπαινεῖν et κατανεύειν: quod verbum cum primaria vi significaverit generaliter *dicere*, causa apparet, cur usu haud ita raro valeat specialiter *promittere, polliceri*. Sophocles Philoct. v. 1398. sq. Brunck.

ἃ δ' ᾔνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγὼν,
πέμψειν πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον,

Euripides Alcest. v. 12. sqq.

ᾔνεσαν δέ μοι θεαὶ,
Ἄδμητον ᾅδην τὸν παραυτίκ' ἐκφυγεῖν,
ἄλλον διαλλάξαντα τοῖς κάτω νεκρόν."

Schæfer. Ceterum ad εἶφ' intellige ἐκείνῳ. et ad κτάνῃ αὐτὸν, scilic. ἐκ γῆς ἀπηλλάχθη. Musgravius mavult κτάνοι. Male. Ὃς ἂν κτάνῃ valet ἐάν τις κτάνῃ, *si quis illum occidisset. Seidl.*

37. s. Citat Stob. Grot. xcvii. p. 389. ubi χρ. γε μήν. *Burn.*

Intellige ἐσμέν. Rarior est hæc ellipsis primæ personæ. Sophocl. Antig. 634.

ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

Vid. Schæf. Melet. Crit. p. 114. Nostri Cycl. 500. πλέως μὲν οἴνου, γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης. Soph. Œd. Col. 207. ὦ ξένοι, ἀπόπτολις. Nostri Hercul. Fur. 627. οὐ γὰρ πτερωτός. Differunt ab his exemplis illa, in quibus ad ἕτοιμος sive πρόθυμος intelligitur εἰμί. Vid. Schæf. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 696. *Seidl.*

38. ἡ εὐγένει'] Stob. Grot. xcvii. p. 389. *Burn.*

39. Ὡς ἀσθενεῖ, etc.] Spectat ad v. 34. ἡμῖν δίδωσιν δάμαρτα. Sensus est, *ut, humili viro eam collocans, metum sibi minueret.* De hoc optativo λάβοι vid. Matth. Gramm. Græc. sect. 518. p. 734. *Seidl.*

41. ἐξήγειρε] Sic recte edition antiquæ. Barnesius ἐξέγειρε. *Seidl.*

Recte vet. ed. ἐξήγειρε. *Reisk.*

42. Pro τότε malim ποτί. *Reisk.*

43. ἀνὴρ ὅδε,] *Ego*, ut recte Barnesius, citans Soph. Œd. Col. v. 1323. & 1467. Trachin. v. 308. *Musg.*

Ἤισχυνεν εὐνῇ· παρθένος δ' ἔτ' ἔστι δή.
Αἰσχύνομαι γὰρ ὀλβίων ἀνδρῶν τέκνα
Λαβὼν, ὑβρίζειν, οὐ κατάξιος γεγώς.
Στένω δὲ τὸν λόγοισι κηδεύοντ' ἐμοὶ
Ἄθλιον Ὀρέστην, εἴποτ', εἰς Ἄργος μολὼν,
Γάμους ἀδελφῆς δυστυχεῖς εἰσόψεται.
Ὅς τις δέ μ' εἶναί φησι μῶρον, εἰ λαβὼν
Νέαν ἐς οἴκους παρθένον, μὴ θιγγάνω,
Γνώμης πονηρᾶς κανόσιν ἀναμετρούμενος

Cubili polluit, sed adhuc virgo manet.
Erubesco enim beatorum virorum liberos
Nactus, violare *eos*, cum non sim dignus.
Deploro autem verbis affinitate junctum mihi
Miserum Orestem, si unquam Argos reversus,
Nuptias sororis infelices aspiciet.
Quicunque vero me stultum esse dicit, quod cum receperim
Juvenem virginem in sedes, non attingam, *is*
Mentis pravæ regula se metiri

Ἦν οὔ ποτ' ἀνὴρ ὅδι,] Ἀνὴρ ὅδι δεικτικῶς, περὶ ἑαυτοῦ λέγει· ἀνὴρ ὅδι, ἀντὶ τοῦ ἐγώ· sic οὗτος pro ἐγώ: est vero idem, quod ὅδι. Et in omnibus linguis (ut recte observat Is. Casaubonus ad Annales Ecclesiasticos Baronii, Exercit. XV. c. 12.) Pronomina demonstrativa elegantissime interdum accipiuntur de loquentis persona. Ita interpretari sunt critici illud comici. *Tu si hic sis, aliter sentias.* Hic hoc in loco, pro *Ego*, ὅδι, vel ὅδ' ἀνὴρ, ut dicit Euripides. Nec is solus; sed et Sophocles in Œdipo Colon. v. 1323. ubi Polynices petit a patre, ut ignoscat sibi, Μῆνιν βαρεῖαν εἰκάθειν ὡρμημένῳ τῷδ' ἀνδρὶ τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου τίσιν. *Huic viro*, hoc est, *mihi*. Atque hoc loquendi genere delectari Sophoclem notat Scholiastes: Τῷδ' ἀνδρὶ] Δεικτικῶς. Καὶ ἔστι πυκνὸς ἐν τῷ τοιούτῳ Σοφοκλῆς. Verissime. Paulo enim post, v. 1467. Ὦ παῖδες, ἥκει τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος Βίου τελευτή. Scholiast. Τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ] ἐπ' ἐμοὶ δηλονότι. In Trachiniis v. 308. Μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆσδέ γε ζώσης ἔτι.] Scholiast. Τῆσδέ γε ζώσης] Δεικτικῶς, ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ. Ὁ δὲ νοῦς· εἰ καὶ μέλλεις τι δρᾷν κατὰ τῶν ἐμῶν παίδων, τοῦτο ἐμοῦ ζώσης ἀναβαλοῦ. *Barnes.*

οὔποθ' ἁνὴρ ὅδι,] Vulgo οὔποτ' ἀνὴρ ὅδι. Adscripsit Victorius: δεικτικῶς ἀντὶ τοῦ ἐγώ. *Seidl.*

44. Ἤισχυνεν εὐνῇ·] Victorius in margine: γρ. ᾔσχυν ἐν εὐνῇ, quod valet, opinor, ᾔσχυν' ἐν εὐνῇ, quæ lectio vulgatæ certe non præstat. *Seidl.*

50. ss. Ὅστις δέ μ' εἶναί φησι μῶρον, εἰ λαβὼν Νέαν ἐς οἴκους παρθένον μὴ θιγγάνω, &c.] Hæc Euripides sagaciter in suam profert defensionem. Vidit enim ille vir undiquaque magnus, quantas hæc res inter criticos turbas erat excitatura. Quid vero impedit, quominus inter rusticos colonos reperiatur aliquando, qui generosa indole sit præditus, fideli et casto ingenio, qui, cum vi sibi datam videt regiam virginem, illam aut violare noluerit, aut certe non ausus fuerit; præsertim cum ex illius virginis familia supersit, ut in hac causa Orestes, qui aliquando pœnas ex inimicis reposcat. Certe nos legimus etiam inter Christianos reges, qui in summa fortuna positi, ultro a concessa conjugii voluptate abstinuerint. Et sane Josephus ille Justus, Mariæ virginis maritus, ex Gregorii Nysseni atque Epiphanii sententia, virginitatis illius custos habebatur. Quare non est, ut hoc nomine Euripidis œconomia damnetur vel



Τὸ σῶφρον ἴστω, κἀυτὸς αὖ τοιοῦτος ὤν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ νὺξ μέλαινα, χρυσέων ἄστρων τροφὲ,
Ἐν ᾗ τόδ' ἄγγος τῷδ' ἐφεδρεῦον κάρᾳ
Φέρουσα, πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι,
(Οὐ δή τι χρείας εἰς τοσόνδ' ἀφιγμένη,
Ἀλλ' ὡς ὕβριν δείξωμεν Αἰγίσθου θεοῖς,)
Γόους τ' ἀφίημ' αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί.

Continentiam sciat, seque talem esse.

ELECTRA.

O nox atra, aureorum astrorum mater,
In qua hoc vas huic incumbens capiti
Ferens, fontes flumineos peto,
(Non quidem quod ad tantam inopiam sum redacta:
Sed ut Ægisthi contumeliam ostendamus diis,)
Et lamentationes in amplam ætherem emitto patri.

frigiditatis, vel improbabilitatis, vel incohærentiæ; quanquam nec ipse Petrus Victorius illum etiam volens ausus sit defendere. Dionis enim sententia, quam protulimus ad Troad. v. 688. ad ejus defensionem in hac parte sufficiet. Vid. infra ad v. 259. *Barnes.*

μὴ θιγγάνω] Terent. *Nocte illa prima virginem non attigit,* MS. Not. ed. Victor. *Seidl.*

52. γνώμης πονηροῖς κανόσιν] Legendum, ni fallor, γνώμης πονηρᾶς. *Musg.*

γνώμης πονηροῖς κανόσιν] Πονηροῖς in πονηρᾶς mutavit Musgravius, quem sequitur Porsonus ad Hec. 606. (ubi memoriæ lapsu citat ἴστω τὸ σῶφρον.) Sed non assequor, cur damnanda sit librorum lectio, quæ mihi quidem etiam magis poëtica videtur. Sensus est: is sciat, se prava mentis, (statuendi, judicandi) regula metiri sive æstimare continentiam, i. e. se perperam judicare de continentiæ laude. Δικαίους κανόνας dixit Noster Fragm. Belleroph. VI. 5. *Seidl.*

γνώμης πονηροῖς κανόσιν Ed. Victor.

53. Reisk. conjicit: κἀυτὸς οὐ τοιοῦτος, *et se ipsum talem non esse,* sc. σώφρονα, *modestum, bonis moribus præditum. Beck.*

κἀυτὸς αὖ] Reiskius proponit οὐ pro αὖ. Sed sana vulgata. Verte: *ipsumque contra talem esse,* scil. qualem me dicat, μῶρον. Μῶρον etiam supplet Heathius. *Seidl.*

Comma post σῶφρον posuit Victor.

54. ἄστρων τροφὶ,] Tibullus Lib. II. Eleg. 1. v. 87.

> Ludite, jam Nox jungit equos, currumque sequuntur
> Matris lascivo sidera fulva choro.
>
> *Musg.*

Prev. pro τροφὸς posuit *matrem,* secutus auctoritatem Tibulli El. 2, 1. *Beck.*

55. κάρα ed. Victor.

57. s. Hi duo versus uncinis includendi sunt; ut μετέρχομαι et ἀφίημι per appositionem cohæreant. *Musg.*

Forte, οὐ δῆτα, aut cum vet. ed. οὐ δή τι. Confer v. 268. ubi δῆθι pro δῆθιν, quod neque hinc alienum est. Posset etiam οὐ δή γι reponi. *Beck.*

Οὐ δή τι] Ita recte Victorius. In Barnesiana legitur οὐ δή τι, fortasse typothetæ vitio. *Seidl.*

58. δείξωμεν θεοῖς,] Docet Grævius ad Hesiod. Op. et D. v. 730. Antiquorum sententiam fuisse, noctu deos versari in terra et hoc orbe nostro inter homines, interdiu sedes superas colere. Stat. Lib. I. Sylv. 1.

> Huc sub nocte silenti,
> Cum superis terrena placent, tua turba relicto
> Labetur cœlo.

Quintilian. Declamat. X. *omnis religio*

Ἡ γὰρ πανώλης Τυνδαρὶς, μήτηρ ἐμὴ,
Ἐξέβαλέ μ' οἴκων, χάριτα τιθεμένη πόσει.
Τεκοῦσα δ' ἄλλους παῖδας Αἰγίσθῳ πάρα,
Πάρεργ' Ὀρέστην κἀμὲ ποιεῖται δόμων.
ΑΥ. Τί γὰρ τάδ', ὦ δύστην', ἐμὴν μοχθεῖς χάριν,
Πόνους ἔχουσα, πρόσθεν εὖ τεθραμμένη,
Καὶ ταῦτ' ἐμοῦ λέγοντος, οὐκ ἀφίστασαι;
ΗΛ. Ἐγώ σ' ἴσον θεοῖσιν ἡγοῦμαι φίλον·
Ἐν τοῖς ἐμοῖς γὰρ οὐκ ἐνύβρισας κακοῖς.

Illa enim perniciosa Tyndaris, mater mea,
Ejecit me ex ædibus, gratificans marito *suo*.
Quia enim alios liberos apud Ægisthum peperit,
Orestem et me, alienos a domo ducit.
Col. Cur vero, O infelix, hæc *in* meam gratiam laboras,
Labores sustinens, prius delicate nutrita,
Et hæc me jubente non desistis?
Ele. Ego te diis æqualem amicum duco:
In meis enim malis non insultâsti contumeliose.

templorum, omnis religio lucorum, cum tacuere mortalia et profani procul, errare sedibus totis, solitudine frui, et de suis dicitur exire simulacris. Hinc intelligendus Euripides. *Musg.*

59. ἀφίημ'] Ita optime Reiskius, pro ἀφίην. *Musg.*

ἀφίην] Imperfecti temporis, licet alii ἀφιείην in optativo legant. *Barnes.*

ἀφίην] Reliqui librorum lectionem quamvis vitiosam. Reiskium corrigentem ἀφίημ' secutus est Musgravius, qui duos antecedentes versus uncinis inclusit. Sed vereor, ut aptus hic sit parentheseos locus. Idem sensisse videtur Heathius, qui corrigit ἀφίω γ', et Schæferus, qui ἀφῶμεν edidit. Sed nimis tamen Schæferi lectio a libris recedit. Quid si scripserit Euripides, quod Portus voluit, ἀφείην, ad Homeri exemplum conjunctivum cum optativo copulans. Sensus tamen utriusque paululum erit diversus. Verte: ut Ægisthi injurias diis ostendam, et ut querelas fundere possim (non *fundam*) in magnum æthera. Vid. Matth. Gramm. Græc. sect. 519. p. 735. ubi non assentior viro doctissimo, in Soph. Electr. v. 760. præferenti ἐκλάχῃ. Ὅπως ἐκλάχῃ est *ut nancisci possit*, non *ut nanciscatur*. Vernacule: damit er erhalten könne. Alterum erit: damit er erhalten soll; sive, damit er erhalte. Afferunt Orestis cineres, non ut in patrio solo sepeliatur, (hoc enim pendebat ab Ægisthi et Clytæmnestræ arbitrio) sed, ut his, si velint eum sepelire, ejus rei potestatem faciant. Pari modo omnes hujus generis loci, quos Matthiæ l. l. affert, etiam Homerici, videntur explicandi esse, neque in eadem Sophoclis Electra v. 57. mutari debet librorum lectio ὅπως — φέρωμεν. *Seidl.*

ἀφίην ed. Victor.

60. Ἡ γὰρ πανώλης] De voce πανώλης vide Hercul. Fur. v. 1417. *Barnes.*

62. Αἰγίσθῳ πάρα,] Ita libri. Schæferus edidit Αἰγίσθου πάρα. Sed nihil magnopere differt, utrum dicas, genuit liberos *ex Ægistho* an *apud Ægisthum, in Ægisthi domo*, i. e. conjuncta cum illo. Plane sic Plutarch. Pericl. p. 165. c. ἔτεκε δὲ καὶ παρὰ τῷ Περικλεῖ Ξάνθιππον καὶ Πάραλον. *Seidl.*

63. Πάρεργα — δόμων] i. e. νόθους. Vid. Hesych. v. πάρεργον. *Seidl.*

66. Καὶ ταῦτ' — ἀφίστασαι;] Construe καὶ οὐκ ἀφίστασαι, ἐμοῦ λέγοντος ταῦτα, sive καίπερ ἐγὼ λέγω ταῦτα, scil. δεῖν σε ἀφίστασθαι. *Seidl.*

Μεγάλη δὲ θνητοῖς μοῖρα συμφορᾶς κακῆς
Ἰατρὸν εὑρεῖν, ὡς ἐγώ σε λαμβάνω.
Δεῖ δή με κἀκέλευστον, εἰς ὅσον σθένω,
Μόχθου 'πικουφίζουσαν, ὡς ῥᾷον φέρῃς,
Ξυνεκκομίζειν σοι πόνους· ἅλις δ' ἔχεις
Τἄξωθεν ἔργα· τὰν δόμοις δ' ἡμᾶς χρεὼν
Ἐξευτρεπίζειν· εἰσιόντι δ' ἐργάτῃ
Θύραθεν, ἡδὺ τἄνδον εὑρίσκειν καλῶς.
ΑΥ. Εἴ τοι δοκεῖ σοι, στεῖχε· καὶ γὰρ οὐ πρόσω

Magna vero mortalibus *est* felicitas, adversæ fortunæ
Medicum invenisse, ut ego te accipio.
Oportet igitur me vel injussam pro viribus
Labore te levantem, ut facilius feras,
Una tecum tolerare negotia; satis enim habes
Operum foris. Domesticas vero *res* nos oportet
Parare: intranti enim operario
Ab extra, jucundum *est res* domesticas invenire recte se habentes.
Col. Si igitur *ita* tibi placet, vade: etenim non procul *sunt*

69. Μεγάλη μοῖρα i. e. *magna felicitas.* Μοῖρα vocabulum est μέσον; loci igitur nexus significationem regit. Nam μεγάλη μοῖρα eodem jure de magno infortunio dici possit, ut οἰωνὸς μέγας, Orest. 779. pro οἰωνὸς κακὸς, et Iph. Aul. 453. τὰς μεγίστας συμφορὰς pro τὰς κακίστας. *Seidl.*

71. ss. Δεῖ δή με κἀκέλευστον, εἰς ὅσον σθένω, Μόχθου 'πικουφίζουσαν, ὡς ῥᾷον φέρῃς, Συνεκκομίζειν σοι πόνους·] Vide hunc locum explicatum in nota ad v. 74.

Barnes.

73. Συνεκκομίζειν πόνους·] Confer Hippol. v. 467. *Musg.*

Συνεκκομίζειν i. e. συμπονεῖν, συμβαστάζειν, ut explicant Scholiastæ ad Orest. 678. et Hippol. 467. Videtur hoc verbum nostro proprium esse. Idem Euripidi significant συνεκπονεῖν et συνεκφέρειν.

Seidl.

74. s. τὰ 'ν δόμοις ἡμᾶς χρεὼν Ἐξευτρεπίζειν· etc.] Cum eleganter copioseque laudes agricolarum vitæ persequeretur Horatius (Epod. 2.) et quot quantaque illic bona forent, ostenderet; in iis etiam posuit voluptatem, quam capiunt, cum ab opere redeuntes, laboreque ac fame enecti inveniunt domi a diligente uxore parata omnia, quibus et reficere vires et desideria naturæ satiare queant. Inquit igitur: *Et horna dulci vina promens Dolio dapes inemtas apparet.* Addit etiam, majorem illis suavitatem afferre viles eas escas, quam inertibus ac delicatis exquisitæ epulæ faciant. Euripides quoque in Electra hoc tetigit, qui de voluptate hac, potius animo comprehensa, quam usu cognita, ita induxit summo loco natam, magnique animi virginem cum viro suo loquentem: Τὰ'ν δόμοις ἡμᾶς χρεὼν Ἐξευτρεπίζειν· εἰσιόντι δ' ἐργάτῃ Θύραθεν, ἡδὺ τἄνδον εὑρίσκειν καλῶς. Nam quod Latinus poëta supra dixerat: *Quod si pudica mulier in partem juvet domum atque dulces liberos,* Græcus quoque ante hæc verba eidem personæ affinxit; Illa nam, quid sui officii sit, ostendens, inquit: Δεῖ δή με κἀκέλευστον, εἰς ὅσον σθένω, Μόχθου 'πικουφίζουσαν, ὡς ῥᾷον φέρῃς, Συνεκκομίζειν σοι πόνους. Quibus in verbis animadvertendum est, συνεκκομίζειν idem valere, quod *in partem juvare:* significat enim manifesto una cum aliquo ferre, ac partem aliquam laboris illius in se suscipere. Hæc Petrus Victorius Variar. Lection. Lib. XI. c. 6. Vide plura ad Hippolyt. v. 467. Quod autem τὰ ἐν δόμοις mulieri affinxit Euripides, hoc est, muliebria officia tractare, id explica-

Πηγαὶ μελάθρων τῶνδ᾽· ἐγὼ δ᾽ ἅμ᾽ ἡμέρᾳ
Βοῦς εἰς ἀρούρας εἰσβαλὼν, σπερῶ γύας.
Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα,
Βίον δύναιτ᾽ ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, σὲ γὰρ δὴ πρῶτον ἀνθρώπων ἐγὼ
Πιστὸν νομίζω καὶ φίλον, ξένον τ᾽ ἐμοί·
Μόνος δ᾽ Ὀρέστην τόνδ᾽ ἐθαύμαζες φίλων,

Fontes ab ædibus hisce. Ego vero prima luce
Boves in arva agens, seminabo jugera.
Nullus enim ignavus, deos habens in ore,
Victum poterit colligere sine labore.

ORESTES.

Pylades, te namque jam præ cunctis mortalibus ego
Fidum judico et amicum, et hospitem mihi:
Solus enim ex amicis Orestem hunc colebas,

tur a Xenophonte in Œconom. Παρεσκεύακεν ὁ θεὸς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ μὲν τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὰ ἔνδον ἔργα καὶ ἐπιμελήματα· ῥίγη μὲν γὰρ καὶ θάλπη, καὶ ὁδοιπορίας, καὶ στρατείας τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύνασθαι καρτερεῖν κατεσκεύασεν, ὥστε τὰ ἔξω ἐπέταξεν αὐτῷ ἔργα.
Gaspar Stiblinus.

τάν] Ita Victor. Aliæ τὰ 'ν. *Seidl.*

79. ἀρούρας] Barnesius in margine ἄρουραν. *Musg.*

εἰσβάλλειν, nostro est aut *introire* aut *agere in locum*, ut hic et Iph. Taur. 262. *Seidl.*

80. s. Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, Βίον δύναιτ᾽ ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.] Petrus Victorius Lib. XII. c. 14. Verissimam quandam vitæque nostræ maxime utilem sententiam in ore gravissimi viri, M. Catonis, posuit Sallustius; cum enim variis de causis in maximo periculo civitatis cunctantem senatum excitaret ad pœnam capiendam de nefariis civibus, ita increpuit illos, qui diis immortalibus confisi, humana præsidia non adhibebant: *Non votis, neque suppliciis muliebribus, auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prospera omnia cedunt.* Idem etiam longe minori in re pronuntiari fecit a Colono illo Euripides, quem induxit in fabula Electra: cum enim nobilissimam virginem ab illiberali indignoque ipsa labore revocare non potuisset, potestatemque tandem ei fecisset, ut pergeret, quo cœperat, cum ferri posse illum etiam a delicato corpore in umbraque nutrito laborem vidisset, quo magis eam consolaretur, addidit: ego enim, cum dies illuxerit, bubus in arvum compulsis, semen spargam: Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, Βίον δύναιτ᾽ ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου. Hoc enim verbis poëtæ exponere placuit, cum id sit, quod a Latino scriptore pæne expressum esse significare volui. Idem etiam brevius his verbis præcipiebatur; quæ jubebant, implorato auxilio Minervæ, oportere etiam manum movere, negotioque, quod confici quis vellet, adplicare. *Hæc ille.* Quo tamen in loco puto magnum virum, leviter memoria lapsum, respicere ad apologum illum Æsopicum, quo rusticus Herculis opem imploraverat ad plaustrum cœno hærens submovendum, quem deus ille votis suis conatus adjungere jubet, et manus atque humeros plaustro fortiter admovere, tum demum illius opem imploraret, nec successu cariturum. Memorabilis autem hic locus, inquit Gaspar Stiblinus, contra otiosos. Nam: *nil sine magno vita labore*

1

Πράσσονθ' ἃ πράσσω, δείν' ὑπ' Αἰγίσθου παθὼν,
Ὅς μου κατέκτα πατέρα, χἡ πανώλεθρος
Μήτηρ· ἀφῖγμαι δ' ἐκ θεοῦ χρηστηρίων
Ἀργεῖον οὖδας, οὐδενὸς ξυνειδότος,
Φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων ἐμοῦ.
Νυκτὸς δὲ τῆσδε πρὸς τάφον μολὼν πατρὸς,
Δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην,
Πυρᾷ τ' ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου,
Λαθὼν τυράννους, οἳ κρατοῦσι τῆσδε γῆς.

Utentem ea fortuna, qua utor, atrocia ab Ægistho passus,
Qui meum interfecit patrem et perdita una
Mater. Venio nunc ex Dei oraculis
In Argivum solum, nemine conscio,
Cædem interfectoribus patris mei redditurus.
Et hac nocte profectus ad tumulum patris,
Lacrymasque dedi, et primitias comæ *ei* obtuli,
Pyramque sanguine ovis jugulatæ imbui,
Clam tyrannis, qui tenent imperium hujus agri.

dedit mortalibus, etc. ut ait poëta. Gravissima sententia adversus otiosos exstat Hesiod. Ἔργων καὶ Ἡμερῶν, Lib. I. v. 306. etc. *Barnes.*

θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, i. e. *quantumvis deos habeat in ore.* Proxime βίον intellige *victum. Seidl.*

Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ μόνου ζῇ τοῦ ἐπικαλεῖσθαι θεούς. πρὸς τοῦτο δὲ καὶ τὸ σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει. *Scholiast.*

82. Πυλάδη,] Hinc patet, Pyladem adesse, ut mutam personam; nihil enim hic vicissim loquitur. *Barnes.*

84. Ὀρέστην τόνδ'] Addidisse τόνδε videtur poëta, ne auditor forte nomen loquentis ignoraret. *Musg.*

Ὀρέστην τόνδε] De se loquitur Orestes, δεικτικῶς ponitur τόνδε, de qua re vide supra ad v. 43. *Barnes.*

Recte Musgravius demonstrativum τόνδε poëtam putat addidisse, ne auditores forte nomen loquentis ignorarent. — θαυμάζεις. θαυμάζειν h. l. est *colere, amare*, ut sæpe. Conf. Musgravius infra ad v. 519. et quem ille citat Markland. ad Hippol. 105. Addit Beckius Valckenarium ad eundem Hippol. locum. *Seidl.*

85. Comma post δεινὰ poni jubet Reisk. *Beck.*

87. μυστηρίων] Barnesius χρηστηρίων, quod procul dubio verum. *Musg.*

χρηστηρίων] Ita pro μυστηρίων lego, quod prius male aderat. *Barnes.*

ἐκ θεοῦ μυστηρίων] Videntur hæc referenda ad sequentia οὐδενὸς ξυνειδότος, *nemine sciente secundum arcanum dei præceptum*, quare comma post οὖδας delevi. Etymol. M. p. 595. 48. μυστήρια, μυθήρια· μῦθος γὰρ ὁ λόγος. Clemens Alex. Cohort. ad g. p. 12. l. 12. Pott. σώφρων δὲ καὶ ἄλλως μυθήριά σοι νοεῖν ἀντιστοιχούντων τῶν γραμμάτων, τὰ μυστήρια, ubi, ut ex Etym. patet, recte fictam vocem μυθήρια Sylburgius defendit. Confer. etiam Zonaras, p. 1378. *Seidl.*

89. ἀλλάξων, i. e. ἀμείψων, *ut rependam. Seidl.*

91. κόμης ἀπηρξάμην,] Sectionem intelligit capillorum. Nam solenne fuit, sectos crines mortuis inferri a proximis. Ovid. Metamorph. Lib. III. Fabul. 6. — *planxere sorores Naiades, et sectos fratri imposuere capillos.* Hujus rei crebra est mentio apud Æschlyum, Sophoclem et Euripidem. Vide Joh. Kirchman. de Funerib. Romanorum Lib. II. c. 15. et Hadriani Junii Commentar. de Coma, c. 5. *Barnes.*

Πηγαὶ μελάθρων τῶνδ'· ἐγὼ δ' ἅμ' ἡμέρᾳ
Βοῦς εἰς ἀρούρας εἰσβαλὼν, σπερῶ γύας.
Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα,
Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, σὲ γὰρ δὴ πρῶτον ἀνθρώπων ἐγὼ
Πιστὸν νομίζω καὶ φίλον, ξένον τ' ἐμοί·
Μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων,

Fontes ab ædibus hisce. Ego vero prima luce
Boves in arva agens, seminabo jugera.
Nullus enim ignavus, deos habens in ore,
Victum poterit colligere sine labore.

ORESTES.

Pylades, te namque jam præ cunctis mortalibus ego
Fidum judico et amicum, et hospitem mihi:
Solus enim ex amicis Orestem hunc colebas,

tur a Xenophonte in Œconom. Παρεσκεύασεν ὁ θεὸς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰ μὲν τῆς γυναικὸς ἐπὶ τὰ ἔνδον ἔργα καὶ ἐπιμελήματα· ῥίγη μὲν γὰρ καὶ θάλπη, καὶ ὁδοιπορίας, καὶ στρατείας τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν μᾶλλον δύνασθαι καρτερεῖν κατεσκεύασεν, ὥστε τὰ ἔξω ἐπέταξεν αὐτῷ ἔργα.

Gaspar Stiblinus.

τῶν] Ita Victor. Aliæ τῶ'ν. *Seidl.*

79. ἀρούρας] Barnesius in margine ἄρουραν. *Musg.*

εἰσβάλλειν, nostro est aut *introire* aut *agere in locum*, ut hic et Iph. Taur. 262. *Seidl.*

80. s. Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.] Petrus Victorius Lib. XII. c. 14. Verissimam quandam vitæque nostræ maxime utilem sententiam in ore gravissimi viri, M. Catonis, posuit Sallustius; cum enim variis de causis in maximo periculo civitatis cunctantem senatum excitaret ad pœnam capiendam de nefariis civibus, ita increpuit illos, qui diis immortalibus confisi, humana præsidia non adhibebant: *Non votis, neque suppliciis muliebribus, auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prospera omnia cedunt.* Idem etiam longe minori in re pronuntiari fecit a Colono illo Euripides, quem induxit in fabula Electra: cum enim nobilissimam virginem ab illiberali indignoque ipsa labore revocare non potuisset, potestatemque tandem ei fecisset, ut pergeret, quo cœperat, cum ferri posse illum etiam a delicato corpore in umbraque nutrito laborem vidisset, quo magis eam consolaretur, addidit: ego enim, cum dies illuxerit, bubus in arvum compulsis, semen spargam: Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, Βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου. Hoc enim verbis poëtæ exponere placuit, cum id sit, quod a Latino scriptore pæne expressum esse significare volui. Idem etiam brevius his verbis præcipiebatur; quæ jubebant, implorato auxilio Minervæ, oportere etiam manum movere, negotioque, quod confici quis vellet, adplicare. *Hæc ille.* Quo tamen in loco puto magnum virum, leviter memoria lapsum, respicere ad apologum illum Æsopicum, quo rusticus Herculis opem imploraverat ad plaustrum cœno hærens submovendum, quem deus ille votis suis conatus adjungere jubet, et manus atque humeros plaustro fortiter admovere, tum demum illius opem imploraret, nec successu cariturum. Memorabilis autem hic locus, inquit Gaspar Stiblinus, contra otiosos. Nam: *nil sine magno vita labore*

Πράσσονθ' ἃ πράσσω, δείν' ὑπ' Αἰγίσθου παθὼν,
Ὅς μου κατέκτα πατέρα, χ' ἡ πανώλεθρος
Μήτηρ· ἀφῖγμαι δ' ἐκ θεοῦ χρηστηρίων
Ἀργεῖον οὖδας, οὐδενὸς ξυνειδότος,
Φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων ἐμοῦ.
Νυκτὸς δὲ τῆσδε πρὸς τάφον μολὼν πατρὸς,
Δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην,
Πυρᾷ τ' ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου,
Λαθὼν τυράννους, οἳ κρατοῦσι τῆσδε γῆς.

Utentem ea fortuna, qua utor, atrocia ab Ægistho passus,
Qui meum interfecit patrem et perdita una
Mater. Venio nunc ex Dei oraculis
In Argivum solum, nemine conscio,
Cædem interfectoribus patris mei redditurus.
Et hac nocte profectus ad tumulum patris,
Lacrymasque dedi, et primitias comæ *ei* obtuli,
Pyramque sanguine ovis jugulatæ imbui,
Clam tyrannis, qui tenent imperium hujus agri.

dedit mortalibus, etc. ut ait poëta. Gravissima sententia adversus otiosos exstat Hesiod. Ἔργων καὶ Ἡμερῶν, Lib. I. v. 306. etc. *Barnes.*

Θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα, i. e. *quantumvis deos habeat in ore.* Proxime βίον intellige *victum.* *Seidl.*

Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς ἀπὸ μόνου ζῇ τοῦ ἐπικαλεῖσθαι θεούς. πρὸς τοῦτο δὲ καὶ τὸ σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει. *Scholiast.*

82. Πυλάδη,] Hinc patet, Pyladem adesse, ut mutam personam; nihil enim hic vicissim loquitur. *Barnes.*

84. Ὀρέστην τόνδ'] Addidisse τόνδε videtur poëta, ne auditor forte nomen loquentis ignoraret. *Musg.*

Ὀρέστην τόνδε] De se loquitur Orestes, δεικτικῶς ponitur τόνδε, de qua re vide supra ad v. 43. *Barnes.*

Recte Musgravius demonstrativum τόνδε poëtam putat addidisse, ne auditores forte nomen loquentis ignorarent. — ἐκθαυμάζεις. θαυμάζειν h. l. est *colere, amare*, ut sæpe. Conf. Musgravius infra ad v. 519. et quem ille citat Markland. ad Hippol. 105. Addit Beckius Valckenarium ad eundem Hippol. locum. *Seidl.*

85. Comma post δεινὰ poni jubet Reisk. *Beck.*

87. μυστηρίων] Barnesius χρηστηρίων, quod procul dubio verum. *Musg.*

χρηστηρίων] Ita pro μυστηρίων lego, quod prius male aderat. *Barnes.*

ἐκ θεοῦ μυστηρίων] Videntur hæc referenda ad sequentia οὐδενὸς ξυνειδότος, *nemine sciente secundum arcanum dei præceptum*, quare comma post οὖδας delevi. Etymol. M. p. 595. 48. μυστήρια, μυθήρια· μῦθος γὰρ ὁ λόγος. Clemens Alex. Cohort. ad g. p. 12. l. 12. Pott. πάρεστι δὲ καὶ ἄλλως μυθήριά σοι νοεῖν ἀντιστοιχούντων τῶν γραμμάτων, τὰ μυστήρια, ubi, ut ex Etym. patet, recte fictam vocem μυθήρια Sylburgius defendit. Confer. etiam Zonaras, p. 1378. *Seidl.*

89. ἀλλάξων, i. e. ἀμείψων, *ut rependam.* *Seidl.*

91. κόμης ἀπηρξάμην,] Sectionem intelligit capillorum. Nam solenne fuit, sectos crines mortuis inferri a proximis. Ovid. Metamorph. Lib. III. Fabul. 6. — *planxere sorores Naiades, et sectos fratri imposuere capillos.* Hujus rei crebra est mentio apud Æschlyum, Sophoclem et Euripidem. Vide Joh. Kirchman. de Funerib. Romanorum Lib. II. c. 15. et Hadriani Junii Commentar. de Coma, c. 5. *Barnes.*

Καὶ τειχέων μὲν ἐντὸς οὐ βαίνω πόδα,
Δυεῖν δ' ἁμίλλαιν ξυντιθεὶς, ἀφικόμην
Πρὸς τέρμονας γῆς τῆσδ', ἵν' ἐκβάλω ποδὶ
Ἄλλην ἐπ' αἶαν, εἴ μέ τις γνοίη σκοπῶν
Ζητοῦντ' ἀδελφὴν, φασὶ γάρ νιν ἐν γάμοις
Ζευχθεῖσαν οἰκεῖν, οὐδὲ παρθένον μένειν,
Ὡς ξυγγένωμαι, καὶ φόνου ξυνεργάτιν
Λαβὼν, τά γ' εἴσω τειχέων σαφῶς μάθω.

Et intra quidem muros non infero pedem:
Geminum vero molimen conjungens, veni
Ad fines terræ hujus, ut me recipiam pede
Aliam in regionem, si quis speculatorum me cognoverit.
Et quærens sororem (aiunt enim ipsam connubio
Junctam *hic* habitare, nec permanere virginem)
Ut colloquar *cum ipsa*, et cædis sociam
Assumens, quæ intra mœnia *geruntur* cognoscam liquido.

92. μηλείου φόνου,] Tentabam μηλείου γόνου, i. e. *agni*. Sed non memini, agnum inferis mactatum, malimque adeo μηλείου βοτοῦ, i. e. *ovis*.

Mortuis sacra ove fieri mos erat. vid. Apollon. Rhod. II. 842. *Musg.*

φύλου, aut γόνου, conjecit Reisk. *Beck.*

ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου,] i. e. ἔθυσα. Infra v. 281. μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς. Pro φόνου Musgravius conjicit γόνου sive βοτοῦ. Male. Vulgata genuina. Αἷμα μηλείου φόνου est αἷμα ἐκ μηλείου φόνου. Ταύρειον φόνον apud Euripidem legimus Hel. 1590. coll. v. 1581. et Æschyl. Sept. ad Theb. 44. *Seidl.*

94. βαίνω] Sic ἐκβὰς πόδα, Heraclid. v. 802. ἀρβύλαις προβὰς, Orest. v. 1476. *Musg.*

βαίνω πόδα,] Sic infra v. 1173. Βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα. Sic in Alexandra: Πρόβαινε πόδα. Locutio haud adeo frequens; βαίνω enim hic est μεταβατικὸν, et idem sonat, quod βιβάζω, vel βαίνειν ποιῶ. Qui mos Hebræis frequens. Vid. ad Herc. Fur. v. 335. Vel certe ποδὶ utrobique legendum. *Barnes.*

βαίνω πόδα,] Citat Musgravius Orest. 1428. ad quem locum vid. Porsonum, qui ex ipsa nostra fabula addit v. 1173. Βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα. Confer. etiam Lobeck. ad Ajac. p. 225. seq. *Seidl.*

95. MS. α. δυοῖν δ' ἁμίλλαις, MS. β. δυεῖν δ' ἁμίλλαις, superscripto δυοῖν. Legendum cum Piersono, Verisim. p. 238. δυοῖν δ' ἁμίλλαιν. [Sic et Reisk. atque Heath.] *Musg.*

Δυεῖν] Attice pro δυοῖν, ut infra v. 536. Δυεῖν ἀδελφοῖν: quare non erat, ut Scaliger δυοῖν scriberet. *Barnes.*

Δυεῖν δ' ἅμιλλαν] Victorius ἁμίλλαιν. Plerique interpretes legendum esse viderunt δυοῖν sive δυεῖν δ' ἅμιλλαν ξυντιθεὶς, *duarum rerum certamen*, i. e. studium *componens*. Atticum δυεῖν hauddubie præstat, frequentissimum illud in Græca Tragœdia, et fortasse ubique reponendum. Ad emendationem ἅμιλλαν ducunt etiam Musgravii libri. Nam ις et ν facile confundi posse et confusa etiam esse docet Bastius ad Gregor. Corinth. p. 726. coll. p. 429. *Seidl.*

96. ἐκβάλω] MS. α. in margine ἐμβαλὼν. *Musg.*

ἐκβάλω] Etiam Victorius variam lectionem adscripsit ἵν' ἐμβάλω. *Seidl.*

97. ἐπ' αἶαν,] Bene Piersonus ἐς αἶαν, ubi supra.

σκοπῶν, *speculatorum*, ut recte Piersonus genitivo plurali a σκοπός. *Musg.*

Ἄλλην ἐπ' αἶαν,] Sine causa Piersonus corrigi vult ἐς αἶαν. Vulgatam tuebuntur Hip. 902. 1123. Iph. T. 436. *Seidl.*

γνοίη ed. Victor.

98. Ζητοῦντ'] Optime Piersonus ζητῶν



Νῦν οὖν, Ἕως γὰρ λευκὸν ὄμμ' ἀναίρεται,
Ἔξω τρίβου τοῦδ' ἴχνος ἀλλαξώμεθα.
Ἢ γάρ τις ἀροτὴρ, ἤ τις οἰκέτις γυνὴ,
Φανήσεται νῷν, ἥντιν' ἱστορήσομεν,
Εἰ τούσδε ναίει ξύγγονος τόπους ἐμή.
Ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινὰ,
Πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένῳ κάρᾳ
Φέρουσαν, ἑζώμεσθα, κἀκπυθώμεθα

Nunc igitur (aurora enim candidum vultum extollit)
Extra semitam vestigium amoveamus.
Aut enim aliquis arator, aut aliqua mulier ancilla
Apparebit nobis, quam interrogabimus,
An hæc loca soror incolat mea.
Sed (video enim hanc quandam ex ancillis
Aquæ fontanæ onus raso capite
Ferentem) sedeamus, et interrogemus

τ'. *Et ut facile evadere alio possim* — *Et sororem quærens. Musg.*

Etiam Heath. ζητῶν τ', sed Reisk. ζητοῦντ' ἀδελφῇ, ut sit: ζητοῦντα, ὡς συγγίνωμαι ἀδελφῇ. *Beck.*

Conf. Fragm. Archel. XXIII.

πλουτεῖς; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία, δειλόν θ' ἅμα.

et Phœniss. 606. δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. *Seidl.*

372. Γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι.] Hunc versum videtur Virgilius adumbrasse in suis apibus describendis, imo, si *angusto* pro *paupere* sumas, expressisse: *ingentes animos angusto in corpore versant;* quem versum nos ad Pygmæos alicubi retulimus. *Barnes.*

373. αὐτὰ, i. e. ταῦτα. Vid. ad Troad. v. 363. *Seidl.*

374. γ' ἄρα] In Schæferi editione typothetæ errore legitur δ' ἄρα. — Edit. Victor. Princ. γ' ἄρα. Fortasse verius est τἄρα, i. e. τοι ἄρα. *Seidl.*

375. Ἢ τοῖς ἔχουσι μηδέν;] Concretum posuit poëta pro abstracto, non admodum opportuno loco. *Seidl.*

376. Apud Stob. Grot. XCVI. p. 385. *Burn.*

διδάσκει δ'] Ita MSS. tres, ut jam Barnesius ex conjectura. Ed. Victor. διδάσκει γ'.

διδάσκει ἄνδρα κακόν.] Idem valet, quod διδάσκει ἄνδρα κακὸν εἶναι. Formulam illustrat Toupius ad Suidam v. χρεία, (T. III. p. 320.) et ante eum Bentleius, Epist. ad Millium, p. 18. Vide etiam ad Heraclid. v. 575. Pro ἄνδρα τῇ χρείᾳ corrigit Toupius ἄνδρα χ' ἡ χρεία. Mihi satisfacit vulgata. *Musg.*

διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν.] Ita

'Αλλ' εἰς ὅπλ' ἔλθω; τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων
Μάρτυς γένοιτ' ἄν, ὅστις ἐστὶν 'αγαθός;
Κράτιστον εἰκῆ ταῦτ' ἐᾷν ἀφειμένα.
Οὗτος γὰρ 'ανὴρ, οὔτ' ἐν 'Αργείοις μέγας,
Οὔτ' αὖ δοκήσει δωμάτων ὠγκωμένος,
'Εν τοῖς τε πολλοῖς ὢν, ἄριστος εὑρέθη.
Οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων
Πλήρεις πλανᾶσθε; τῇδ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς

An ad arma veniam? quis vero lanceam aspiciens,
Testis esse queat, quisnam sit strenuus?
Optimum *est* hæc temere neglecta relinquere.
Hic enim vir, neque inter Argivos magnus,
Neque etiam gloria domus inflatus,
Unusque ex plebe, optimus est inventus.
An non sapietis, qui vanarum opinionum
Pleni erratis? Et ex consuetudine mortales

leviter mutata litera pro γ', scripsi δ' inter διδάσκει et ἄνδρα. Hic enim sensus et ordo verborum: 'Αλλ' ἔχει νόσον Πενία· διδάσκει δὲ τὸν ἄνδρα, ὅστις ἐσέρχεται, τὴν φαυλότητα, καὶ τὸ κακὸν τῇ χρείᾳ ἀναγκασθέντα. *Barnes.*

377. Heath. emendat: ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἐλθὼν, scil. κρίνει. *Beck.*

Male Heathius conjicit ἐλθών. *Seidl.*

378. ὅστις ἐστὶν ὡ'γαθός;] Ita pro ἀγαθὸς, quod prius obtinuit, scribo, ob versum, et quia emphasis quædam ita postulat: præterea Scaliger mecum stat. *Barnes.*

ὡ'γαθός;] Veteres editiones ἀγαθός. Victorii tamen Ed. Princ. ὁ ἀγαθός. *Seidl.*

379. Heathius: "Ex Diogene Laërtio Lib. II. §. 33. discimus Socratem, cum hæc fabula publice recitabatur, in theatro adfuisse, et hoc v. audito surrexisse et e theatro fuisse egressum, dicentem, ridiculum esse, mancipium, si non inveniatur, dignum inquisitione judicare, virtutem autem ita subtrahi permittere. In hodiernis quidem Laërtii exemplaribus hic versus ex Euripidis Auge citatur; sed hanc ipsam fabulam designari manifestum, opinor, erit versus proxime præcedentes expendenti."

Pro εἰκῆ Toupius ad Long. p. 242. mavult εἶν, quod deterius est. Pertinet εἰκῆ non ad ἐᾷν sed ad ἀφειμένα. Bene Grotius:

Hæc melius ergo sinere sic ferri, ut cadunt.

Seidl.

381. ὠγκωμένος,] MS. β. ὀγκώμενος. Verum puto ὀγκούμενος. *Musg.*

δοκήσει, i. e. δόξῃ, ut Androm. 694. Herc. Fur. 288. Fragm. Ixion. I.

ὠγκωμένος,] "MS. β. ὀγκώμενος. Verum puto ὀγκούμενος." Musgravius. Minime omnium. Hoc esset, *non superbe se gerens propter gentis suæ gloriam*, quasi vere ex generosa stirpe esset oriundus. Sensus est, *non gentis nobilitate clarus factus*. Eodem modo hoc participio noster utitur Fragm. Phryx. XIV. et Fragm. Inc. XVII. *Seidl.*

382. 'Εν τοῖς τε πολλοῖς ὢν,] 'Εν τῷ δήμῳ. οἱ πολλοὶ, vulgus. *Barnes.*

εὑρέθη.] Heathius mavult ηὑρέθη. Sed in hoc verbo augmentum non ponitur. In Iphig. Taur. 778. jam Marklandus et Musgravius correxerunt εὑρήμεθα. *Seidl.*

383. s. Οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων Πλήρεις πλανᾶσθε;] Οὐ μὴ φρονήσετε, καλῶς καὶ ὀρθῶς δηλονότι, Μὴ οὐ πιστότεροι γενήσεσθε; Ita locum vertit Grotius: *Opinioni credulum vanæ genus, Nunquamne posito errore discetis Viros vita æstimare, nobilesque ex moribus?* &c. *Barnes.*

Κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς;
Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ,
Καὶ δώμαθ'· αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν,
Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν· οὐδὲ γὰρ δορὶ
Μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει·
Ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο, κἀν εὐψυχίᾳ.
Ἀλλ', ἄξιος γὰρ ὅ, τε παρὼν, ὅ, τ' οὐ παρὼν
Ἀγαμέμνονος παῖς, οὗπερ οὕνεχ' ἥκομεν,

Judicabitis, et ex moribus nobiles?
Tales enim *viri* civitates administrant bene,
Et domos: at carnes vacuæ mentis,
Ornamenta fori sunt. Neque enim *in* prælio
Robustum brachium fortius quam imbecillum ferit:
Hoc enim in natura positum *est*, et in animi præsentia.
Quare, dignus enim *est* et præsens, et absens
Agamemnonis filius, cujus gratia venimus,

οἱ κενῶν δοξασμάτων πλ. πλανᾶσθε; i. e. Qui, majoris scilicet, quam par est, divitias et generis nobilitatem æstimantes, falsarum opinionum pleni a vera via aberratis. Similiter Isocrates Epist. ad liberos Jasonis, p. 1006. Bas. *ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων.* Totum autem hunc locum usque ad v. 390. in Excerpta sua retulit Stobæus Serm. LXXXIV. p. 490. (Floril. p. 353.) ubi varias quasdam lectiones deprehendere licet. Pro *φρονήσεσθ'* Trincavellus et Gesnerus legunt *φρονήσησθ'*. V. 385. apud Trincavellum legitur *κρίνετε* pro *κρινεῖτε.* V. 386. omnes Stobæi editiones habent *τοιοίδε* pro *τοιοῦτοι*, et v. 387. *βροτῶν* pro *φρενῶν*, (quod posterius jam correxit Gatacker. Op. Crit. p. 511.) versu denique 388. *δόρυ* pro *δορί.* *Seidl.*

384. *τῇ δ' ὁμιλίᾳ,* &c.] i. e. et potius ex vita et moribus de mortalium nobilitate judicabitis? *Seidl.*

386. *Οἱ τοιοῦτοι*, scil. *εὐγενεῖς τοῖς ἤθεσιν.* *Seidl.*

387. s. *αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν Ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσιν·*] Pulcherrime dictum in eos, qui externam quandam dignitatis speciem præ se ferentes, animos habent stupidos, ac humilibus curis occupatos, quique sunt, ut poëtæ verbis utar, *ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης*, et tamen honores in republica gerunt; cum neque consilio, neque vitæ moderatione, vel sibi vel aliis utiles esse possint. Hos recte dixeris *carnes mente et ratione vacuas, ac fori statuas;* cum bene oculis et adspectui blandiuntur, at nihil præterea valent. Ex Gasparis Stiblini notis. *Barnes.*

388. Leg. *δόρυ*, *pugnam, prælium. μένει* est i. q. *ὑπομένει.* *Beck.*

Ἀγάλματ' ἀγορᾶς] Comparat Gatackerus, Lib. I. Nostri Fragm. Autolyc. III. 10. ex Athen. Deipnos. X. 2. *καὶ πόλεως ἀγάλματα φοιτῶσι.*

δόρυ] Ita, ut dictum est, Stobæus. Idem optime conjecerat Reiskius. Sic Noster Heracl. 744. *κακὸς μένειν δόρυ.* Vertit Grotius:

Nec securius
Robusta teneris brachia hastam acceperint.

Vulgo legitur *δορί.* *Seidl.*

389. *μένει·*] Optime Tyrwhittus: "Corrigendum opinor *θένει.* Sic Cyclop. v. 7.

Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορί."

Musg.

Immo, qui robusto est corpore, is majori vi poterit *θένειν*, sed non ideo etiam *μένειν*, i. e. *hostes fortiter excipere, neque cedere loco.* Similiter Sophocl. Antig. 671.

δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον

Ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἐλθών; τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων
Μάρτυς γένοιτ' ἂν, ὅστις ἐστὶν ἁγαθός;
Κράτιστον εἰκῆ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα.
Οὗτος γὰρ ἁνὴρ, οὔτ' ἐν Ἀργείοις μέγας,
Οὔτ' αὖ δοκήσει δωμάτων ὠγκωμένος,
Ἐν τοῖς τε πολλοῖς ὤν, ἄριστος εὑρέθη.
Οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων
Πλήρεις πλανᾶσθε; τῇδ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς

An ad arma veniam? quis vero lanceam aspiciens,
Testis esse queat, quisnam sit strenuus?
Optimum *est* hæc temere neglecta relinquere.
Hic enim vir, neque inter Argivos magnus,
Neque etiam gloria domus inflatus,
Unusque ex plebe, optimus est inventus.
An non sapietis, qui vanarum opinionum
Pleni erratis? Et ex consuetudine mortales

leviter mutata litera pro γ', scripsi δ' inter διδάσκει et ἄνδρα. Hic enim sensus et ordo verborum: Ἀλλ' ἔχει νόσον Πενία· διδάσκει δὲ τὸν ἄνδρα, ὅντιν' ἐπέχεται, τὸν φαυλότατα, καὶ τὸ κακὸν τῇ χρείᾳ ἀναγκασθέντα. *Barnes.*

377. Heath. emendat: ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἐλθὼν, scil. κρίνω. *Beck.*

Male Heathius conjicit ἐλθών. *Seidl.*

378. ὅστις ἐστὶν ὡ'γαθός;] Ita pro ἀγαθὸς, quod prius obtinuit, scribo, ob versum, et quia emphasis quædam ita postulat: præterea Scaliger mecum stat. *Barnes.*

ἁ'γαθός;] Veteres editiones ἀγαθός. Victorii tamen Ed. Princ. ὁ ἀγαθός. *Seidl.*

379. Heathius: "Ex Diogene Laërtio Lib. II. §. 33. discimus Socratem, cum hæc fabula publice recitabatur, in theatro adfuisse, et hoc v. audito surrexisse et e theatro fuisse egressum, dicentem, ridiculum esse, mancipium, si non inveniatur, dignum inquisitione judicare, virtutem autem ita subtrahi permittere. In hodiernis quidem Laërtii exemplaribus hic versus ex Euripidis Auge citatur; sed hanc ipsam fabulam designari manifestum, opinor, erit versus proxime præcedentes expendenti."

Pro εἰκῇ Toupius ad Long. p. 242. mavult εἰῆν, quod deterius est. Pertinet εἰκῇ non ad ἐᾶν sed ad ἀφειμένα. Bene Grotius:

Hæc melius ergo sinere sic ferri, ut cadunt.

Seidl.

381. ὠγκωμένος,] MS. β. ὀγκώμενος. Verum puto ὀγκούμενος. *Musg.*

δοκήσει, i. e. δόξῃ, ut Androm. 694. Herc. Fur. 288. Fragm. Ixion. I.

ὠγκωμένος,] "MS. β. ὀγκώμενος. Verum puto ὀγκούμενος." Musgravius. Minime omnium. Hoc esset, *non superbe se gerens propter gentis suæ gloriam*, quasi vere ex generosa stirpe esset oriundus. Sensus est, *non gentis nobilitate clarus factus.* Eodem modo hoc participio noster utitur Fragm. Phryx. XIV. et Fragm. Inc. XVII. *Seidl.*

382. Ἐν τοῖς τε πολλοῖς ὤν,] Ἐν τῷ δήμῳ. οἱ πολλοὶ, vulgus. *Barnes.*

εὑρέθη.] Heathius mavult ηὑρέθη. Sed in hoc verbo augmentum non ponitur. In Iphig. Taur. 778. jam Marklandus et Musgravius correxerunt εὑρήμεθα. *Seidl.*

383. s. Οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων Πλήρεις πλανᾶσθε;] Οὐ μὴ φρονήσετε, καλῶς καὶ ὀρθῶς δηλονότι, Μὴν οὐ πινυτώτεροι γενήσεσθε; Ita locum vertit Grotius: *Opinioni credulum vanæ genus, Nunquamne posito errore discetis Viros vita æstimare, nobilesque ex moribus?* &c. *Barnes.*

Κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς;
Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ,
Καὶ δώμαθ'· αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν,
'Αγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν· οὐδὲ γὰρ δορὶ
Μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει·
'Εν τῇ φύσει δὲ τοῦτο, κἀν εὐψυχίᾳ.
'Αλλ', ἄξιος γὰρ ὅ, τε παρὼν, ὅ, τ' οὐ παρὼν
'Αγαμέμνονος παῖς, οὗπερ οὕνεχ' ἥκομεν,

Judicabitis, et ex moribus nobiles?
Tales enim *viri* civitates administrant bene,
Et domos: at carnes vacuæ mentis,
Ornamenta fori sunt. Neque enim *in* prælio
Robustum brachium fortius quam imbecillum ferit:
Hoc enim in natura positum *est*, et in animi præsentia.
Quare, dignus enim *est* et præsens, et absens
Agamemnonis filius, cujus gratia venimus,

οἱ κενῶν δοξασμάτων πλ. πλανᾶσθε; i. e. Qui, majoris scilicet, quam par est, divitias et generis nobilitatem æstimantes, falsarum opinionum pleni a vera via aberratis. Similiter Isocrates Epist. ad liberos Jasonis, p. 1006. Bas. *ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων.* Totum autem hunc locum usque ad v. 390. in Excerpta sua retulit Stobæus Serm. LXXXIV. p. 490. (Floril. p. 353.) ubi varias quasdam lectiones deprehendere licet. Pro *φρονήσεθ'* Trincavellus et Gesnerus legunt *φρονήσηθ'*. V. 385. apud Trincavellum legitur *κρίνετε* pro *κρινεῖτε*. V. 386. omnes Stobæi editiones habent *τοιοίδε* pro *τοιοῦτοι*, et v. 387. *βροτῶν* pro *φρενῶν*, (quod posterius jam correxit Gatacker. Op. Crit. p. 511.) versu denique 388. *δόρυ* pro *δορί*. *Seidl.*

384. *τῇ δ' ὁμιλίᾳ*, &c.] i. e. et potius ex vita et moribus de mortalium nobilitate judicabitis? *Seidl.*

386. *Οἱ τοιοῦτοι*, scil. *εὐγενεῖς τοῖς ἤθεσιν.* *Seidl.*

387. s. *αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν 'Αγάλματ' ἀγορᾶς εἰσιν·*] Pulcherrime dictum in eos, qui externam quandam dignitatis speciem præ se ferentes, animos habent stupidos, ac humilibus curis occupatos, quique sunt, ut poëtæ verbis utar, *ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης*, et tamen honores in republica gerunt; cum neque consilio, neque vitæ moderatione, vel sibi vel aliis utiles esse possint. Hos recte dixeris *carnes mente et ratione vacuas, ac fori statuas*; cum bene oculis et adspectui blandiuntur, at nihil præterea valent. Ex Gasparis Stiblini notis. *Barnes.*

388. Leg. *δόρυ*, *pugnam, prælium*. *μένει* est i. q. *ὑπομένει*. *Beck.*

'Αγάλματ' ἀγορᾶς] Comparat Gatackerus, Lib. I. Nostri Fragm. Autolyc. III. 10. ex Athen. Deipnos. X. 2. *καὶ πόλεως ἀγάλματα φοιτῶσι.*

δόρυ] Ita, ut dictum est, Stobæus. Idem optime conjecerat Reiskius. Sic Noster Heracl. 744. *κακὸς μένειν δόρυ.* Vertit Grotius:

Nec securius
Robusta teneris brachia hastam acceperint.

Vulgo legitur *δορί*. *Seidl.*

389. *μένει·*] Optime Tyrwhittus: "Corrigendum opinor *θένει*. Sic Cyclop. v. 7.

'Εγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορί." *Musg.*

Immo, qui robusto est corpore, is majori vi poterit *θένειν*, sed non ideo etiam *μένειν*, i. e. *hostes fortiter excipere, neque cedere loco.* Similiter Sophocl. Antig. 671.

δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον

Δεξώμεθ' οἴκων καταλύσεις· χωρεῖν χρεὼν,
Δμῶες, δόμων τῶνδ' ἐντός· ὡς ἐμοὶ πένης
Εἴη πρόθυμος πλουσίου μᾶλλον ξένος.
Αἰνῶ μὲν οὖν τοῦδ' ἀνδρὸς εἰσδοχὰς δόμων·
Ἐβουλόμην δ' ἂν, εἰ κασίγνητός με σὸς
Εἰς εὐτυχοῦντας ἦγεν εὐτυχῶν δόμους.
Ἴσως δ' ἂν ἔλθοι· Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι
Χρησμοὶ, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.
ΧΟ. Νῦν, ἢ πάροιθεν μᾶλλον, Ἠλέκτρα, χαρᾷ
Θερμαινόμεσθα καρδίαν· ἴσως γὰρ ἂν
Μόλις προβαίνουσ' ἡ τύχη σταίη καλῶς.

Accipiamus ædium diversoria: ire oportet,
Famuli, intra has domos. Quia mihi pauper
Alacer hospes fuerit potius, *quam dives*,
Laudo igitur hujus viri oblatum hospitium;
Mallem tamen, si frater me tuus
In ædes felices *ipse* felix duxisset:
Fortasse autem venerit. Apollinis enim rata *sunt*
Oracula, mortalium vero divinationem valere sino.
***Cho.* Nunc quam ante magis, O Electra, gaudio**
Incalescimus cor; fortasse enim
Ægre progrediens fortuna, consistet præclare.

μόνον δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην. *Seidl.*

391. Ἀλλ', ἄξιος γὰρ ὅ, τι παρὼν, ὅ, τ' οὐ παρὼν] Ænigmatice loquitur Orestes, de seipso, qui cum revera præsens esset, absens putabatur, utpote qui Nuntius Orestæ habitus est, ipse Orestes existens. *Barnes.*

394. s. ὡς ἐμοὶ — ξένος.] Videtur hoc dicere: Diviti hospiti præfero pauperem, qui propenso sit animo. Lobeckius de usu Apostroph. p. 20. conjicit πρότιμος loco πρόθυμος. *Seidl.*

397. Ἐβουλόμην δ' ἂν, i. e. μᾶλλον ἐβουλόμην ἄν. Vid. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 769. sq. Schæf. *Seidl.*

399. s. Λοξίου μὲν ἔμπεδοι Χρησμοί. βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.] *Certa sunt Phœbi patris Oracula; Hominum* nil moror *præsagia.* Ex Hugonis Grotii Versione. Et hic locus cum mille aliis Euripidis characterem et genium sapit. Ita ille solet prædictiones cujuscujus generis, sive ex astrologia, sive ex auguriis, sive oraculis petitas, propinare nobis deridendas; Consule quæ nos ad Helen. v. 353. item v. 743. item Herc. Fur. v. 596. Ut et Phœniss. v. 784. item 879, &c. *Barnes.*

401. s. χαρᾷ Θερμαινόμεσθα καρδίαν·] Imitatio Homerici illius θυμὸν ἰάνθη, et illius Odyss. ζ. v. 155. — μάλα πού σφισι θυμὸς Αἰὲν ἐϋφροσύνῃσιν ἰαίνεται. Ἡ χαρὰ γὰρ θερμαντικὸν, τὸ δὲ λυπηρὸν καὶ φοβερὸν, ῥιγεδανὸν καὶ κρυερόν· Hinc nos Franciados nostræ Lib. III. v. 777. *Sancto omine pugnam Te vidi ingressum; et lætabar pectore toto, Perfusoque genæ ad visum fervore calebant.* *Barnes.*

406. Τί δ';] In Ed. Victor. Princ. signum interrogationis deest. *Seidl.*

407. ἔν τι μικροῖς, &c.] "Ἔν τι μὴ, subaudi ὑπάρχουσι, et verte: nonne et victum tenuem et deficientem etiam offendentes, in eo tamen acquiescent?" Heathius. Male. Negligentius locutus est poëta, qui hoc vult: στέρξουσι ἐν μικροῖς οὐχ ἧττον, ἢ ἐν μὴ μικροῖς. Ceterum Edit.

ΗΛ. Ὦ τλῆμον, εἰδὼς δωμάτων χρείαν σέθεν,
Τί τούσδ' ἐδέξω μείζονας σαυτοῦ ξένους;
ΑΥ. Τί δ'; εἴπερ εἰσὶν, ὡς δοκοῦσιν, εὐγενεῖς,
Οὐκ ἔν τε μικροῖς, ἔν τε μὴ, στέρξουσ' ὅμως;
ΗΛ. Ἐπεί νυν ἐξήμαρτες, ἐν σμικροῖσιν ὢν,
Ἔλθ' ὡς παλαιὸν τροφὸν ἐμοῦ φίλου πατρός·
Ὃς ἀμφὶ ποταμὸν Ταναὸν Ἀργείας ὅρους
Τέμνοντα γαίας, Σπαρτιάτιδος τε γῆς,
Ποίμναις ὁμαρτεῖ, πόλεος ἐκβεβλημένος·
Κέλευε δ' αὐτὸν, εἰς δόμους ἀφιγμένον,
Ἐλθεῖν, ξένων τ' εἰς δαῖτα πορσῦναι τινά.

Ele. O miser, cum nôris tuarum ædium penuriam,
Cur istos excepisti majores te hospites?
Col. Quid, etiamsi sunt, ut videntur, nobiles?
Annon inter tenues, et inter non *tenues* acquiescent æque?
Ele. Quando nunc peccâsti, homo tenui fortuna,
Abi ad veterem mei chari patris altorem,
Qui ad amnem Tanaum, Argivæ fines
Secantem terræ et Spartani soli,
Ejectus civitate, greges sequitur;
Jube autem ipsum, cum in ejus domum veneris,
Venire, hospitumque ad convivium aliqua præbere.

princeps et antiquissimæ omnes pro στέρξουσ' habent στέξουσ'. Sed στέρξουσ' Victorius manu in margine adscripsit, ut conjecerat Hartungus apud Stiblinum. *Seidl.*

408. Ἐπεί νυν ἐξήμαρτες, &c.] Continuat Electra suam orationem non attendens ad mariti objectionem. Sensus est: Quandoquidem in eo peccasti, quod hospites hosce recepisti, quum sis in re tenui, &c. *Seidl.*

409. ἐμοῦ φίλου πατρὸς·] MS. β. ἐμὸν φίλον πατρός. *Musg.*

Ἔλθ' ὡς παλαιὸν, &c.] Hic iterum ὡς pro εἰς, de qua re nos plus semel. Vide ad Bacch. v. 1278. *Barnes.*

ἐμοῦ φίλου] Musgravii MS. β. ἐμὸν φίλον, quæ lectio intelligi possit, si hæc verba interpunctione a ceteris disjungantur et construatur ἔλθ' ὡς παλαιὸν τρόφον πατρὸς, ἐμὸν φίλον. Cf. supra v. 285. ubi de eodem viro Electra εἷς τῶν ἐμῶν φίλων. Sed est tamen hæc ratio paulo durior. *Seidl.*

410. Ταναὸν] Emendat Barnesius Τανὸν ex Pausania, p. 81. *Musg.*

410. s. Ὃς ἀμφὶ ποταμὸν Τανὸν, Ἀργείας ὅρους Τέμνοντα γαίας, Σπαρτιάτιδός τε γῆς,] Cum olim Ταναὸν legebatur, Τανὸν correximus ex Pausania, qui in fine Corinthiacorum hæc habet fol. 81. lin. 3. Ἔστι δὲ ἀπ' αὐτῶν ποταμὸς καλούμενος Τανός· εἷς γὰρ δὴ οὗτος ἐκ τοῦ Πάρνωνος κάτεισι ῥέων διὰ τῆς Ἀργείας, καὶ ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Θυρεάτην κόλπον. Gaspar Stiblinus hunc locum notavit. *Barnes.*

Heathius Ταναὸν metri caussa præfert. *Beck.*

Ταναὸν] Ita Libri. Barnesius ex Pausania, Lib. II. fin. quem Stiblinus citat, emendavit Τανόν. Heathius tamen Pausaniam potius ex Euripide emendandum judicat. Hermannus Ταναὸν etiam ideo præfert, quod hæc sit Græca vox. *Seidl.*

412. πόλεος metri gratia scribunt Heath. et Reisk. *Beck.*

πόλεος] Ita Schæferus. Vulgo πόλεως

Ἡσθήσεταί τοι, καὶ προσεύξεται θεοῖς,
Ζῶντ' εἰσακούσας παῖδ', ὅν ἐκσώζει ποτέ.
Οὐ γὰρ πατρῴων ἐκ δόμων μητρὸς πάρα
Λάβοιμεν ἄν τι· πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν,
Εἰ ζῶντ' Ὀρέστην ἡ τάλαιν' αἴσθοιτ' ἔτι.
ΑΥ. Ἀλλ', εἰ δοκεῖ σοι, τούσδ' ἀπαγγελῶ λόγους
Γέροντι· χώρει δ' εἰς δόμους ὅσον τάχος,

Gaudebit sane, et supplicabit diis,
Ubi vivum audierit juvenem, quem olim servavit.
Non enim ex paternis ædibus a matre
Accipiemus quidquam: imo vero nunciaremus tristia,
Si vivere Orestem adhuc misera illa intelligeret.
Col. Ergo, quoniam *hoc* placet tibi, hæc nunciabo verba
Seni: *tu* vero ito in ædes quam celerrime,

[ita ed. Victor.] contra metrum. Quod Heathius et Reiskius malunt πόλιος, ea forma in senariis tragici non utuntur. *Seidl.*

413. Ed. Victor. αὐτὸν τόνδ' εἰς δόμους. Sed τόνδ' recte omittit Barnesius. Lego præterea ἀφιγμένος pro ἀφιγμένον. *Musg.*

413. s. Κάλεσον δ' αὐτὸν, εἰς δόμους ἀφιγμένον, Ἐλθεῖν,] Cum τόνδ' olim inter αὐτὸν et εἰς male interserebatur, illud cum Scaligero fortiter rejecimus. Canterus hac in parte minus feliciter legebat: Κάλεσον δ' αὐτὸν τῶνδε δόμους ἀφιγμένον, nulla versus, nec, ut puto, sensus, cura habita. Æmilius Portus nugatur. *Barnes.*

εἰς δόμους ἀφιγμένον, i. e. domum suam reversum e pascuis. Cf. ad v. 6. Respicitur ad verba ποίμναις ὁμαρτεῖ, v. antecedente. Bene enim Heathius monet, domum suam ipsi proficiscendum fuisse, ut inde dapes hospitibus peteret. Ceterum in editione principe ante εἰς inseritur τόνδ', quod cum Scaligero et Barnesio omisimus. Possit tamen aliquis conjicere:

κάλεσον δ', αὖ τόνδ' εἰς δόμους ἀφιγμένον,
ἐλθεῖν,

ut conjungantur αὖ ἀφιγμένον. Sed illud αὖ non videtur satis opportuno loco positum. *Seidl.*

416. ἐκσώζει] Præsens pro præterito, ut sæpe apud tragicos. Similiter post relativum Soph. Trach. 20. Philoct. 261. *Seidl.*

419. αἴσθοιτο, i. e. παρ' ἡμῶν ἀκούσειε. *Seidl.*

421. MSS. α. β. τοσαῦτά γ' ἐν δόμοις. MS. γ. τοσαῦτό γ' ἐν δόμοις. *Musg.*

423. προσφορήματα.] Schneiderus in Lexico explicat per προσφοράν, eo significatu, quo προσφορὰ dicitur de dapibus. *Seidl.*

424. τοσαῦτά γ' ἐν δόμοις] Victorius et Editiones τοσαῦτα τἀν δόμοις, quod minus placet. *Seidl.*

425. His a Colono dictis Electra domum redire videtur et, quæ sequuntur, ille aut seorsim aut ad Chorum dicit. *Beck.*

426—432. Apud Stob. Grot. XCI. p. 367. *Burn.*

426. ἡνίκ' ἂν γνώμη πέσοι,] Stobæus, c. 91. Ed. Grot. ἡνίκ' ἂν γνώμης πέσω. *Musg.*

Ἐν τοῖς τοιούτοις] Syllaba prima in τοιούτοις est communis; de qua re vide quæ nos cumulavimus ad Hecub. v. 1090. *Barnes.*

Si lectionem Stobæanam (vid. not. Musg.) admittamus (cui tamen vulgatam longe præferendam duco), dicendum est, γνώμης regi a τοιούτοις. *quando in tales cogitationes incido.* *Beck.*

Legitur vulgo ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἡνίκ' ἂν γνώμη πέσοι. Schæferus πέσοι mutavit in πέσῃ. Sed Stobæus Floril. XCI. p. 367. pro γνώμη πέσοι habet γνώμης πέσω, quam lectionem Heathius mire construit et explicat. Legendum, ut edidimus, γνώμη





Καὶ τἄνδον ἐξάρτυε· πολλά τοι γυνὴ
Χρῄζουσ' ἂν εὕροι δαιτὶ προσφορήματα.
Ἔστιν δὲ δὴ τοσαῦτα τἀν δόμοις ἔτι,
Ὥσθ' ἕν γ' ἐπ' ἦμαρ τούσδε πληρῶσαι βορᾶς.
Ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἡνίκ' ἂν γνώμη πέσοι,
Σκοπῶ τὰ χρήμαθ', ὡς ἔχει μέγα σθένος,
Ξένοις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσον πεσὸν

Resque domesticas para: multa enim mulier,
Si velit, inveniet ad convivium fercula.
Tantum autem adhuc nobis est domi,
Ut unum saltem in diem hosce replere possim cibo.
Cum autem in hujusmodi res cogitatio inciderit,
Considero pecunias, quam magnam habeant potentiam,
Ut et hospitibus dare possimus, corpusque in morbum incidens

πέσῃ, qua ratione variæ istæ lectiones conciliantur. De subscripto ι a librariis passim in ς mutato vid. Schæf. Melet. Crit. p. 112. sq. Πίπτειν γνώμῃ idem est quod πίπτειν εἰς γνώμην, *incidere in cogitationem.* Sic Orest. 88. δεμνίοις πέπτωχ' ὅδε. Sensus est: Quando, ubi tale quid accidit, in meditationem incidero, intelligo, &c. Ceterum in Soph. Trach. 705. legimus ποῖ γνώμης πέσω, unde si quis putet Stobæi lectioni auctoritatis aliquid accedere, ei demonstrandum est, non modo dici posse ἡνίκα γνώμης pro ὅποι γνώμης, sed etiam, quomodo talem explicationem loci nexus ferat. *Seidl.*

427. Σκοπῶ τὰ χρήμαθ', ὡς ἔχει μέγα σθένος,] Locus communis valde insignis et memorabilis de usu pecuniæ. Demosthenes, Lib. I. Olynth. Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Nec enim opes sunt tantum, ut Ovidius vocat, *irritamenta malorum*, sed et virtutum instrumenta; si quis iis recte utatur, in Dei, ecclesiæ et literarum honorem et incrementum, in publicum denique commodum et pauperum beneque merentium emolumentum. Nec enim aliud et ipsæ sunt, quam Dei dona, de quibus Homerus: Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Vide Phœniss. v. 449. Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα, et Scholiasten in locum. Hunc igitur locum Hugo Grotius ita vertit, Johann. Stobæi Florileg. c. 91. cui titulus: Ἔπαινος πλούτου: *Hæc cuncta cum rationis ad normam puto, Tum quanta vis sit cogito pecuniæ; Ut des amicis; corpus ut morbis grave Sumtu reficias. Nam quod ad* victum attinet, *Nil pæne refert: quippe satiati cibo ditesque pauperesque tantundem ferunt.* Notandum vero obiter, apud Stobæum legi in versu præcedenti pro γνώμη πέσοι, quod ad marginem notavimus, γνώμης πέσω. Nostra tamen lectio melior, quia in altera oportet τοῦτο, vel aliud simile subaudiri, certe γνώμης ab ἡνίκα regi hic non potest. Sensus enim et ordo verborum hic: Ἡνίκα δὲ Γνώμη μου πέσοι ἐν τοῖς τοιούτοις, δηλονότι ἐνθυμήμασιν, ἢ πράγμασιν, ὡς ξενοδοχίαις, καὶ φιλοξενίαις, τότε ὁρῶ μὲν τὰ χρήματα μέγα δυνάμενα. Ἐς δὲ τὰ λοιπὰ οὐδὲν ὠφέλιμά ἐστιν. *Barnes.*

428. Φίλοις τε δοῦναι,] Plutarch. II. p. 33. C. ubi MS. frustra obtulit Δαπάναισι σῶσαι pro Δαπάναις ἰᾶσθαι. *Por.*

Plutarchus de Aud. Poët. p. 33. ed. Franc. hunc versum, quem sic citat:

φίλοις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
δαπάναις ἰῶσαι,

a Cleandro mutatum esse refert in:

πόρναις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
δαπάναις ἐπιτρέψαι.

Lectionem δαπάναις ἰῶσαι dudum correxerunt. Sed φίλοις pro ξένοις etiam Stobæus habet, idemque paulo post ἐφημέρου pro ἐφ' ἡμέραν. Sed supra v. 235. τοῦ καθ' ἡμέραν βίου. coll. Alcest. 804. Cycl.

Δαπάναισι σῶσαι· τῆσδ' ἐφ' ἡμέραν βορᾶς
Εἰς μικρὸν ἥκει· πᾶς γὰρ ἐμπλησθεὶς ἀνὴρ
Ὁ πλούσιός γε, χὠ πένης, ἴσον φέρει.
ΧΟ. Κλειναὶ νᾶες, αἵ ποτ' ἔμβατε Τροίαν στρ. α'.

Sumptibus servare: ad quotidianum vero victum
Parum refert: omnis enim vir satiatus,
Et dives, et pauper, tantundem fert.
Cho. O inclytæ naves, quæ olim Trojam appulistis

336. πιεῖν καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν. Phœniss. 412. ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν. Quamquam significatione differunt καθ' ἡμέραν et ἐφ' ἡμέραν. Illud est *per diem, quotidie*, hoc *in diem, für, auf den Tag*. Herodot. I. 32. οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρην ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι, εἰ μή οἱ τύχη ἐπίσποιτο, πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον. *Seidl.*

429. τῆς δ' ἐφ' ἡμέραν] Stobæus, ubi supra, τῆς δ' ἐφημέρου. *Musg.*

431. χ' ὠ πένης,] Stobæus, ubi supra, καὶ πένης. *Musg.*

Pro γε Reisk. mavult τι. *Beck.*

χὠ πένης,] Stobæus καὶ πένης, quod non multum abfuit quin præferrem. Articulus enim in talibus locis ad alterum substantivum haud raro omittitur. Immo omittitur, ubi etiam magis necessarius videtur, ut Soph. Œd. Col. 1313.

τὰ πρῶτα μὲν
δορὶ (leg. δόρυ) κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς.

In eadem fabula, v. 808. vereor, ut Musgravius et Schæferus jure Suidam secuti sint. Nihil est quod reprehendi possit in librorum lectione:

Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Facile intelligitur τὸ εἰπεῖν ad τὰ καίρια, ægrius desideramus articulum ad καίρια. Cf. Æschyl. Sept. ad Theb. I. 621. Choëph. 578. Eurip. Iph. Aul. 829. — In Platonis Protag. p. 357. a. ἐν ὀρθῇ τῇ αἱρέσει — τοῦ τε πλέονος καὶ ἐλάττονος καὶ μείζονος καὶ σμικροτέρου καὶ πορρωτέρω καὶ ἐγγυτέρω articulus τοῦ omissus quidem est ad verba ἐλάττονος, μείζονος, σμικροτέρου, sed non ad verba πορρωτέρω et ἐγγυτέρω. Recte igitur Heindorfius Henr. Stephanum reprehendit, quod præfixo ille articulo conjecerit τοῦ πορρωτέρω et τοῦ ἐγγυτέρω, sed quod ipse, ut videtur, illud τοῦ ad hæc verba supplet, in eo fallitur. Si supplendus articulus est, ex nexu loci supple τὸ, non τοῦ. Paulo ante p. 356. b. συνθεὶς τὰ ἡδέα καὶ συνθεὶς τὰ λυπηρὰ καὶ τὸ ἐγγὺς καὶ τὸ πόῤῥω. In Eur. Iph. Aul. v. 22. legendum καὶ φιλότιμον, non τό τε φιλότιμον, ne proceleusmaticum in anapæstos intrudamus. Multo autem his memorabilior est omissio articuli ad prius vocabulum, qualem in nostra fabula legimus infra v. 1347.

οὔτι δ' ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον
φίλον ἐν βιότῳ.

Quæ cognata videtur cum illa loquendi formula, qua εἴτε, οὔτε et præpositiones ad prius sive vocabulum sive membrum omittuntur, ponuntur ad alterum. *Seidl.*

432. νᾶες,] Metrum postulat ναῖς γ'.

Κλειναὶ νᾶες,] Mille naves alloquitur Chorus per apostrophen, quibuscum Græci et Agamemnon ad Trojam venerunt, ut notavimus ad hujus Fabulæ v. 2 *Barnes.*

Versum in duos dividi jubet Heath. ita:

Κλειναὶ νᾶες basis spondaica, sive dimeter spondaicus.
Αἵ ποτ' ἐμβᾶτε Τροίαν periodus catal.

et in antistropha:

Νηρῇδες δ' εὐ-
βοίδας ἀκτᾶς λιποῦσαι.

Beck.

Κλειναὶ νᾶες,] Similem locum vid. Troad. a v. 122. De hoc alloquii genere supra diximus ad v. 1. De metro autem hujus versus disputatum est ad Troad. v. 308. Dochmios cum glyconeis conjunxit etiam Sophocles Œd. Col. a v. 117. Hermannus tamen etiam sic explicari



Τοῖς ἀμετρήτοις ἐρετμοῖς,
Πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρῄδων·
Ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελφὶς
Πρῴραις κυανεμβόλοι-

Innumeris remis,
Ducentes choros cum Nerei puellis,
Ubi tibiæ-amans Delphinus exultabat
Proris cæruleis

posse hos numeros censet, ut e quatuor ordinibus compositi putentur hoc modo:

´— — | ´— ⏓ | ´— ⏑ — | ´— ⏑ — ⏓

De quarta ab initio syllaba ancipiti comparat similem aliorum versuum rationem, ut de quibus diximus de Verss. Dochm. p. 261. seq. *Seidl.*

433. ἀμετρήτοις] Metro satisfaceret εὐμετρώτοις, *bene coronatis.* Vide Interpretes Virgilii ad Æneid. IV. 418. *Musg.*

Τοῖς ἀμετρήτοις ἐρετμοῖς,] Ἀμετρήτοις, ἤγουν ἀναριθμήτοις· χιλίων γὰρ οὐσῶν νεῶν, πολὺ πλείω ἐρετμὰ εἶναι ἐχρῆν. Τῶν γὰρ αἱ μὲν εἰκοσήρετμοι, αἱ δὲ τριακόντοροι, ἔτι δὲ καὶ πεντηκόντοροι οὐκ ὀλίγαι ἦσαν. Ὅθεν ἀσαφὴς ὁ ἀριθμὸς τῶν ἐρετμῶν, εἴπερ τῶν νεῶν σαφέστατος. Ἀμέτρητος οὖν καὶ ἀναρίθμητος ἐνθάδε, οὐχ ὁ παντὸς ἀριθμοῦ ὑπερέχων, ἀλλ' οὗ ἀριθμὸς οὐκ ἔγνωσται. *Barnes.*

Versus glyconius est πολυσχημάτιστος ex epitrito secundo, cui opponitur dispondeus, et choriambo. Nam ἀκμόνων in antistropha primam corripit, et sic quoque ἐρετμοῖς secundam. *Beck.*

433. s. Τοὺς ἀμετρήτους ἐρετμοὺς, Πέμπουσαι χοροῦ μέτα Νηρῄδων] Ita distinguo et lego. *naves* ἔπεμπον τοὺς ἐρετμοὺς, *cum choro Nereidum.* *Reisk.*

434. Πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρῄδων·] Πέμπουσαι χοροὺς, ἤγουν ναυστολούμεναι· ἅλλονται γὰρ καὶ χορεύουσί πως κατὰ κύματα αἱ νῆες· ἐπιτίθησι δὲ, μετὰ Νηρῄδων, ὅτι αὐτῶν ὁ Πόντος. *Barnes.*

Πέμπουσαι χοροὺς, i. e. *ducentes choreas.* Ita dicitur πομπὴν πέμπειν. vid. Henr. Steph. Thes. III. p. 197. A. Quid velit poëta, ipse optime explicat Hel. 1450. Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα κώπα — χορᾳγὲ τῶν καλλιχόρων δελφίνων. Cf. etiam Soph. Œd. Col. 717.

πλάτα
θρώσκει, τῶν ἑκατομπόδων
Νηρῄδων ἀκόλουθος,

et Nostri Iphig. Taur. 429. Ceterum vulgo legitur Νηρηΐδων. Vid. ad antistrophicum. *Seidl.*

435. φίλαυλος] Plinius Hist. Nat. Lib. IX. c. 8. *Delphinus—mulcetur symphoniæ cantu, et præcipue hydrauli sono.*

ἔπαλλε] De choreis Delphinum vide Oppian. Halieut. Lib. I. v. 670.

Ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε Δελφὶς] Delphis dicitur φίλαυλος, ob amorem musicæ, quo hic piscis ardere præ cæteris putatur. Quod Aul. Gellius, Lib. XVI. c. 19. Arionis exemplo ostendit. Quæ sive historia, sive fabula, suavissime Græco carmine luditur, in libro Lipsiæ impresso anno 1588. de quo nos ad Medeæ principium. Lucianus in Dialogis ad illam respicit, et Æsopus in quadam fabula. Historiam nobis primus tradidit Herodotus in Clio, sive Lib. I. c. 24. Præterea quod Delphines sint φιλάνθρωποι, et proinde navigantibus comites se facere soleant, et, ut vocat Euripides, φίλαυλοι, tradit Oppianus in Halieuticis et Plinius Natural. Histor. Lib. IX. c. 8. Gellius Lib. VII. c. 8. *Barnes.*

Ἵν'] Cave de tempore intelligas. In prægressa sententia latet *in mari.* Noster Iph. Taur. v. 427.

ἵν' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ δραμόντες·
ὅπου πεντήκοντα κορᾶν
τᾶν Νηρῄδων χοροί.

ἔπαλλε, i. e. Ἐπάλλετο. vid. Porson. ad Orest. 316. qui tamen ibi male corrigit ἀμπάλλεθ', metro non intellecto. Eodem modo paulo post v. 476. habebimus ἔπαλλον pro ἐπάλλοντο. *Seidl.*

436. πρῴραις non videtur ab εἱλισσόμενος regi posse. Legendum:



σιν εἱλισσόμενος,
Πορεύων τὸν τᾶς Θέτιδος
Κοῦφον ἅλμα ποδῶν Ἀχιλλῆ,
Ξὺν Ἀγαμέμνονι, Τροίας

Circumvolutus,
Deducens Thetidis *filium*
Levem saltu pedum Achillem,
Cum Agamemnone, Trojæ

πρῴραις κυανεμβόλοις
ἐνειλισσόμενος.

Musg.

κυανεμβόλοισιν] Hunc et antec. v. legimus in Aristoph. Ran. v. 1317. Vid. antistropham. *Seidl.*

437. Recte se habet. cf. Orest. 891. *Por.*

438. Πορεύων] Soph. Œd. Col. 1475.

ἀλλ' ὡς τάχιστά μοι μολὼν
ἄνακτα χώρας τῆσδέ τις πορευσάτω.

Pro quo, quod diligenter notes, paulo ante v. 1457.

πῶς ἂν, εἴ τις ἔντοπος,
τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι.

Seidl.

439. Ἀχιλλῆ,] Metrum postulat Ἀχιλῆ. [He.] *Musg.*

Κοῦφον ἅλμα ποδῶν Ἀχιλλῆ,] De velocitate Achillis nos alias ad Iphigen. Aul. v. 206. Et Homero sæpe πόδας ὠκὺς et ποδώκης, ποδάρκης et ταχὺς et πόδας ταχὺς dicitur. Aliud autem hic intelligi videtur; Quum enim oraculo prædiceretur, illum, qui primus in terram Trojanam descenderet, eamque pedibus primus tangeret, primum moriturum, dubitantibus cæteris Græcis, Achilles, monitu Ulyssis clypeo in terram projecto, in illum saltu se jecit, quem Protesilaus deceptus est secutus, et sic terram Trojanam primus pedibus tetigit, (Achilles enim in clypeum stetit) primusque ab Hectore cæsus periit. *Barnes.*

Ἀχιλῆ] Ita Heathius. Vulgo Ἀχιλλῆ. Ceterum vid. ad v. 451. *Seidl.*

Versus scilicet glyconius est πολυσχηματιστος ex epitrito secundo pentasyllabo et choriambo. *Heath.*

440. Τρωΐας] Vulgo Τροίας, quod metro repugnat. Possis etiam legere Τρωϊκάς, sed etiam Τρωϊάδας Noster dixit Hec. 94. *Seidl.*

442. Νηρῆδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι Ἡφαίστου χρυσίων ἀκμόνων, &c.] Subaudi ἀπό. Locus hic ex Homero sumitur, Iliad. Lib. XVIII. et XIX. ubi Πανοπλία Achillis a Vulcano facta a Thetide Nereide illi portata in manus traditur. Clypei autem forma paulo aliter ab Homero describitur; nec tamen Euripidis descriptio cum illa pugnat. Is enim, et quæ Homerus habet, tangit, et alia nonnulla pro poëtarum auctoritate adfingit. *Barnes.*

Εὐβοΐδας] Malim Εὐβοΐδας et Heraclid. 85. Εὐβοΐδ'. *Seidl.*

Achilles cum ad bellum Trojanum profecturus esset, Nereides ei arma Vulcani fabricata manu attulisse narrantur. Carmen autem, quo hæc a Choro exponuntur, corruptissimum est:

Νηρῆδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι;
Ἡφαίστου χρυσίων ἀκμόνων
Μόχθους ἈΣΠΙΣΤΑΣ ἘΦΕΡΟΝ ΤΕΥΧΕΩΝ
Ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε πρυμνᾶς
Ὄσσας ἱερὰς νάπας,
Νυμφαίας σκοπιὰς
ΚΟΡΑΙ ΜΑΤΕΥΟΥΣ'· ἔνθα πατὴρ
Ἱππότας τρέφεν Ἑλλάδι φῶς.

Primum in verbis ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων hæremus; unde enim genitivum τευχέων pendere dicamus? et quam quæsitum hoc, μόχθους ἀσπιστὰς *scutatos labores* pro *scuto elaborato* accipere. Deinde in πρυμνᾶς νάπας ulcus hærere acute animadvertit Musgravius, cujus verba adponimus: πρυμνᾶς νάπας *expressum videri potest ex Homeri* πρυμνωρείης, Ιλ. XIV. v. 307. *Verum si de radicibus montium loquitur, quomodo eas mox* νυμφαίας σκοπιὰς, i. e. Nymphorum speculas *vocat, quod non ni-*

Ἐπὶ Σιμουντίδας ἀκτάς.
Νηρῆδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι, ἀντιστρ. α'.
Ἡφαίστου χρυσίων ἀκμόνων
Μόχθους ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων,

Ad Simoëntias oras.
Nereides vero, Euboicis oris relictis,
Vulcani aureis *ab* incudibus,
Labores armorum scutatos ferebant

si verticibus convenire potest. *Lego :* ἀνά τ' ἐρυμνὰς, &c.—Tandem pro κόραι ματεύουσ' editio Vict. legit: μάτευσ'. Fortasse totus hic locus ita refingi potest:

Νηρῆδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι
Ἡφαίστου χρυσίων ἀκμόνων
μόχθους, 'ΑΣΠΙΔ' 'ΕΠΕΦΕΡΟΝ ΠΟΙΚΙΛΟΝ·
ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε ΚΡΗΜΝΟΥΣ
Ὄσσας ἱερᾶς νάπας
Νυμφαίας σκοπιὰς
ΚΟΡΑΙ ΒΑΤΕΥΣ'· ἔνθα πατὴρ κ. τ. λ.

Sic omnia intellectu facillima. Afferunt Nereides scutum pulchre elaboratum, ποικιλὸν, ut apud Homerum ιλ. XVIII. 590. Vulcanus Achilli scutum fabricans illud ποικίλλειν dicitur:

ἐν δὲ χόρον ποικίλλε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις.

id quod Æschylus σχηματίζειν vocat in VII. c. Thebas. 467. Ἐσχημάτισται δ' ἀσπὶς τοῦ σμικρὸν τρόπον. Deinde vero verba ἱερᾶς νάπας pro genitivis habeo et cum κρημνοὺς jungo. *Puellæ Nereides Pelium ascendunt et præcipitia nemorum Ossæ pererrant.* Memini hac occasione Epigrammatis Addæi. in Anal. V. P. Tom. II. p. 241. quod corrupte vulgatur:

Ταῦρον φρικαλέον νάπος ἐκβαίνοντι Δοξάνδρῳ
Παιονίης ἵππῳ καρτερὸς ἠντίασεν·
ἀλλ' ὁ μὲν ὁρμήθη ΠΡΕΙΩΝ ̓ΑΤΕ· τοῦδ' ἄπο λαιὸ
Παιονίδα λόγχῃ ἧκε διὰ κροτάφων.

Pro πρειὼν quæ vox nihili est corrigendum fortasse

ἀλλ' ὁ μὲν ὁρμήθη ΚΡΗΜΝΩΝ 'ΑΠΟ.

Ille autem taurus desuper ab alta rupe ruit, quod loco, ubi hæc res agitur, optime convenit.—Mutatio τοῦ μάτευσ' in βάτευσ fere nulla est, cum, quod sæpius jam monuimus, literæ β et μ parvo tantum apice in Codicibus differant. V. Κόραι autem mihi quidem minime movendum videtur, quippe cum subjectum, quod vocant, totius periodi, eleganter repetat, teneatque pronominis locum. *Jacobs.*

443. Ad χρυσίων ἀκμόνων Barnesius intelligi vult ἀπὸ, referens hæc verba ad ἔφερον. Sed fallitur. Bene Reiskius: "Nereides ferebant labores aurearum Vulcani incudum, h. e. instrumenta, parata super incude Vulcani." In genitivorum concursu noli offendere. Ceterum hæc Achillis arma audacter poëta dixit μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων, *labores armorum scutatos*, partem potiorem, scutum, commemorans. Vox ἀσπιστὰς metro neutiquam officit. *Seidl.*

444. ἀσπιστὰς] An ἀσπίτους, quod metro certe melius convenit. *Musg.*

Nereides ferebant labores aureorum Vulcani incudum, h. e. instrumenta parata super incude Vulcani. Significat scuta ἀσπίδας, ita leg. et ποικάσιν' ἀνὰ Πήλιον, *in Pelio pinearum ferace*, ἀνά τε κρημνοὺς Ὄσσας, ἱερᾶς νάπας, ita lego et dist. *per præcipitia Ossæ, sacræ sylvæ, speculæ Nympharum, quærentes*, excientes, evocantes, κόρας, *Nymphas.* Ita enim cum vet. ed. leg. *Reisk.*

Versus asynartetus est ex duobus dochmaicis, ideoque ἀσπιστὰς penultimam corripere statuendum. V. Clark. ad Hom. Il. β'. 537. Ad finem versus plenius distinguendum. *Heath.*

τευχέων,] Lege ut disyllabum. Est enim hoc numerorum genus satis frequens in glyconeis carminibus. Vid. de Vers. Dochm. p. 348. Locis, quos ibi proposui, adde nostri Hippol. 146. quem ver-



Ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε πρυμνὰς
Ὄσσας ἱερὰς νάπας,
Νυμφαίας σκοπιὰς,
Κόρας μάτευσ'· ἔνθα πατὴρ
Ἱππότας τρέφει Ἑλλάδι φῶς,

Per Pelium, perque excelsos
Ossæ sacros saltus,
Nympharum speculas,
Oculos circumferunt, ubi pater
Eques educavit Græciæ lumen,

sum de Vers. Dochm. p. 227. male anapæsticum putavi. Legendum in antistrophico ejus cum Heathio, Valckenario et Brunckio τόνδ' pro τὸν, sed in stropha ἀνίερος tentari neutiquam debet. Illud ἀνίερος ἀδύτων σπλάγχνων (i. e. ἀνίερος σπλάγχνων τεθυμένων sive, ut Scholiastes explicat, μὴ ἀνιερώσασα ἑαυτὴν διὰ τῶν θυμάτων) pertinet ad illas dicendi formulas, in quibus adjectivum apponitur, quo continetur id, quod ejus, de quo sermo est, vel causa vel consequens est. Sic Sophocl. Œd. Col. 1200.

τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.

Huc etiam refero difficillimum illum locum Soph. Electr. 241. γονέων ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων, quem sic explico: *non inhibens lamenta, ita* (si inhiberentur,) *parentes honore privatura, sive, quæ si inhiberem, parentes debito honore privarem.* Sophocl. Œd. Reg. 57.

ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς,
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

Ad quem locum vid. Schæfer. Adde Herm. ad Eur. Suppl. 1090. et, quem hic laudat, Lobeck. ad Ajac. 515. p. 299. *Seidl.*

445. a. πρύμνας νάπας,] Expressum videri potest ex Homeri πρυμνωρείης, Il. XIV. v. 307. Verum si de radicibus montium loquitur, quomodo eas mox νυμφαίας σκοπιὰς, i. e. *Nympharum speculas*, vocat, quod non nisi verticibus convenire potest. Lego:

ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τ' ἐρυμνὰς
Ὄσσας ἱερὰς νάπας.

Hesychius et Etymologus ἐρυμνὸν per ὑψηλὸν explicant. Apollon. Rhod. II. v. 516.

ἀμπεδίον φθίης ἀδαμάντιον, ἀμφί τ' ἐρυμνὴν
Ὄθρυν.

Nicander Theriac. v. 217.

ὅσσα τ' ἐρυμνὸς
Αἰγαγέης πρηὼν, καὶ Κέρκαφος ἐντὸς ἐέργει.

Musg.

πρυμνὰς] Barnesiana Lipsiensis πρυμνᾶς. Musgravius, de radicibus montis intelligit. Sed explicandum puto de ἐξοχαῖς τοῦ ὄρους. Hesych. πρυμνὸν, τὸ ἔσχατον, τὸ ἄκρον (coll. Suida sub eadem voce) et πρύμναι, αἱ ἄκραι. Vid. etiam Etym. M. p. 693. 36. *Seidl.*

447. Νυμφαίας σκοπιὰς,] *Nympharum speculas.* Sic ἰδαίαν νυμφᾶν σκοπιὰς, Helen. v. 1323. οὔρειαι σκοπιαὶ θεῶν, Phœn. v. 239. *Musg.*

Νυμφαίας σκοπιὰς,] Retinui hic atque in stropha lectionem vulgatam, quamquam, ut Hel. 1323. legimus Νυμφᾶν σκοπιὰς et Phœniss. 239. οὐρεῖαι σκοπιαὶ θεῶν, ita et hoc loco fortasse scribendum est Νυμφᾶν σκοπιὰς, et in stropha κυανεμβόλοις, quod ipsum offert Aristophanes loco laudato. Videndum est enim, an metra, quæ vulgo feruntur, recte sibi respondeant. Nam etsi eosdem numeros intra glyconeos legamus Eur. Suppl. 970. et 978. coll. Iph. Taur. 434. ibi tamen antecedens glyconeus in stropha pariter atque in antistropha una cum verbo finitur, ut, utrum continuandi numeri sint, judicari nequeat. Monometer autem anapæsticus haud raro glyconicis interponitur. Accedit, quod ex vulgata lectione septem deinceps vocabula in ας terminantur. *Seidl.*



Θέτιδος ἐνάλιον γόνον,
Ταχύπορον πόδ' Ἀτρείδαις.
Ἰλιόθεν δ' ἔκλυον τινὸς ἐν στροφὴ β'.
Λιμέσιν Ναυπλίοισι βεβῶτος,
Τᾶς σᾶς, ὦ Θέτιδος παῖ,

Thetidis marinam sobolem,
Velocem pedibus, auxiliatorem Atridis.
Ex quodam autem audivi, qui ab Ilio in
Portus Nauplios venerat,
Tui, O Thetidis fili,

448. Κέρας μάτινσ'·] Ita Ed. Victor. Lenissima emendatio est κόρας δατεῦσ', *pupillas oculorum dividunt*, i. e. huc illuc in diversas partes ferunt. δατέομαι ex Homero notum est; δατῶ in activa non inveni, nisi apud Etymologum. Phrasis idem sonat, quod διαφέρειν κόρας et διαλλάσσειν κόρας: de quibus vide ad Orest. v. 1259. Phœn. v. 1380. Metrum ad amussim conveniet, si in stropha legamus:

πρύμναις κυανεμβόλοις
τ' ἐνειλισσόμενος
πέμπει τὸν τᾶς Θέτιδος.

Quibus hoc displicet, legere possunt κόραις ζατεῦσ', *oculis quærunt*. *Musg.*

Κόραι ματεύουσ'·] Ita legendum puto, et putat mecum Joh. Miltonus; neque enim κόρας μάτευμ', *Proserpinæ investigatio*, locum hic habet, quicquid Portus delirat. Vetus lectio κόρας μάτινσ' nihil omnino significat; quare in marginem rejicio. *Barnes.*

Κόρας μάτινσ'·] Ita legi in ed. Victor. affirmat Musgravius, idemque habent Brubach. Hervag. Stibl. — Thierschius tamen ex editione Princ. enotavit κόραι μάτινσ'. Barnesius edidit κόραι ματεύουσ', quod metro non minus adversum est, atque alterum, quod proponit, κόραις ματεύουσ', *oculis quærunt*. Idem valet de Musgravii conjectura κόρας δατεῦσ', quæ alias etiam offensiones habet. Nec melior est altera Musgravii emendatio κόραις ζατεῦσ', quo Dorismi genere tragici abstinuerunt. Melius de hoc loco meruissent interpretes, si, quid velit poëta, explicuissent, qui in eo videntur consentire, Nereidas in Pelio et Ossa quæsivisse Achillem. Sed, quæso, cur? Nimirum ut arma Vulcani ei traderent. At tum temporis Achilles erat ad Trojam. An intellexerunt illa arma, quæ prius habuit Achilles, quibus Patroclum Hector exuit? Sed etiam de his diversa tradit Homerus Il. σ'. 82. sqq. Nihil superest, quam ut dicas, diversam ab Homerica Euripidem secutum esse fabulam, id quod hac in re mihi quidem parum probabile fit. Nam quod Nereidas, non Thetin, quemadmodum Homerus narrat et ipse noster Iphig. Aul. v. 1073. arma Achilli attulisse tradit, id nihil momenti facit, quum Nereides perpetuæ sint Thetidis comites. Minus etiam probat illud, quod in armorum descriptione non singula quæque ex Homero transtulit, ut potius, si hoc fecisset, mirandum ducerem. Hinc adducor, ut longe aliud quid, quam quod interpretes opinantur, in corrupta ista lectione κόρας μάτινσ' latere putem, quod tamen quale sit, equidem non potui reperire. Versum primitus fuisse glyconeum, ex stropha intelligitur. *Seidl.*

449. Ἱππότας τρέφων Ἑλλάδι] Πατὴρ ἱππότας aperte de Peleo, Achillis patre, dicitur, qui et Homero dicitur ἱππηλάτα Πηλεὺς, Iliad. η'. v. 125. Quare valeat Stiblinus, qui de Chirone intelligi vult: is enim non ἱππότης, sed ἵππος potius dicendus, certe dimidia parte equus erat, utpote Centaurus. *Barnes.*

450. εἰνάλιον] Vulgo ἐνάλιον. Illa forma Euripidi reddenda etiam est Iphig. Taur. 1241. *Seidl.*

451. Ταχύπορον πόδ'] i. e. ταχύπορον πόδας, ut supra v. 439. dicitur κοῦφος ἅλμα ποδῶν, Iphig. Aul. 206. ἰσάνεμος ποδοῖν, Androm. 1225. ταχὺς πόδας. Commemoro hæc, ne quis nimis audaci metaphora ταχύπορον tanquam epitheton referat ad πόδα. *Seidl.*



Ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε πρυμνὰς
Ὄσσας ἱερὰς νάπας,
Νυμφαίας σκοπιὰς,
Κόρας μάτευσ'· ἔνθα πατὴρ
Ἱππότας τρέφεν Ἑλλάδι φῶς,

Per Pelium, perque excelsos
Ossæ sacros saltus,
Nympharum speculas,
Oculos circumferunt, ubi pater
Eques educavit Græciæ lumen,

sum de Vers. Dochm. p. 227. male anapæsticum putavi. Legendum in antistrophico ejus cum Heathio, Valckenario et Brunckio τόνδ' pro τὸν, sed in stropha ἀνέρος tentari neutiquam debet. Illud ἀνέρος ἀδόντων πελάνων (i. e. ἀνέρος πελάνων τεθυμένων sive, ut Scholiastes explicat, μὴ ἀνιερώσασα ἑαυτὴν διὰ τῶν θυμάτων) pertinet ad illas dicendi formulas, in quibus adjectivum apponitur, quo continetur id, quod ejus, de quo sermo est, vel causa vel consequens est. Sic Sophocl. Œd. Col. 1200.

τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.

Huc etiam refero difficillimum illum locum Soph. Electr. 241. γονέων ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων, quem sic explico: *non inhibens lamenta, ita* (si inhiberentur,) *parentes honore privatura*, sive, *quæ si inhiberem, parentes debito honore privarem.* Sophocl. Œd. Reg. 57.

ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς,
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

Ad quem locum vid. Schæfer. Adde Herm. ad Eur. Suppl. 1030. et, quem hic laudat, Lobeck. ad Ajac. 515. p. 299. *Seidl.*

445. s. πρύμνας νάπας,] Expressum videri potest ex Homeri πρυμνωρείας, Il. XIV. v. 307. Verum si de radicibus montium loquitur, quomodo eas mox νυμφαίας σκοπιὰς, i. e. *Nympharum speculas*, vocat, quod non nisi verticibus convenire potest. Lego:

ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τ' ἐρυμνὰς
Ὄσσας ἱερὰς νάπας.

Hesychius et Etymologus ἐρυμνὸν per ὑψηλὸν explicant. Apollon. Rhod. II. v. 516.

ἀμπεδίον φθίης ἀδαμάντιον, ἀμφί τ' ἐρυμνὴν
Ὄθρυν.

Nicander Theriac. v. 217.

ὅσσα τ' ἐρυμνὰς
Αἰγαγέης πρηὼν, καὶ Κέρκαφος ἐντὸς ἐέργει.

Musg.

πρυμνὰς] Barnesiana Lipsiensis πρυμνᾶς. Musgravius, de radicibus montis intelligit. Sed explicandum puto de ἐξοχαῖς τοῦ ὄρους. Hesych. πρυμνὸν, τὸ ἔσχατον, τὸ ἄκρον (coll. Suida sub eadem voce) et πρύμναι, αἱ ἄκραι. Vid. etiam Etym. M. p. 693. 36. *Seidl.*

447. Νυμφαίας σκοπιὰς,] *Nympharum speculas.* Sic ἰδαίαν νυμφᾶν σκοπιὰς, Helen. v. 1323. οὔρειαι σκοπιαὶ θεῶν, Phœn. v. 239. *Musg.*

Νυμφαίας σκοπιὰς,] Retinui hic atque in stropha lectionem vulgatam, quamquam, ut Hel. 1323. legimus Νυμφᾶν σκοπιὰς et Phœniss. 239. οὐρεῖαι σκοπιαὶ θεῶν, ita et hoc loco fortasse scribendum est Νυμφᾶν σκοπιὰς, et in stropha κωπηρεβόλοις, quod ipsum offert Aristophanes loco laudato. Videndum est enim, an metra, quæ vulgo feruntur, recte sibi respondeant. Nam etsi eosdem numeros intra glyconeos legamus Eur. Suppl. 970. et 978. coll. Iph. Taur. 434. ibi tamen antecedens glyconeus in stropha pariter atque in antistropha una cum verbo finitur, ut, utrum continuandi numeri sint, judicari nequeat. Monometer autem anapæsticus haud raro glyconicis interponitur. Accedit, quod ex vulgata lectione septem deinceps vocabula in ας terminantur. *Seidl.*



Θέτιδος ἐνάλιον γόνον,
Ταχύπορον πόδ' Ἀτρείδαις.
Ἰλιόθεν δ' ἔκλυον τινὸς ἐν — στροφὴ β'.
Λιμέσιν Ναυπλίοισι βεβῶτος,
Τᾶς σᾶς, ὦ Θέτιδος παῖ,

Thetidis marinam sobolem,
Velocem pedibus, auxiliatorem Atridis.
Ex quodam autem audivi, qui ab Ilio in
Portus Nauplios venerat,
Tui, O Thetidis fili,

448. Κόρας μάτευσ'·] Ita Ed. Victor. Lenissima emendatio est κόρας δατεῦσ', *pupillas oculorum dividunt*, i. e. huc illuc in diversas partes ferunt. δατέομαι ex Homero notum est; δατῶ in activa non inveni, nisi apud Etymologum. Phrasis idem sonat, quod διαφέρειν κόρας et διαδιδόναι κόρας: de quibus vide ad Orest. v. 1259. Phœn. v. 1380. Metrum ad amussim conveniet, si in stropha legamus:

πρύμναις κυανεμβόλοις
τ' ἐνειλισσόμεναι
πέμπον τὸν τᾶς Θέτιδος.

Quibus hoc displicet, legere possunt κόραις ζατεῦσ', *oculis quærunt*. *Musg.*

Κόραι ματεύουσ'·] Ita legendum puto, et putat mecum Joh. Miltonus; neque enim κόρας μάτευμ', *Proserpinæ investigatio*, locum hic habet, quicquid Portus delirat. Vetus lectio κόρας μάτευσ' nihil omnino significat; quare in marginem rejicio. *Barnes.*

Κόρας μάτευσ'·] Ita legi in ed. Victor. affirmat Musgravius, idemque habent Brubach. Hervag. Stibl. — Thierschius tamen ex editione Princ. enotavit κόραι μάτευσ'. Barnesius edidit κόραι ματεύουσ', quod metro non minus adversum est, atque alterum, quod proponit, κόραις ματεύουσ', *oculis quærunt*. Idem valet de Musgravii conjectura κόρας δατεῦσ', quæ alias etiam offensiones habet. Nec melior est altera Musgravii emendatio κόραις ζατεῦσ', quo Dorismi genere tragici abstinuerunt. Melius de hoc loco meruissent interpretes, si, quid velit poëta, explicuissent, qui in eo videntur consentire, Nereidas in Pelio et Ossa quæsivisse Achillem. Sed, quæso, cur? Nimirum ut arma Vulcani ei traderent. At tum temporis Achilles erat ad Trojam. An intellexerunt illa arma, quæ prius habuit Achilles, quibus Patroclum Hector exuit? Sed etiam de his diversa tradit Homerus Il. σ'. 82. sqq. Nihil superest, quam ut dicas, diversam ab Homerica Euripidem secutum esse fabulam, id quod hac in re mihi quidem parum probabile fit. Nam quod Nereidas, non Thetin, quemadmodum Homerus narrat et ipse noster Iphig. Aul. v. 1073. arma Achilli attulisse tradit, id nihil momenti facit, quum Nereides perpetuæ sint Thetidis comites. Minus etiam probat illud, quod in armorum descriptione non singula quæque ex Homero transtulit, ut potius, si hoc fecisset, mirandum ducerem. Hinc adducor, ut longe aliud quid, quam quod interpretes opinantur, in corrupta ista lectione κόρας μάτευσ' latere putem, quod tamen quale sit, equidem non potui reperire. Versum primitus fuisse glyconeum, ex stropha intelligitur. *Seidl.*

449. Ἱππότας τρέφει Ἑλλάδι] Πατὴρ ἱππότας aperte de Peleo, Achillis patre, dicitur, qui et Homero dicitur ἱππηλάτα Πηλεὺς, Iliad. η'. v. 125. Quare valeat Stiblinus, qui de Chirone intelligi vult: is enim non ἱππότης, sed ἵππος potius dicendus, certe dimidia parte equus erat, utpote Centaurus. *Barnes.*

450. εἰνάλιον] Vulgo ἐνάλιον. Illa forma Euripidi reddenda etiam est Iphig. Taur. 1241. *Seidl.*

451. Ταχύπορον πόδ'] i. e. ταχύπορον πόδας, ut supra v. 439. dicitur κοῦφον ἅλμα ποδῶν, Iphig. Aul. 206. ἰσάνεμος ποδῶν, Androm. 1225. ταχὺς πόδας. Commemoro hæc, ne quis nimis audaci metaphora ταχύπορον tanquam epitheton referat ad πόδα. *Seidl.*

Κλεινᾶς ἀσπίδος ἐν κύκλῳ
Τοιάδε σήματα,
Δείματα Φρύγια, τετύχθαι·
Περιδρόμῳ μὲν ἴτυος ἕδρᾳ,
Περσέα λαιμοτόμον ὑπὲρ ἁλὸς
Ποτανοῖσι πεδίλοι-
σι φυὰν Γοργόνος ἴσχειν·

Nobilis scuti in orbe
Hujusmodi signa,
Terrores Phrygios, sculpta esse:
In clypei quidem ambitu
Perseum decollatam supra mare
Alatis talariis
Speciem Gorgonis tenere,

Leg. ταχυπτερόποδα una voce, aut, si metuas, metrum eo violari, ταχυπτεροίποδα (ut ἀελλόπτερος pro ἀελόπτερος), *celeripedem*. *Reisk.*

453. Ναυπλίοισι] Intelligendus Argis vicinus λιμὴν Ναυπλίειος, de quo Orest. v. 54. Strabo: ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον, p. 368. *Musg.*

Λιμέσιν Ναυπλίοισι βεβῶτος,] Λιμένες Ναύπλιοι λέγονται, ἀντὶ τοῦ Εὐβοϊκοί, παρὰ Ναυπλίου τοῦ Παλαμήδους καὶ τοῦ Οἴακος πατρὸς, βασιλέως τῆς Εὐβοίας· ἀφ' οὗ καὶ Ναυπλία λιμήν. Vid. ad Helen. v. 1585. *Barnes.*

Sic quoque Heath. (ut Musg.) nam portus Euboicos non posse intelligi monet, quia non credibile sit, mulieres Argivas ruri degentes in Eubœa versatas, ibique cum homine ab Ilio reverso collocutas. *Beck.*

Ναυπλίοισι] Recte Heathius et Musgravius intelligunt λιμένα Ναυπλίειον. *Seidl.*

458. Περιδρόμῳ μὲν ἴτυος ἕδρᾳ,] Lege μὲν ἐν. *Por.*

ἴτυος] Metrum poscit ἰτυός γ'. *Musg.*

459. λαιμοτόμον] Lego λαιμότμητον, quod versum anapæsticum, qualis et antistrophicus est, efficit. *Musg.*

Περσέα λαιμοτόμον, etc.] Ita nos regum Persicorum sigillum describimus, cum cælata Persei herois progenitoris imagine, et Solis, Divi patrii, Estheræ v. 1319. Ἢ καὶ Μαρδόχιος σημεῖον ἔλλαβε χερσὶ Χρυσέῳ ἡλίῳ κεχαραγμένον· ἀλλ' ἑτέρωθεν Γοργείην κεφαλὴν πτερόεις πόδας εἵλετο Περσεὺς, Οἷον ἀποστράπτοντος, καὶ ἐσίγατο γούνατα πυρός. Ita cum Persei imagine solem quoque jungit Euripides, infra v. 463. Ἐν δὲ μέσῳ κατέλαμπε σάκει Φαέθων κύκλος ἀελίου. Quod Persea progenitorem regum Persicorum dixi, notandum est, ex Perseo et Andromeda, antequam in Græciam venissent, natum esse Persen, unde illi originem trahunt, testante Apollod. Lib. II. c. 4. sect. 5. *Barnes.*

Heath. scribit λαιμοτόμον, ut ad Gorgonem referatur. Versus ipsi est antispasticus dimeter hypercatalectus ex epitrito quarto pentasyllabo, antispasto itidem pentasyllabo et syllaba. *Beck.*

Dedi λαιμοτόμαν pro λαιμοτόμον, versus causa, ut ad φυὰν pertineat. Heathii λαιμοτόμον propter hiatum ferri nequit. De terminatione feminina vid. Lobeck. ad Ajac. v. 175. p. 243. Ad ὑπὲρ ἁλὸς intellige ἀερθέντα, vel simile quid, et conf. ad Troad. v. 1312. *Seidl.*

460. Ποτανοῖσι πεδίλοις] Alatis pedibus erat Perseus, ut et capite. Talaria enim et Petasum Mercurii habuit. Historiam Persei tradit Hyginus Astron. Poët. in tit. Perseus, item Ovid. Metam. Lib. IV. Fab. 16, 17, 18, 19. Lib. V. Fab. 1, 2, 3. Apoll. Bibl. Lib. II. c. 4. N. Comes Mythol. Lib. VII. c. 11. et 18. *Barnes.*

461. ἴσχειν·] Pendet infinitivus ab ἔκλυον, v. 452. Ceterum erunt fortasse, qui hos tres versus in duos contrahere malint hoc modo:

ἁλὸς ποτανοῖσι πεδίλοισι φυὰν





Διὸς ἀγγέλῳ ξὺν Ἑρμᾷ,
Τῷ Μαίας ἀγροτῆρι κούρῳ.
Ἐν δὲ μέσῳ κατέλαμπε σάκει — ἀντιστροφὴ β΄.
Φαέθων κύκλος ἀελίοιο,
Ἵπποις ἂν πτεροέσσαις·
Ἄστρων τ' αἰθέριοι χοροὶ,
Πλειάδες, Ὑάδες,

Cum Mercurio Jovis nuncio
Maiæ venatore filio.
In medio autem fulgebat clypeo
Coruscus orbis solis,
Equis cum volucribus.
Astrorumque ætherei chori,
Pleiades, et Hyades,

Γοργόνος ἴσχυν Διὸς ἀγγέλῳ σὺν Ἑρμᾷ,

similiterque in antistropha. Verum, Hermanno judice, catalexis ista usitatior est in Ionicis numeris. *Seidl.*

φοάν. forte, φέβαν, *jubam*, i. e. caput crinitum. *Reisk.*

462. Διὸς ἀγγέλῳ σὺν Ἑρμᾷ,] Recte Mercurium, Jovis et Maiæ filium, Perseo comitem facit, utpote ex quo falcem et talaria mutuatus est Perseus. Ita enim Hyginus de eo: *Missus a Polydecte, Magnetis filio, ad Gorgonas, a Mercurio, qui eum dilexisse existimatur, talaria et Petasum accepit; præterea Galeam, qua indutus ex adverso non poterat videri. Barnes.*

463. ἀγροτῆρα Mercurium dici censet Prev. ob artem furandi et detegendi res pretiosas. *Beck.*

ἀγροτῆρι] Heathius: "Ideo, ut puto, *agrestis* dictus Mercurius, quia in Arcadia natus et educatus, et ejus regionis præcipue patronus.

Κυλλήνης μεδέοντα καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου.

Hom. Hymn. ad Mercur. v. 2. "Commemorat Pausanias IX. 34. 3. aram Mercurii Ἐπιμηλίου. Conferre operæ pretium est Epigramm. Adesp. CCXXXVI. Brunck. Anal. III. p. 198. ubi pene contrarium de Mercurio prædicatur:

οὐ γὰρ ἐριοχαρὴς ὁ Ἑρμᾶς, οὐδ' ἀκρολοφίτας.

Seidl.

Φαέθων κύκλος ἀελίοιο,] Hic φαέθων est nomen appellativum. Vide quæ nos de hoc loco supra ad v. 459. *Barnes.*

466. ἂν] Vide ad Iphig. in Aul. v. 754.

πτεροέσσαις·] Emendat Barnesius πυροέσσαις. Sed bene vulgata defenditur ex Ovid. Metam. Lib. II. v. 48. Sic πτεροφόρων ὀχημάτων in fragmentis Phaëthontis. (Conf. Observ. Misc. T. II. p. 98.) *Musg.*

Ἵπποις ἂν πτεροέσσαις·] Mallem equidem πυροέσσαις, potius, quam πτεροέσσαις, quia flammas omnes Solis equis facile concedant, alas nullus unquam Veterum concessit. Hinc Ovidius eorum nomina omnia, excepto uno, ab ignibus derivat, qualia sunt: Πυρόεις, Ἠῷος, Αἴθων et Φλέγων. Hinc nos in Esthera nostra v. 738.

Αὐτὰρ ὅτ' ἠελίοιο φάος τρίτον ἤγαγεν ἦμαρ
Εἰς φλογερὴν ἵπποισι πυριπνείουσιν ἀταρπόν.

Non tamen ausim πτεροέσσαις rejicere, quia figurate dici potest, et ipsa vox ἵππος videtur dici παρὰ τὸ ἵπτασθαι τοῖς ποσὶν· si grammaticis fides. Quod autem ἵπποι etiam in fœminino indifferenter usurpetur de equis masculis, præsertim apud poëtas, observavimus supra ad Rhes. v. 356. *Barnes.*

ἂν, i. e. ἀνά. Sic Æschyl. Suppl. 362. ἀμπίτυκας ἠλιβάτοισιν, ad quod exemplum nostro loco scribendum foret ἀμπτεροέσσαις. De vi autem hujus præpositionis cum dativo junctæ conf. Matthiæ Græc. Gramm. sect. 579. 1. *Seidl.*

467. s. Ἄστρων τ' αἰθέριοι χοροὶ, Πλειάδες,

Ἕκτορος ὄμμασι τροπαῖοι.
Ἐπὶ δὲ χρυσοτύπῳ κράνει
Σφίγγες, ὄνυξιν ἀοίδιμον ἄγραν
Φέρουσαι· περιπλεύρῳ

Hectoris oculis terribiles aspectu.
In galea vero aureis figuris decora
Sphinges, unguibus cantu-paratam prædam
Portantes: cæterum in latera ambiente

Ὑάδες] Ad Homerum respicit, qui de eodem clypeo loquens, Iliad. σ'. v. 486. Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται, Πληϊάδας θ', Ὑάδας τε, τό, τε σθένος Ὠρίωνος. Vide Eustathium in locum, et A. Gellii Noct. Att. Lib. XIII. c. 9. *Barnes.*

Leg. ἀν', *super equis alatis*; quod si displiceat, legi potest σὺν, ἵπποις σὺν πτ. *Reisk.*

468. Ὑάδες] Euripides hujus vocis primam produxit hoc loco et Ion. 1156.

Μεσοῖς δ' ἐχώρει Ὑάδες τε ναυτίλοις.

Vid. ibi Barnesio adnotata. *Seidl.*

469. τρόπαιοι] Ita optime Barnesius ex conjectura. Ed. Victor. τροπαίοις. *Musg.*

Ἕκτορος ὄμμασι τροπαῖοι] Ita legendum pro τροπαίοις assero. Non enim est credibile, nec poëticæ fidei consentaneum, Hectoris adhuc vivi caput in Achillis clypeo signatum; sed hæc est poëtæ mens, has omnes imagines in Achillis clypeo depictas, Hectoris oculis adspectu formidabiles; hoc est: τροπαίους, ἃς οὐκ ἂν τλαίη ἀντίον ἰδεῖν. Quod Homerus etiam de Myrmidonibus, Achillis amicis, ait, Iliad. τ'. v. 14. Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη Ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν. Euripides diceret: Τὰ δὲ τεύχεα Μυρμιδόνων ὄμμασιν ἦσαν τροπαῖα. *Barnes.*

τροπαίοις recte se habet. ὄμματα τροπαῖα sunt oculi, qui præ stupore, metu, horrore, aliquid fixi intueri nequeunt, sed se avertunt, τρέποντα ἑαυτὰ, aut etiam *terribiles*, qui alios avertunt, ἀποτρέποντα. *Reisk.*

470. χρυσοτύπῳ] Malui sic scribere, quam servata lectione χρυσεοτύπῳ vocales εο in unam brevem contrahere, ut fieri videtur in νέος, Soph. Œd. Col. 702.

τὸ μέν τις οὔτε νέος οὔτε γήρᾳ.

antistr. 715.

σημαίνει ναῦσθε πτίσας ἀγυιαῖς.

Sed in hoc tamen versu illud νέος etiam longam syllabam valere potest. Hephæstion p. 9. commemorat Praxillæ hexametrum:

ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.

quem versum, monente Hermanno, etiam citat Eustath. ad Il. ω'. p. 1372. 8. p. 12. 28. p. 805. 21. Conf. etiam ad Troad. v. 850. *Seidl.*

471. ἀοίδιμον] Interpretandum fortasse *prædam cantu comparatam*: quemadmodum ipsa Sphinx ἀοιδὸς dicitur Soph. Œd. Tyr. v. 36. Vel legendum ἀοίδιμοι, *celebres.* *Musg.*

Quidni simpliciter cum Barnesio *celebrem prædam*, i. e. de qua poëtæ canunt? *Seidl.*

Σφίγγες, ὄνυξιν ἀοίδιμον ἄγραν φέρουσαι] De Sphinge, quæ Thebanos juvenes prædabatur, vide Hyginum, Apollodor. Biblioth. Lib. III. c. 5. sect. 8. et Palæphatum περὶ ἀπίστων, c. 8. titulo: περὶ τῆς Σφιγγός. et quæ nos ad Phœnissas. Ἄγραν vero ἀοίδιμον vocat, quod hæc fabula sit poëtis decantatissima. *Barnes.*

472. περιπλεύρῳ κύτει,] Indicatur *lorica.* *Heath.*

Pergit Chorus in descriptione armorum Achillis, in cujus lorica Pegasus et Chimæra exsculpti conspiciebantur:

— περιπλεύρῳ δὲ κύτει
πύρπνοος ἔσπευ-
δε δρόμῳ λέαινα, χαλαῖς
Πειρηναῖον ΘΟΡΩΣΑ πῶλον.

Hærent interpretes in v. θορῶσα quam cum θεροῦσα nonnulli permutandam censent. Sed hoc quoque durum et contra usum Euripideum esse videtur. Mihi in mentem venit, quod a vulgatis literis proxime abest:

Δὲ κύτει, πύρπνοος ἔσπευ-
δε δρόμῳ λέαινα, χαλαῖς
Πειρηναῖον θορῶσα πῶλον.
Ἐν δὲ δορὶ φονίῳ, τετραβάμονες — ἐπῳδός.

Spacio, ignem efflans festinabat
Cursu leæna, unguibus
Pirenæum pullum ablatura.
In ense vero letifero quadrijugi

χαλαῖς
Πειρηναῖον ΦΟΒΩΣΑ πῶλον.

Chimæra unguibus Pegasum perterrefaciens. ut Rhesus, 37.

Πανὸς τρομερᾷ μάστιγι φοβῇ.

Jacobs.

473. s. πύρπνοος ἔσπευδε λέαινα] Hæc dici puto de Chimæra, quæ certe ignem spirabat: Leæna autem hic dicitur, quia specie leonina, serpentina et caprina constabat, ut Homerus, Iliad. ζ. v. 181. Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο. De qua re Apollodorus Bibliothec. Lib. II. c. 3. sect. 1. *Barnes.*

λέαινα,] Recte interpretantur de Chimæra, de qua Homerus Il. ζ. v. 181.; recte etiam paulo post Πειρηναῖον πῶλον de Pegaso. *Seidl.*

475. θορῶσα] Valde placeret Miltoni θηρῶσα, si per metrum recipi posset. Non inepte tamen Canterus ἀροῦσα, *ablatura*, ab αἴρω. Equus Πειρήναιος est Pegasus, sic dictus, quod ad Pirenen bibens a Bellerophonte caperetur: Strab. p. 379. C. λέαιναν recte interpretatur Barnesius Chimæram, quæ Πρόσθε λέων. *Musg.*

Πειρηναῖον θορῶσα πῶλον.] Ἤγουν Πήγασον, ἐφ' ᾧ Βελλεροφόντης ἱππεύων ἐμάχετο τῇ Χιμαίρᾳ. Pegasus vero postea Musarum factus est equus, Musæ autem Pirenen fontem sibi sacrum habuere; inde et illorum equus Pirenæus dicitur. Alii volunt, Pirenen ex ungula Pegasi fluxisse; sed hoc ad Hippocrenen potius refertur, fontem Bœotiæ ad radices montis Heliconis fluentem; cum Pirene sit fons Acrocorinthi. Uterque autem quod Musis sit sacer, vel ex Persii prologo patet. Notandum vero, ut hic equus Bellerophontis nomen a fonte trahit, ex quo cum biberet, subito captus est a Bellerophonte; sic et alias ab ipso duce titulos sumit, ut Propertius Lib. III. Eleg. 2. *Bellerophontæi qua fluit humor equi.* Mil-Miltonus θηρῶσα legit, haud inepte, si metrum pateretur. Canteri autem conjectura hoc in loco ferri non potest, qui ἀροῦσα legendum putat pro θορῶσα; cum ἀροῦσα nihil sit, θορῶσα autem Attice pro θοροῦσα ponatur, quod optime Chimæræ vim in Pegasum ruentis denotat; subaudi tantum ἐπὶ, ut sit hæc loci dispositio: πύρπνους Χίμαιρα μάλα σπουδαίως καὶ δρομάδην ἵεται ἀντιμάχεσθαι, χηλαῖς καὶ ὄνυξιν θοροῦσα ἐπὶ τὸν Πήγασον καὶ Βελλεροφόντην. Quod πῶλος frequenter ponitur pro ἵππος vide infra ad v. 482. *Barnes.*

Heath. legit θοροῦσα. Versum esse censet antispasticum πολυσχημάτιστον dimetrum hypercatalectum ex dispondeo, diiambo, et syllaba. *Beck.*

θορῶσα] Pro corrupta hac voce reponi vult Canterus ἀροῦσα, Heathius θοροῦσα. Multo melius Miltonus θηρῶσα, quæ lectio metro neutiquam obest. Neque tamen ab omni parte mihi satisfacit. Bothius proponit ἐρῶσα. *Seidl.*

476. Ἐν δὲ δορὶ] Hastas, quæ in hostem conjiciuntur, cælatis figuris exornatas fuisse parum credibile est. Lego igitur: ἐν δ' ἄορι, *in ense*, i. e. in capulo ensis, ubi gemmæ et quæcunque ornamenti loco sunt. *Musg.*

Conjecturam Musgr. δορὶ emendantis probat assensu Prev. Idem monet, poëtam sequi Homerum in clypei descriptione, ita ut nonnulla de suis addiderit.

Beck.

ἄορι] Vulgo δορί. Vid. Herm. ad Soph. Ajac. ed. Erfurdt. maj. v. 1109. p. 628. — Ad vocem ἔπαλλον cf. paulo ante v. 435. *Seidl.*

Ἵπποι ἔπαλλον·
Κελαινὰ δ' ἀμφὶ νῶθ' ἵετο κόνις.
Τοιῶνδ' ἄνακτα δοριπόνων
Ἔκανεν ἀνδρῶν
Τυνδαρὶς ἀλίχεα
Κακόφρων κούρα.
Τοίγαρ σέ ποτ' οὐρανίδαι
Πέμψουσιν θανάτοισι, κἂν
Ἔτι, ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν
Ὄψομ' αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.

Equi currebant,
Ater vero circa tergum ibat pulvis.
Talium regem bellantium
Occidit virorum
Ducum Tyndaris,
Malitiosa puella.
Quamobrem aliquando *Dii* cœlestes te
Demittent ad mortem: et
Adhuc cruentam sub cervicem
Videro forte sanguinem effusum ferro.

479. sq. Τοιῶνδ' ἄνακτα δοριπόνων Ἔκανεν ἀνδρῶν Τυνδαρὶς] Jam poëta, qui hactenus evagari visus est extra propositum, ad se redit; cum enim diu in Achille et ejus armatura hæserit, dicit: Talium magnanimorum ducum confœderatorum summum imperatorem et tot regum regem improba mulier, Clytæmnestra, occidit, Agamemnonem, qui ideo Homero præcipue vocatur ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων. Vide Iphig. Aul. v. 15. At vero δοριπόνων idem, quod δοριξένων, unde confœderatorum vertimus. *Barnes.*

479. δοριπόνων, *armis exercitorum.* Non enim idem denotant δορίπονος et δορίξενος, quod affirmat Barnesius, nec δορίξενος significat *confœderatam*, sed generaliter *hospitem. Heath.*

480. Ἔκανες] Vulgo ἔκανεν. Illud dedi, quod in proximis allocutio est, et quod similiter in fine carminis fit infra v. 745. ὅν σὺ μυσαθεῖσα πόσιν κτείνεις. — Paulo post pro Τυνδαρὶς ἀλίχεα scripsi Τυνδαρί, σὰ λίχεα, i. e. *tuum maritum.* Æschyl. Agam. 1115. τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν λουτροῖσι φαιδρύνασα. Nostræ fabulæ infra v. 1156. ἃ πόσιν κατέκαν' αὐτόχειρ. Pluralem autem λίχεα de persona posuit Noster etiam Hel. 783. 973. et λέκτρα, Androm. v. 920. Hinc malui scribere σὰ λίχεα quam cum Schæfero meo ἀλιχέα, i. e. κακολιχέα, de qua emendatione vid. de Verss. Dochm. p. 24. not. coll. Schol. ad Soph. Electr. v. 429. Etiam Portus voluerat ἀλιχέα, sed male explicat. De numeris hujus epodi disputavi de Verss. Dochm. l. c. Neque tamen hanc numerorum dispositionem pro unice vera haberi volo. Illud enim incommodi epodi habent, ut sæpe de numerorum dispositione ambigas. Ita exempli causa nostro loco non male aliquis sic possit numeros concinnare:

κελαινὰ δ' ἀμφὶ νῶτα κόνις ἵετο,
τοιῶνδ' ἄνακτα δοριπόνων ἔκανες
ἀνδρῶν, Τυνδαρί, σὰ λίχεα,
κακόφρων κούρα.
τοιγὰρ σέ ποτ' οὐρανίδαι
πέμψουσιν θανάτοισιν·
κἂν ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν.

Hermanno placet sic:

τοιῶνδ' ἄνακτα δοριπόνων

ARGUMENTUM ACTUS TERTII.

Senex Agamemnonis olim nutritius, ex Electræ præsignatione, adfert quædam munera pastoralia ad hospites melius excipiendos; atque cum his simul flavæ comæ cirros ad Agamemnonis sepulcrum, cui obiter inferias tulerat, inventos. Unde ille quidem conjecturam fecit, Orestem clam parentis Manibus justa fecisse, ex hujus cum Electræ capillo similitudine. Idem paulo post, hospitibus visis, agnoscit, unum eorum Orestem esse, ex cicatrice juxta palpebras, quæ illi olim puero, ex vulnere, dum cum sorore hinnulum persequeretur, accepto, coaluerat. Unde mutui amplexus Electræ et Orestæ. Orestes tandem cum sene consilia communicat de vindicanda patris cæde. His recte ordinatis, Orestes, Jove, Junone, Tellure Matre et patris occisi Manibus in auxilium evocatis, ad facinus accingitur. Chorus narrationem instituit de celebri illo aurei velleris agno Atrei et incesto Thyestæ adulterio, unde tot calamitates Pelopidarum domui ortæ. Narrationem claudit insigne epiphonema: Nempe hæc horribilia exempla ideo nobis proponi, ut Diis obtemperantes, discamus pie et sancte vitam instituere; ne in similes clades et nos incidamus.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Ποῦ, ποῦ νεᾶνις πότνι' ἐμὴ, δέσποινά τε,

SENEX.

Ubi, ubinam *est* puella mea veneranda, et hera,

Ἱκανῖς, ἱκανῖς, ἀνδρῶν, Τυνδαρὶ, τὰ λίχεα
κανόφρων κούρα.

et postrema, ut modo proposuimus. Unum adjicio, si quis retineri malit ἱκανιν, is pro ἀλίχεια poterit legere ἃ λίχεα, *suum maritum*, ut Soph. Trach. 525. τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν. *Seidl.*

481. Τυνδαρὶς ἀλίχεια] Pro ἀλίχεια, quod monstrum vocis est, emendat Barnesius ἁ μέλεα. Mihi epitheton hoc in tali re perfrigidum videtur: Lego autem:

Τυνδαρὶς ἁ λιθία.

Tyndaris lapidea, i. e. crudelis, dura instar lapidis. Sic λάϊνε παῖ, Theocrit. Idyll. XXIII. v. 20. *Musg.*

Τυνδαρὶς ἁ μελία] Olim erat ἀλιχία, de quo monstro vocabuli misere se torquet Æmil. Portus, alii nihil dicunt. Facilis autem erat literarum transpositio et erroris origo; neque difficilis sanatio. *Barnes.*

Heath. mavult: Τυνδαρὶς ἄλοχος. *Beck.*

482. Κανόφρων κούρα.] Κόρα, pro γυνὴ, ut Latinis, puella et virgo pro mulier. Ita enim ipse Virgilius utitur alicubi, et Gellius Lib. XII. c. 1. *puellam* pro puerperam dixit, sicut et Ovid. 2. Fastor. *Parce, precor, gravidis facilis Lucina puellis:* et Horat. Lib. III. Od. 22. *Quæ laborantes utero puellas.* Pfochenium videsis, in Libello de Linguæ Græcæ N. T. Puritate, p. 81. ubi ita Græcis dictum probat, μόσχος pro βοῦς, et πῶλος pro ἵππος, ut et vitula pro bove, Virgil. Eclog. III. v. 29. Sic supra v. 475. Πηγασαῖον πῶλον, pro equo Pegaso. *Barnes.*

484. Θανάτοισι,] Pluralem θάνατοι sæpius noster usurpat, ubi de violenta, sive, quod fere eodem redit, de præmatura morte, sermo est. Eodem modo Æschylus et Sophocles, ut Æschyl. Choëph. 51. Soph. Electr. 206.

484. sq. κἂν — Ὄψομαι] Conf. Matthiæ Grammat. Græc. sect. 598. d. *Seidl.*

485. Heath. revocari jubet veterem lectionem: Ἔτι, ἔτι, φόνιον. *Musg.*

Ἔτ' ἔτι] Antiquæ editiones cum Victorio ἔτι ἔτι; recentiores alterum ἔτι omittunt. *Seidl.*

486. Ὄψομ' pro ὄψομαι. Connectitur enim ἂν cum futuro indicativi. vid. ad Androm. v. 464. Vel, si hoc displicet, legi potest καὶ pro ἄν. *Musg.*

Ὄψωμ'] Ita lego pro ὄψομ', quod prius aderat, versus causa, et quod κἂν præces-

Ἀγαμέμνονος παῖς, ἥν ποτ' ἐξέθρεψ' ἐγώ;
Ὡς πρόσβασιν τῶνδ' ὀρθίαν οἴκων ἔχει,
Ῥυσσῷ γέροντι τῷδε προσβῆναι ποδί.
Ὅμως δὲ πρός γε τοὺς φίλους ἐξελκτέον

Agamemnonis filia, quam enutrivi olim ego?
Quam arduum hunc ædium accessum habet,
Huic rugoso *et* senili pedi ad ascendendum.
Tamen ad amicos saltem *est* trahenda

sit: Scaliger legebat ὄψωμ' pro ὄψωμαι, cum hæc vox activam vocem non habeat. Quare præstat ὄψομαι nobiscum legere. Hic autem locus, ni fallor, adumbratur ex illo Homeri Iliad. α'. v. 303. Αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί. *Barnes.*

Heath. scribit: Ὀψοίμεθ'. *Beck.*

Ὄψομαι αἷμα] Victorius ὄψομ' αἷμα. Scaliger proponit ὄψωμ', Barnesius ὄψωμ', quod utrumque solœcum est. Heathii ὀψοίμεθ' metrum non restituit. Ὄψομαι etiam Erfurdtius emendat ad Soph. Ajac. v. 190. p. 515. *Seidl.*

488. ἣν] Optime Piersonus ὅν. Verisim. p. 242. Non enim Electram educaverat Senex, sed Agamemnonem. vid. infra v. 556. *Musg.*

ἥν ποτ'] Piersonus Veris. p. 242. emendandum esse monet ὅν ποτ', quod non Electram senex, sed Agamemnonem educasset, comparans v. 409. et 506. Sed non video, quare non idem ille senex, qui infra v. 554. παλαιὸν λείψανον φίλων vocatur, Electram quoque et Orestem educare potuerit. *Seidl.*

489. τῶνδ'] Legendum, ni fallor, τήνδ'. *Musg.*

Ὡς πρόσβασιν τῶνδ' ὀρθίαν οἴκων ἔχει,] Electra, de qua loquitur senex, subauditur ad hoc verbum: Quare non erat, ut Scalig. legeret πρόσβασις et ὀρθίως, quasi aliter sensus non staret. *Barnes.*

Scaliger legi vult πρόσβασις et ὀρθίως. Sed recte Barnesius ad ἔχει intelligit Electra. Nec video, quid lucremur cum Musgravio legentes τήνδ' pro τῶνδ'. *Seidl.*

490. Ῥυσσῷ] Ita edd. Victor., quas secuti sunt Musgravius et Schæferus, nec aliter citat Porsonus ad Phœn. 861. Barnesius ῥυσσῷ. In Nostri Suppl. 50. Heathius et Marklandus præferunt ῥυσσὰ, quod edidit Hermannus. Sed etiam hic libri consensu legunt ῥυσά. Etymol. M. derivat a futuro ἐρύσω, p. 706. 47. Item in Aristoph. Plut. 266. Brunckius cum Scholiasta retinuit ῥυσὸν et Wolfius in Hom. Il. IX. 503. ῥυσαί. In Nostri Troad. tamen v. 497. Barnes. legitur ῥυσσοῖσι, quamquam Hesychius, qui tamen inter ῥυσὸς et ῥυσσὸς fluctuat, habeat ῥυσοῖσι, et in Theopompi Comici fragmento apud Athenæum VI. p. 264. a. ῥυσσά.

τῷδε pertinet ad γέροντι, et valet ἐμοί.

προσβῆναι] Pendet infinitivus ab ὀρθίαν v. præcedente, in quo latet οὐ ῥᾳδία, sive potius a tota sententia prægressa. Vid. Matthiæ Gramm. Græc. sect. 534. a. *Seidl.*

491. Ed. Victor. ἐξελικτέον. MSS. tres ἐξελικτέον. Barnesius ex conjectura ἐξελκτέον, quod ut certissimum recepi. confer Phœn. v. 323. Ion. v. 738. Mirus est Heathius, qui vetus ἐξελικτέον præ hoc maluerit. *Musg.*

491. s. ἐξελκτέον Διπλῆν ἄκανθαν] Latera sunt exhaurienda, quæ duplicem spinam vocat, propter costas utrinque ex spina exsertas. Olim legebatur ἐξελικτέον. *Barnes.*

Heath. negat, se videre, quo sensu quis dici possit spinam dorsi ἐξέλκειν; ἐξελίσσειν autem optime convenire significationi vocum sequentium διπλῆν ἄκανθαν. Locum vertit ita: *Explicanda* vel *evolvenda est spina dorsi* (senio) *incurva et retro flexum genu;* i. e. *erigenda, exserenda.* Lepidus est Barn. qui ideo *duplicem spinam* vocari putat, quia costæ utrinque e spina sint exsertæ; quamvis et hoc exscripserit e Stiblino. *Beck.*

ἐξελκτέον] Jure Musgravius ridet Heathium, qui Hartungi et Barnesii emendationi ἐξελκτέον Victorii lectionem ἐξελικτέον præponit. Porson. ad Phœn. v. 861. citat ἐξελκτέον. Sed male Barnesius explicat *latera sunt exhaurienda.* Hartungus: *extrahenda spina.* Malim *trahenda.* — Ed. Princ. habet ἐξελυκτέον. *Seidl.*

492. Διπλῆν ἄκανθαν, Interpreter: *spinam flexam,* vel *incurvam.* Virg. Æneid. XII. v. 927. *duplicato poplite Tur-*



Διπλῆν ἄκανθαν, καὶ παλλίῤῥοπον γόνυ.
Ὦ θύγατερ, ἄρτι γάρ σε πρὸς δόμοις ὁρῶ,
Ἥκω φέρων σοι τῶν ἐμῶν βοσκημάτων
Ποίμνης νεογνὸν θρέμμ' ὑποσπάσας τόδε,

Incurva spina, et relabens genu.
O filia, jam enim te conspicor,
Venio ferens tibi mearum ovium ex
Grege tenerum hunc fœtum subductum,

nus. Plutarch. Camillo: *κάμπτεσθαι ταχὺ καὶ διπλοῦσθαι τὰς μαχαίρας*, p. 274. *Musg.*

Διπλῆν ἄκανθαν,] Recte explicant *curvam* (senio) *dorsi spinam*. Musgravius confert Virgil. Æneid. XII. 927. et Plutarch. Camill. p. 274. Addo Virgil. Æneid. XI. 645. *duplicatque virum* (hasta) *transfixa dolore*. Valer. Maxim. V. 1. extern. 1. *duplicatum frigore corpus*. *Seidl.*

494. Senex, fidissimus familiæ Agamemnonis amicus, quæcunque ad cœnam comparandam opus sunt, Electræ affert.

> Ἥκω φέρων σοι τῶν ἐμῶν βοσκημάτων
> Ποίμνης νεογνὸν θρέμμ' ὑποσπάσας τόδε,
> ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ΤΕ, τευχέων τ' ἐξελὼν τυρεύματα,
> ΠΑΛΑΙΟΝ τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε,
> Ὀσμῇ κατῆρες, μικρὸν, ἀλλ' ἐπεισβαλεῖν
> Ἡδὺ σκύφον τοῦδ' ἀσθενεστέρῳ ποτῷ.

Haud ignorans quam frequens coronarum usus in conviviis fuerit, vix tamen puto Euripidem earum hoc loco mentionem fecisse, ubi ea tantum commemorantur, sine quibus cœna fieri nequit, minime vero quæ ad lautitiam pertinent. Conjecturæ igitur locus est. Scribendum fortasse

> ΠΕΛΑΝΟΥΣ τε, τευχέων τ' ἐξελὼν τυρεύματα.

Sequentem versum optime emendavit Scaliger scribens:

> ΠΟΛΙΟΝ τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε

quod in mentem mihi revocat Fragmentum Alexidis ab Athenæo servatum Lib. X. p. 441.

> Γυναιξὶ δ' ἀρκεῖ πάντ' ἐὰν οἶνος παρῇ
> πινεῖν διαρκής, ἀλλὰ μὴν, νὴ τὼ θεὼ
> ἔσται γ' ὅσον ἂν βουλώμεθ', ἔσται καὶ μάλα

> ἩΔΥΣ γ' ὀδόντας οὐκ ἔχων, ἤδη σαπρὸς
> ΛΕΓΩΝ γέρων γε δαιμονίως.

Cum vocem λέγων in mendo cubare statim appareat, nemo tamen facile suspicabitur, ulcus quoque in ἁδὺς latere. Attamen excitato Eustathii loco ad Od. Β'. p. 100. 47. nemo amplius eam corruptam esse dubitabit. Verba Eustathii hæc sunt: Γέρων. Θάσιος οἶνος καὶ μάλα ΠΟΛΥΣ γε ὀδόντας οὐκ ἔχων ἤδη σαπρὸς ΓΕΡΩΝ δαιμονίως. Quod manu ad veram lectionem ducit

> ἔσται καὶ μάλα
> ΠΟΛΙΟΣ γ' ὀδόντας οὐκ ἔχων.

Quid autem fiet verbo λέγων, quod Eustathius vel prudenter omisit, vel non legit in epitome Athenæi, qua utebatur. Valde suspicor comicum scripsisse

> ἤδη σαπρὸς
> ΛΑΡΟΣ ΓΕΡΩΝ ΤΕ δαιμονίως.

Eustathius l. c. p. 100. 33. Ἔνθα καὶ ἩΔΥΝ οἶνον ἐρεῖ καὶ ΛΑΡΟΝ. Quod igitur verbis λαρὸς interpretamentum eique forsitan a grammatico superscriptum fuit, id pro genuina lectione in præcedentem versum irrepsit. Hesychius quoque λαρὸν interpretatur per ἡδὺ. γλυκὺ. μέθυ λαρὸν ex Apollonio Rhod. Lib. I. v. 456. 473. 659. excitat T. Hemsterh. ad Scholiast. Luciani. T. I. p. 121. — Quid vetat hac opportunitate oblata fragmentum Archilochi a glossemate liberare, quod jamdiu veræ lectionis locum obtinet. Legitur apud Ammonium V. Ῥόδον.

> Ἔχουσα θάλλον μυρσίνης ἐτέρπετο
> ῥοδῆς καλὸν ἄνθος.

In quibus verbis nihil sane est quod offendere possit. Moschopulus tamen et

Στεφάνους τε, τευχέων τ' ἐξελὼν τυρεύματα,
Παλαιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε,
Ὀσμῇ κατῆρες, μικρὸν, ἀλλ' ἐπεισβαλεῖν
Ἡδὺ σκύφον τόδ' ἀσθενεστέρῳ ποτῷ.
Ἴτω φέρων τις τοῖς ξένοις τάδ' εἰς δόμους·
Ἐγὼ δὲ τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων, κόρας
Δακρύοισι τέγξας, ἐξομόρξασθαι θέλω.

Et serta, ac e fiscellis hos exemptos *caseos;*
Huncque Bacchi thesaurum canum,
Odore gratum, parvum *quidem*, sed misceri
Scyphum hoc tenuiori potui jucundum.
Eat aliquis laturus hæc hospitibus in ædes:
Ego vero pannis his mearum vestium oculos
Lacrymis madefactos abstergere volo.

Phavorinus V. Ῥόδον et ἐτέρπετο, exhibent ἀφίεσετο, quam lectionem merito damnat eruditissimus Valckenær. in Animadvers. III. XI. p. 204. Verum vestigia veræ lectionis continere videtur. Archilochus scripsit forsitan

Ἔχουσα θάλλον μυρσίνης ἐφήδετο

cujus verbi interpretamentum est ἐτέρπετο. *Jacobs.*

496. Στεφάνους τε, τευχέων τ' ἐξελὼν τυρεύματα,] Quod ad στεφάνους attinet, Stiblinus dicit: *Fortasse legi debet στεφάνης*, i. e. e cribro. Et ita, ni fallor, Aristophanes in Ἐκκλησιαζ. hac voce utitur. Sed vetus lectio defendi potest: vel enim στεφάνους ad hospites coronandos senex putatur tulisse; στεφάνοις γὰρ οἱ παλαιοὶ ἐχρῶντο ἐν τοῖς συμποσίοις, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, εὐετηρίαν καὶ ἀφθονίαν αἰνιττόμενοι τροφῶν. Quod memorat Theocr. Scholiastes, Idyll. γ'. v. 21. De qua re vide Paschalium de Coronis. Denique ob Electræ creditum puerperium potuit has coronas providus et amicus senex dominæ adferre, ita enim Hesych. Στέφανον ἐκφέρειν] ἔθος ἦν, ὁπότε παιδίον ἄῤῥεν γίνοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, ἔρια, διὰ τὴν ταλασίαν. Vide Meursii Attic. Lect. p. 186. Paschalium de Coronis, p. 334.

τυρεύματα,] Ἤγουν τυροὺς, ut πεπλώματα pro πέπλους. *Barnes.*

Heath. στεφάνους accipit de coronis, quibus hospites convivantes caput cingebant. v. Alcest. 775. *Beck.*

Forte, στεγανῶν τε τευχέων ἐξελὼν τυρεύματα, *et caseos desumtos e vasis conditoriis.* non congruit pastori serta inter dona afferre. *Reisk.*

497. Παλαιὸν] Corripi potest penultima, ut οι in ζωῆς, Hecub. v. 1090. αι in γεραιὸν, Herc. Fur. v. 444. δη in δηΐοισι, Heraclid. v. 995. Veruntamen cum eleganter dicatur οἶνος πολιὸς, non possum non Scaligero assentiri emendanti hic πολιόν. Exempla dedit Piersonus ad Mœrid. v. σαπρὸς, quibus adde Nicandrum Theriac. v. 582.:

τέτρασιν ἐν κυάθοις μέθυος πολιοῦ ἀπομίξας.

Musg.

Παλαιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε,] Scaliger, quia putabat, versum hunc defectu aliquo laborare, πολιόν τε legebat; quod nescio an de vino dici possit, nisi forte de vasculis diu obsignatis, quibus canities quædam insidere solet. Sed et παλαιὸν anapæstice legi potest, ut ἐπεὶ apud Homerum et γεραιοὺς apud Tyrtæum, de qua re vide quæ nos ad Hecub. v. 1090. *Barnes.*

Pierson. ad Mœr. p. 353. præfert Πολιοῦ τε θ. *Beck.*

Παλαιὸν] Reliqui hanc lectionem, quamvis ita poëtam scripsisse persuadere mihi non possim. Nam quod quidam putant, anapæstum efficere hanc vocem, id ut in senario ferri possit, magnopere vereor. Exempla a Musgravio comparata aut corrupta sunt, aut aliena. Neque pertinent huc correptiones diphthongi in οἶος,





ΗΛ. Τί δ', ὦ γεραιὲ, διάβροχον τόδ' ὄμμ' ἔχεις;
Μῶν τἀμὰ διὰ χρόνου σ' ἀνέμνησαν κακά;
Ἢ τὰς Ὀρέστου τλήμονας φυγὰς στένεις,
Καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν, ὅν ποτ' ἐν χεροῖν ἔχων,
Ἀνόνητ' ἔθρεψας σοί τε, καὶ τοῖς σοῖς φίλοις;
ΠΡ. Ἀνόνηθ'· ὅμως γοῦν τοῦτό γ' οὐκ ἠνεσχόμην.
Ἦλθον γὰρ αὐτοῦ πρὸς τάφον, πάρεργ' ὁδοῦ,

Ele. Cur vero, O senex, hos oculos madefactos habes?
Num mea mala longo post intervallo memoriam tibi renovarunt?
An Orestis miserum exilium gemis,
Et patrem meum, quem quondam in manibus habens
Educâsti inutiliter tibi, et amicis tuis?
Sen. Inutiliter *quidem*, non tamen hoc pungebar.
Veni enim ad ipsius sepulchrum obiter,

τοιοῦτος, τοιῶν, cet. Scaliger conjecit παλαιὸν, probante Piersono ad Mœrin. p. 353. qui tamen male præfert παλαιοῦ τι. Vera fortasse Scaligeri conjectura est. Sed potuit etiam aliud vocabulum ejusdem significationis, v. c. γέρον, olim adfuisse, in cujus locum glossa παλαιὸν successerit. Thierschius conjicit γραῖον. *Seidl.*

498. Ὀσμῇ κατῆρες,] Κατήρης hic pro εὐήρης, τοῖς ὀσφραινομένοις εὔοδμος· τὰ γὰρ ἡδέα ἄρηρέ πως τῷ θυμῷ, καὶ ἤρεσεν, ἢ εὐαρέστησεν. *Barnes.*

Heath. putat, adject. κατήρης derivatum esse a præpos. κατὰ, ut ὀσμῇ κατῆρες sit i. q. κατὰ τὴν ὀσμὴν, *odori gratum.* Sic Adrastus in Suppl. v. 121. vocatur κατήρης χλανιδίοις, quia humi jacebat caput vestibus obvolutus. Sic Iph. in Taur. 1347. ταρσῷ κατήρει est remorum ordine dependente, i. e. remis aquæ immissis; et eodem sensu Hesychius vocem hanc exponit per κρεμαμένη. Juxta eandem analogiam ἀμφήρης derivatur a præp. ἀμφὶ, unde ἀμφήρεις σκηναὶ, Ion. 1128. tentoria, quæ spatium quoddam utrinque, i. e. undique, includunt. Sic ab adverbio εὖ derivatur εὐήρης, habilis, qui facile manibus tractari ac versari potest; ἀντήρης ab ἀντὶ, Troad. 223. διήρης a διὰ, Phœn. v. 88. ubi διῆρες ἔσχατον est contignatio ultima, i. e. quæ transmittit, aut transitum præbet sursum adscendentibus. Ex Heath. *Beck.*

Ὀσμῇ κατῆρες,] Recte videtur explicare Marklandus ad Suppl. 121. *odore instructum.* Hesychii glossam κατῆρες, κατηρτισμένοι ἐν ἐρίμῳ, bene Schæferus emendat κατηρτισμένον ἐρετμῷ, nisi verius fortasse est κατηρτισμένον, εὐήρετμον. Ceterum de vino ἀνθοσμίᾳ, vid. Athen. Deipn. p. 32. a. ibique Schweigh. In Brub. legitur κρατῆρες. *Seidl.*

κατῆρες est *deorsum dependens*, ideoque hinc alienum. Leg. προσῆρες. *Reisk.*

499. τῷδ'] Legendum τόδ': quod secum ferebat, non tenuior potus erat, sed vinum. *Musg.*

τοῦδ' scribit Heath. et ante illum Reisk. *Beck.*

τοῦδ'] Ita Heathius et Schæferus (cf. Cycl. 256.) præeunte Reiskio, qui explicat: *dulce est hujus vetusti vini scyphum potui debiliori admiscere.* Vulgo legitur τῷδ'. Musgravius proponit τόδ', quasi σκύφον neutrius generis esset. Dicitur quidem ὁ σκύφος et τὸ σκύφος, vid. Athenæum XI. p. 498. d. sed non τὸ σκύφον. *Seidl.*

501. Ἐγὼ δὲ τεύχει] De hac voce vide supra ad v. 185. *Barnes.*

505. τλήμονας] Noli corrigere τλήμονος. Vid. Pors. ad Phœniss. 389. et 1724. *Seidl.*

508. οὐκ ἠνεσχόμην.] Legendum ἠνυσσόμην, *non ob hoc pungebar.* νύττειν de stimulo vel doloris, vel voluptatis, dici ostendit Dorvillius ad Chariton. 559. Optime igitur convenit affectui ex utroque mixto, qualis hic depingitur. *Musg.*

Καὶ προσπεσὼν ἔκλαυσ', ἐρημίας τυχὼν
Σπονδάς τε, λύσας ἀσκὸν ὃν φέρω ξένοις,
Ἔσπεισα· τύμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας.
Πυρᾶς δ' ἐπ' αὐτῆς οἶν μελάγχιμον πόκῳ
Σφάγιον ἐσεῖδον, αἷμά τ' οὐ πάλαι χυθὲν,
Ξανθῆς τε χαίτης βοστρύχους κεκαρμένους.
Κἀθαύμασ', ὦ παῖ, τίς ποτ' ἀνθρώπων ἔτλη
Πρὸς τύμβον ἐλθεῖν· οὐ γὰρ Ἀργείων γέ τις.

Ac procidens fleui, nactus solitudinem:
Libaminaque solvens utre, quem hospitibus fero,
Fudi, ramosque myrteos circa tumulum posui:
Ad ipsum vero rogum ovem nigro vellere
Victimam vidi, recensque fusum sanguinem,
Flavosque comæ cincinnos abrasos.
Miratusque sum, O filia, quisnam hominum ausus fuerit
Ad tumulum venire: non enim Argivorum ullus:

Reisk. emendat: τοῦτό γ' οὐκ ἠγασσάμην, *hoc non graviter tuli.*

Hunc versum ex Musgr. conjectura ita transtulit Prev.: "Ils sont perdus! . . . Toute fois ce n'est pas ce souvenir, qui m'émeut en cet instant." *Beck.*

Ἀνῆκα·] Ita Barnesius. Vulgo ἀνῆκα'. [Sic Victor.]

τοῦτό γ' οὐκ ἀνεσχόμην. i. e. *verum ab hoc mihi non potui temperare*, scil. ne sepulcrum Agamemnonis adirem et honorarem. Spectat enim ad proxime sequentia. *Seidl.*

509. Ἦλθον γὰρ, etc.] Vid. supra ad v. 324.

πάρεργ' ὁδοῦ.] Sic supra v. 63. Πάρεργ' Ὀρέστην κἀμὲ ποιεῖται δόμων. Id est: Ὀρέστην καὶ ἐμὲ ὡς πάρεργά τινα χρήματα τῶν δόμων καὶ οὐκ ἀναγκαῖα ποιεῖται, ἀλλ' ὡς ἀλλοτρίους ἔχει. *Barnes.*

πάρεργ' ὁδοῦ, i. e. quum huc me conferrem, in via simul illuc deflexi. *Seidl.*

512. τύμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας.] Vide supra ad v. 324. *Barnes.*

513. οἶν] Ita Schæferus. Vulgo ὄιν. Vid. Pors. Præf. ad Hec. p. clvii. ed. Lips. coll. ad Med. 634. *Seidl.*

514. αἷμα τ'] Barnesius errore typographico αἷμά γ'. *Musg.*

Σφάγιον ἐσεῖδον,] Tale quid Sophocl. Electr. v. 885, etc. Æschyl. Choëph. v. 477, etc. *Barnes.*

519. ἐθαύμασ'] Canterus ἐτίμασ'. Sed θαυμάζειν colendi sensu a Veteribus adhibitum recte monet Marklandus ad Hippol. 105. (et ibid. Valck.) vid. et Dion. Chrysostom. p. 323, 4.

θαυμάζειν, *colere, venerari.* Strepsiades apud Aristoph. Nub. 1116. farinæ saccum præceptori afferens hanc rationem addit:

Χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον.

Aristides: οὔτι γὰρ τῆς ἀξίας τῆς ὑμετέρας τοὺς ἔξω θαυμάζειν, Tom. II. 227. Idem: πῶς ἄξια ταῦτα τοῦ Διονύσου καὶ τοῦ Ἡρακλέους, οἳ παρ' ὑμῖν (Thebanis) φύντες, παρ' ὑμῶν πρῶτον ἐθαυμάσθησαν. Tom. II. 270. In ultimo certe exemplo θαυμάζειν est *divinis honoribus colere.* Confer Med. 1141. Androm. 564. Schol. Pindari in Nem. V. Stroph. 2. et Epod. 3. denique in Nem. IX. Divis. 1. *Musg.*

519. Μελὰν δ' ἐτίμησ'] Ita cum Cantero lego, rejecto, quod prius obtinuerat, ἐθαύμασ', in marginem. *Barnes.*

ἐθαύμασ', i. e. *coluit.* Vid. Musgravium ad h. l. et supra ad v. 84. Canterus conjecerat ἐτίμησ', quod Barnesius non debebat recipere. Æschylus de eadem re adhibuit πρεσβεύειν, Choëph. 485. *Seidl.*

520. Recte monuerunt interpretes, Euripidem h. l. irridere Æschylum Choëph. a v. 164 — 230. Nec tamen jure hoc





Ἀλλ᾽ ἦλθ᾽ ἴσως που σὸς κασίγνητος λάθρᾳ,
Μολὼν δ᾽, ἐθαύμασ᾽ ἄθλιον τύμβον πατρός.
Σκέψαι δὲ χαίτην, προστιθεῖσα σῇ κόμῃ,
Εἰ χρῶμα ταὐτὸ κουρίμης ἔσται τριχός.
Φιλεῖ γὰρ, αἷμα ταυτὸν οἷς ἂν ᾖ πατρὸς,
Τὰ πόλλ᾽ ὅμοια σώματος πεφυκέναι.
ΗΛ. Οὐκ ἄξι᾽ ἀνδρὸς, ὦ γέρον, σοφοῦ λέγεις,
Εἰ κρυπτὸν εἰς γῆν τήνδ᾽ ἂν Αἰγίσθου φόβῳ

Sed fortasse clam frater tuus venit.
Profectus autem, honoravit miserum sepulchrum patris.
Aspice verò comam, tuæ apponens comæ,
Num color idem sit rasæ comæ.
Solent enim *iis*, quibus idem fuerit patris sanguis,
Multa esse similia in corpore.
Ele. Haud digna viro, O senex, sapiente loqueris,
Si latentem in hanc terram, Ægisthi metu,

fecit Euripides. Bene enim senserat Æschylus, animum anxium curisque depressum etiam ex vanis rebus sæpe spem captare. *Seidl.*

521. Εἰ χρῶμα τ᾽αὐτὸ] Ita Barnesius conjectura certissima. Ed. Victor. εἰ χρώματ᾽ αὐτῆς. Mox pro ἔσται malim ἐστί. Cæterum per viginti quinque versus proxime hunc sequentes unicus poëtæ scopus est Æschylum irridere. vid. Choëphor. a v. 164. ad v. 230. *Musg.*

Idem observarunt Brumœus et Heath., qui poëtam propterea reprehendunt.

Reisk. scribit: εἰ χρῶμα ταύτῃ, *num color huic comæ tuæ erit color abscissæ comæ. Beck.*

Εἰ χρῶμα ταὐτὸ κουρίμης ἔσται τριχός·] Cum olim male scriptum erat εἰ χρώματ᾽ αὐτῆς, Canterus levissima distinctione legebat: εἰ χρῶμα ταυτῆς. Et Sophocles ταυτὰν pro τὰν αὐτὰν dixit, Philoctet. v. 848. Εἰ ταὐτὰν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις. Scholiastes: εἰ τὴν αὐτὴν τῷ Ὀδυσσεῖ γνώμην ἔχεις. Æmilius Portus duobus locis ex Aristotele citatis hujus vocis usum confirmat. Sed de hac re nihil dubitandum, cum ταυτοῦ occurrat infra v. 531. pro τοῦ αὐτοῦ, et tamen Scaligerum potius sequor, qui χρῶμα ταὐτὸ scribit; quæ vox versui convenientior et sensui, et magis trita est. *Barnes.*

χρῶμα ταύτῃ] Victorius χρώματ᾽ αὐτῆς. Canterus χρῶμα ταὐτῆς, pro τῆς αὐτῆς, quod, ut dici possit, hoc loco tamen minus aptum est. Scaliger εἰ χρῶμα ταὐτὸ, quem secuti sunt Barnesius, Musgravius, Schæferus. Facilius Reiskius χρῶμα ταύτῃ, *num color huic comæ tuæ sit abscissæ comæ* scil. color. Prætulissem tamen χρώματ᾽ αὐτῇ, nisi pluralis χρώματα pro singulari χρῶμα visus esset insolentior.

ἔσται] Schæferus ἐστὶ, quod maluerat Musgravius, sed cf. v. 533. *Seidl.*

522. Φιλεῖ γὰρ,] Elegans est et Atticis frequens usus verbi φιλέω et χαίρω, pro εἴωθα, *amo*, vel *gaudeo*, pro *soleo*. Sic Herodot. Edit. Hen. Stephani, fol. 440. Αὐτόματον γὰρ οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι. Idem fol. 442. Φιλέει ὁ Θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. Euripidis Scholiast. ad Phœnissas observat alibi, φιλεῖ etiam poni pro συμβαίνει. Sic Aristoph. Nubibus: φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦθ᾽ ἑτέρως τρέπεσθαι. Scholiast. ἔθος ἔχει· συμβαίνει γὰρ ἄλλως ἀποβαίνειν, ἢ προσδοκᾷ τις. Sic Horat. Epod. VIII. *Quid? Quod libelli Stoici inter sericos jacere pulvillos amant. Ubi amant* pro *solent. Barnes.*

524. Hic incipere Prev. monet parodiam scenæ Choëphororum Æschyli, ubi Electra fratrem ex iisdem judiciis agnoscit, quibus hic fidem adhibere non vult.

Δοκεῖς ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν εὐθαρσῆ μολεῖν.
Ἔπειτα χαίτης πῶς ξυνοίσεται πλόκος;
Ὁ μὲν παλαίστραις ἀνδρὸς εὐγενοὺς τραφεὶς,
Ὁ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς· ἀλλ' ἀμήχανον.
Πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέρους
Καὶ μὴ γεγῶσιν αἵματος ταυτοῦ, γέρον.
ΠΡ. Σὺ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ', ἀρβύλης σκέψαι βάσιν,
Εἰ ξύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται, τέκνον.
ΗΛ. Πῶς δ' ἂν γένοιτ' ἂν ἐν κραταιλέῳ πέδῳ

Profectum fratrem meum animosum putas.
Deinde quomodo cirrus *ejus* comæ congruet?
Alter quidem viri nobilis in palæstris nutritus,
Alter vero *crebra* pexatione mollis; quamobrem *hoc est* impossibile,
Multis autem invenies cincinnos similes,
Nec tamen eodem sanguine prognatis, O senex.
Sen. Tu saltem, in *ejus* vestigium ingressa, soleæ specta gressum,
Num eadem-mensura tuo pedi respondeat, O filia.
Ele. Quomodo vero fieri posset in lapideo solo

Ubi locum Æschyli examinavit Prev. sub finem addit: "Il est vrai que le fondement de cette reconnoissance frivole: mais si la critique d'Euripide est juste, elle n'en est pas moins déplacée. Stanley, d'après le scholiaste d'Eschyle, explique le mot grec par lequel ce poëte désigne l'ouvrage tissu par Electre, de manière à sauver le ridicule qu'y jette Euripide: c'étoit, suivant ce commentateur, une pièce détachée, qu'Oreste portoit séparée de ses vêtemens. Mais il paroît difficile, suivant la remarque de M. Pauw, d'admettre cet adoucissement. Et ce qu'on peut dire de plus favorable au poëte, c'est que la robe dont il parle, quoique faite dans l'enfance d'Oreste, pouvoit faire partie de son habillement dans l'âge d'homme. *Beck.*

525. ἀθαρσῆ, imbellem, reponit Reisk. respicere enim ad κρυπτόν. *Beck.*

Sensus est: si putas, fratrem meum, qui forti animo est, Ægisthi metu clam in hanc terram rediturum esse. *Seidl.*

525. s. ἂν — μολεῖν, proficisci velle. *Heath.*

528. εὐγενοῦς] Ed. Schæfer. εὐγενὴς vitio typographico. Construe: ὁ μὲν ἀνδρὸς εὐγενοῦς, τραφεὶς παλαίστραις. Interpres Latinus: *Ille quidem, utpote viri nobilis, in palæstris nutritus.* Vocem κτενισμὸς desidero in Lexicis. *Seidl.*

530. ὁμοπτέρους] Beckius monet, respicere huc Pollucem Onom. VI. 156. ὁμοπτέρους δὲ τοὺς ὁμοτρίχους εἰπόντος Εὐριπίδου. Cf. Hesych. v. ὁμόπτεροι. *Seidl.*

531. ταυτοῦ,] Vide supra ad v. 521. *Barnes.*

534. κραταιλέῳ] Hesychius: κραταίλεων ἔδαφος, ἐκ σκληροῦ γεγονός. *Musg.*

κραταιλέῳ] A κραταιὸς et λᾶας, lapis, idem, quod κραταίπεδον οὖδας Homero: est autem κραταίλεως Attice, ut Μενέλεως. *Barnes.*

Reisk. scribit: πῶς δ' αὖ. *Beck.*

Πῶς δ' ἄν. Conf. v. 538. *Seidl.*

535. ἔκμακτρον;] Ita Victor. Princ. per compendium. Brubachius et Hervag. ἔκματρον, quod Stiblinus accepit pro ἔκμετρον. Sed jam Canterus restituit ἔκμακτρον. Cf. Abresch. in Miscell. Observ. VI. p. 272. *Seidl.*

536. ἀδελφοῖν] Orestis et Electræ. Sic infra v. 746. *Musg.*

Δυοῖν ἀδελφοῖν] Δυοῖν Attice pro δυεῖν, de qua re vide supra ad v. 95. Ἀδελφὸς autem hic non de *fratre* modo, sed et *sorore*, dicitur, quod patet ex sequentibus: ἀνδρός



Γαίας ποδῶν ἔκμακτρον; εἰ δ' ἔστιν τόδε,
Δυοῖν ἀδελφοῖν πούς ἂν οὐ γένοιτ' ἴσος,
Ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς, ἀλλ' ἄρσην κρατεῖ.
ΠΡ. Οὐκ ἔστιν, εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολὼν,
Κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς,
Ἐν ᾧ ποτ' αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν;
ΗΛ. Οὐκ οἶσθ', Ὀρέστης ἡνίκ' ἐκπίπτει χθονὸς,
Νέαν μ' ἔτ' οὖσαν; εἰ δὲ κἄκρεκον πέπλους,
Πῶς ἂν, τότ' ὢν παῖς, νῦν ἔχοι ταὐτ' ἂν φάρη,

Terræ pedum vestigium expressum? quamvis autem hoc fieri posset,
Tamen duorum ex eodem utero natorum pes nunquam fuerit æqualis,
Viri et fœminæ. Nam mas superat.
Sen. Annon est, si frater *tuus* hanc terram veniret,
Undenam cognosceres radii tui telam,
In qua ipsum olim furtim morti surripui?
Ele. Nescis, Orestes cum vertit solum,
Me juvenculam adhuc fuisse? quamvis vero etiam texuissem *ei* peplos,
Quomodo, cum tunc esset puer, nunc easdem haberet vestes,

τε καὶ γυναικός. Collective autem hic dicitur, cum alias ἀδελφὴ semper soror vocatur. Vox autem propriè usurpatur de fratribus et sororibus uterinis. Sic et infra v. 746. Orestes, Electra et Chrysothemis ἀδελφοὶ vocantur. In hac autem voce τὸ α non privationem, sed congregationem et ταυτότητα, significat, δελφὺς vero ἡ μήτρα. Vide Eustathium, fol. 1752. lin. 17. Ex Æmilii Porti notis. *Barnes.*

Δυοῖν ἀδελφοῖν] Male Musgravius: "Orestis et Electræ." In universum dicit *fratris et sororis.* Nos: *zweyer Geschwister.*

Ποὺς] Ita Victor. Princ. Nonnulli ποῦς. *Seidl.*

δυεῖν legit Victor.

538. εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολὼν,] Ita Ed. Victor. Canterus non male εἰ παρῆν κασίγνητος μολών. Lenius aliquanto foret εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μόλοι. *Musg.*

Οὐκ ἔστιν, εἰ παρῆν κασίγνητος μολὼν,] Cum olim legebatur εἰ καὶ γῆν, &c. Canterus legebat εἰ παρῆν, quæ lectio placet; Scaliger legit εἰ καὶ νῦν, et pro μολὼν scribit μόλῃ, longius recedens ab exemplari. *Barnes.*

Heath. legit εἰ καὶ γῆν — μόλῃ. *Beck.*

μολὼν,] Ita Victorius, quam lectionem mutare non sum ausus, quamvis exemplum non habeam, ubi simili modo εἰ cum participio ponatur, omisso ἐστί. Sed nihil in tali constructione absoni video. Cf. infra ad v. 863. [Plat. Phædr. p. 260. d. ἐγὼ γὰρ οὐδένα ἀγνοοῦντα τἀληθὲς ἀναγκάζω μανθάνειν λέγειν, ἀλλ' εἴ τις ἐμῇ ξυμβουλῇ κτησάμενος ἐκεῖνο, οὕτως ἐμὲ λαμβάνειν. Schæf.] Musgravius conjicit μόλοι, quod edidit Schæferus. Canterus emendabat εἰ παρῆν pro εἰ καὶ γῆν, Scaliger εἰ καὶ νῦν — μόλῃ. Μόλῃ etiam probat Heathius, quod ab usitato loquendi more recedit. De potestate particularum εἰ καὶ disputat Herm. ad Vig. p. 792. *Seidl.*

543. ἔχοι] Ita MS. β. Ed. Victor. ἔχῃ. MS. α. ἔχῃ, superscripto tamen ἔχοι. Cæterum Ed. Vict. et MSS. ταὐτ' ἂν ante ἔχῃ (vel ἔχοι) habent. Sed recte ordinem mutavit Barnesius. *Musg.*

Πῶς ἂν, τότ' ὢν παῖς, νῦν ἔχῃ ταὐτ' ἂν φάρη,] Cum olim legebatur νῦν ταὐτ' ἂν ἔχῃ φάρη, miro et manifesto versus detrimento, miror, neminem hactenus id deprehendisse; certe nemo in ordinem redegit, ut nunc nos fecimus, ipsissimis literis earumque apicibus fideliter omnibus

Εἰ μὴ ξυναύξοινθ' οἱ πέπλοι τῷ σώματι;
Ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος
Ἐκείρατ', ἢ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός.
ΠΡ. Οἱ δὲ ξένοι ποῦ; βούλομαι γὰρ εἰσιδὼν
Αὐτοὺς, ἐρέσθαι σοῦ κασιγνήτου πέρι.
ΗΛ. Οἵδ' ἐκ δόμων βαίνουσι λαιψηρῷ ποδί.
ΠΡ. Ἀλλ' εὐγενεῖς μέν· ἐν δὲ κιβδήλῳ τόδε·
Πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς, εἰσὶν κακοί·
Ὅμως δὲ χαίρειν τοὺς ξένους προσεννέπω.

Nisi cum ipso corpore simul crescant vestes?
Sed vel aliquis peregrinus sepulchrum ipsius miseratus,
Se rasit, vel *aliquis* ex hac terra, qui speculatores fefellit.
Sen. Isti vero hospites ubinam *sunt?* Volo enim intuitus
Ipsos, de fratre tuo percontari.
Ele. Hi ex ædibus egrediuntur veloci pede.
Sen. At nobiles quidem *videntur*. Hoc tamen *est* in incerto:
Multi enim, qui sunt nobiles, sunt improbi.
Sed tamen hospites salvere jubeo.

servatis; excepto quod cum Porto lego ταῦτ', i. e. ταὐτὰ, pro ταῦτ', i. e. ταῦτα. De voce φάρος, quod priorem habet communem, nos satis ad Supplic. v. 296. Hercul. Fur. v. 414. et Phœniss. v. 1097. *Barnes.*

νῦν ἔχοι ταῦτ' ἂν φάρη,] Victorius νῦν ταῦτ' ἂν ἔχῃ φάρη. Voces transposuit Barnesius. Pravum verborum ordinem etiam Musgravii MSS. referunt. Pro ταῦτ' Portus legi vult ταὔτ'. Non opus. *Seidl.*

544. ξυναύξοινθ'] MS. γ. ξυναύξονθ'. *Musg.*

546. τῆσδε — χθονός.] Emendat Piersonus 'κ τῆσδε — χθονὸς. Verisim. p. 240. Sed non semper adjicitur præpositio in hujusmodi locutionibus: vid. ad Troad. v. 847.

σκοποὺς λαθὼν] MS. β. σκότους λαβὼν, consentientibus in ultima voce MSS. α, γ. *Musg.*

'Εκείρατ', ἢ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός.] Subaudi τὶς ἐγχώριος, ut sit sensus: 'Αλλ' ἤ τις ξένος αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας, ἑαυτὸν ἐκείρατο, ἤ τις ἐγχώριος, λαθὼν σκοποὺς ταύτης χθονός. Hoc omnes ante me viderunt, etiam Latini interpretes. *Barnes.*

Reisk. scribit: σκοπός. *Beck.*

ἢ τῆσδε, σκότους λαβὼν, χθονός.] Ad τῆσδε χθονὸς intellige τις ex vers. præc. Impressi omnes σκοποὺς λαθὼν, quæ lectio defendi quidem potest, sed nostra et exquisitior est, et constructionem minus facit impeditam. Concinnavi illam ex discrepantia Musgravii librorum. MS. enim β. habet σκότους λαβὼν, et in λαβὼν consentiunt etiam MSS. α. et γ. Emendationem nostram tuebitur Iphig. Taur. 1025.

ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθῶμεν ἄν;

Conf. supra v. 515. ἐρημίας τυχὼν, et Orest. v. 57. φυλάξας νύκτα. In Orestis tamen v. 461. τίνα σκότον λάβω προσώπῳ miror etiam nuperrimos editores non correxisse βάλω προσώπῳ. Scholiastes ποῖον νέφος προβάλωμαι. Phœniss. 1550. σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλὼν. 1467. ἤδη με περιβάλλει σκότος. Hercul. Fur. 1150. πέπλοισι κρατὶ περιβάλω σκότος. — In nostro loco Piersoni emendationem Veris. p. 240. ἢ 'κ τῆσδε — χθονὸς, jure ut parum necessariam rejicit Musgravius. *Seidl.*

Constructio est: ἢ τῆσδε χθονὸς τὶς λαθὼν σκοπούς. *Heath.*

550. s. Apud Stob. Grot. LXXXVII. *Burn.*

ΟΡ. Χαῖρ', ὦ γεραιέ· τοῦ ποτ', Ἠλέκτρα, τόδε
Παλαιὸν ἀνδρὸς λείψανον φίλων κυρεῖ;
ΗΛ. Οὗτος τὸν ἀμὸν πατέρ' ἔθρεψεν, ὦ ξένε.
ΟΡ. Τί φής; ὅδ' ὅς σὸν ἐξέθρεψε σύγγονον;
ΗΛ. Ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας κεῖνον, εἴπερ ἔστ' ἔτι.
ΟΡ. Ἔα· τί μ' εἰσδέδορκεν ὥσπερ ἀργύρου σκοπῶν
Λαμπρὸν χαρακτῆρ', ἢ προσεικάζει μέ τῳ;
ΗΛ. Ἴσως Ὀρέστου σ' ἥλιχ' ἥδεται βλέπων.
ΟΡ. Φίλου γε φωτός· τί δὲ κυκλεῖ πέριξ πόδα;

Ore. Salve, O senex, cujusnam viri, Electra,
Hæ antiquæ *veterum* amicorum reliquiæ sunt?
Ele. Hic meum patrem educavit, O hospes.
Ore. Quid ais? hic *est ille*, qui tuum fratrem educavit?
Ele. Hic est ille, qui servavit illum, si modo superest adhuc.
Ore. Ehem. Quid me intuetur, tanquam argenti contemplans
Splendidum signum? num assimilat me cuipiam?
Ele. Fortasse Orestæ te æqualem aspiciens lætatur.
Ore. Chari certe viri: quid vero circumrotat pedem?

551. εἰσὶ ed. Victor.

553. Reisk. emendat: τοῦ ποτ', *qua in classe collocandæ sunt hæ senis reliquiæ?* ad quod genus amicorum pertinet senex? *Beck.*

553. ἢ. τοῦ ποτ' — κυρεῖ;] Heath. "Verte *ad quem amicorum tuorum, Electra, pertinent veteres hæ hominis reliquiæ;* id est, quisnam est hic e tuis antiquis amicis." Locum facilius intelliges, si φίλων explices per φίλου. *Seidl.*

555. Οὗτος τὸν ἀμὸν πατέρ' ἔθρεψεν, ὦ ξένε.] Quod ἀμὸς et ἁμὸς priori longa ponitur pro ἡμέτερος, abunde constat. Vide supra ad v. 188. Hic autem senex, sive pædagogus, putatur Agamemnonis primo nutritius, mox et Orestæ ipsius. Tales sane veteribus heroibus fere assignabantur omnibus, vel ex ortu, vel certe priusquam ad res gerendas se accingerent. Et hi Mnemones dicti sunt, i. e. monitores. Eustathius fol. 1697. lin. 55. Mnemonas dicit nomen officii, multosque variis heroibus Μνήμονας et submonitores, ut et genios, attributos refert. Hujus nominis unum affuisse Achilli, qui eum submoneret, ne quem ex Apollinis filiis interimeret, tum enim moriturum, meminit cum Plutarcho Scholiastes Lycophronis, fol. 48. nomine tamen suppresso, quod ex sequentibus patebit melius. Varios itaque veterum heroum mnemonas post Eustathium recenset Ptolemæus Hephæstion fine libri primi, videl. Ulyssis Myiscum, Achillis Noëmona, i. e. Phœnicem, Patrocli Eudorum, Protesilai Dardanum, Antilochi Chalconem, Hectoris Daretem Phrygium. Vide alios apud Clement. Alexand. Pædagog. Lib. I. c. 7. item Turneb. Lib. VII. c. 3. Hinc et nos in Franciade nostra Moiinum Nigri Principis moderatorem assigno, senem prudentissimum et judicii subacti; quia etiam in junioribus heroum animis senilis quædam sagacitas et temperantia requiritur, ut veri sint virtutis amatores. *Barnes.*

ἀμόν] Ita editt. vett. Schæfer. ἁμόν. *Seidl.*

556. ἐξέθρεψε] Optime Piersonus ἐξέκλεψε, conferens, præter Electræ responsum, v. 16. v. 286. 7. v. 416. denique v. 540. *Musg.*

ἐξέκλεψε] Sophocl. Electr. 11 — 14. Æschyl. Choëph. 747. Vulgo ἐξέθρεψε, quam lectionem non tam propter locos istos damnandam puto, quam propter Electræ responsum, et quod senex ille Orestem potuit quidem τρέφειν, sed non ἐκτρέ-

ΗΛ. Κἀυτὴ τόδ' εἰσορῶσα, θαυμάζω, ξένε.
ΠΡ. Ὦ πότνι', εὔχου, θύγατερ Ἠλέκτρα, θεοῖς.
ΗΛ. Τί τῶν ἀπόντων, ἢ τί τῶν ὄντων πέρι;
ΠΡ. Λαβεῖν φίλον θησαυρὸν, ὃν φαίνει θεός.
ΗΛ. Ἰδοὺ, καλῶ θεούς· ἢ τί δὴ λέγεις, γέρον;
ΠΡ. Βλέψον νυν εἰς τόνδ', ὦ τέκνον, τὸν φίλτατον.
ΗΛ. Πάλαι δέδοικα, μὴ σύγ' οὐκ ἔτ' εὖ φρονῇς.
ΠΡ. Οὐκ εὖ φρονῶ 'γὼ σὸν κασίγνητον βλέπων;
ΗΛ. Πῶς εἶπας, ὦ γεραί', ἀνέλπιστον λόγον;
ΠΡ. Ὁρᾶν Ὀρέστην τόνδε τὸν Ἀγαμέμνονος.
ΗΛ. Ποῖον χαρακτῆρ' εἰσιδὼν, ᾧ πείσομαι;
ΠΡ. Οὐλὴν παρ' ὀφρῦν, ἥν ποτ' ἐν πατρὸς δόμοις

Ele. Et ego miror, O hospes, hoc aspiciens.
Sen. O veneranda filia Electra, supplica diis.
Ele. Pro quanam præsente, aut absente *re?*
Sen. Ut prospere accipias thesaurum, quem ostendit Deus.
Ele. En voco deos; aut quid jam dicis, senex?
Sen. Intuere in hunc, O filia, charissimum.
Ele. Jamdudum metuo, ne tu non sana mente sis.
Sen. Non sana mente sum ego, qui fratrem tuum video?
Ele. Quomodo dixisti, O senex, insperatum sermonem?
Sen. Me videre Orestem hunc Agamemnonis *filium.*
Ele. Quam notam conspicatus cui fidem habeam?
Sen. Cicatricem juxta supercilium, qua olim in ædibus patris

φυν. — In versus initio cum Ed. Victorii Princ. scripsi φῄς. Vulgo φῄς. *Seidl.*

564. Τί τῶν ἀπ.] Vulgo bis τί interrogativum. Sed vid. Herm. de Emend. Gramm. p. 95. Musgravius ita scripsit et interpunxit; τί; τῶν ἀπόντων, ἤ τι τῶν ὄντων πέρι; Ceterum conf. Sophoclis Electra, v. 305. τὰς οὔσας τ' ἐμοῦ καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διεφθορεν. *Seidl.*

565. Λαβεῖν] Electra cur accipere oraret, quem jam acceperat, thesaurum, nihil causæ erat. Videat ergo lector, an hic locum habeat verbum antiquum λαύειν, a quo ἀπολαύειν, hoc sensu: *Ora Deos, Electra, ut fruaris thesauro.* Non dissimilem potestatem verbo λάω apud Homerum Odyss Τ'. 229. tribuit Aristarchus. vid. Scholia et Hesychium.

Satis placeret: Κρατεῖν φίλον θησαυρὸν, *ut possideas et retineas carum thesaurum.* κρατεῖν cum accusativo vide Aristoph. Av. 1759. *Musg.*

λαβεῖν] Offendit hæc vox Musgravium, qui nihil causæ esse ait, cur Electra accipere oraret, quem jam acceperat, thesaurum. Conjicit igitur λαύειν et, hoc jure postea repudiato, aliquanto melius κρατεῖν, conferens Aristoph. Av. 1759. (1752. Brunck.) Sed vera vulgata. Senex, quod satis demonstrat verbum φαίνει, initio incertus animi est, utrum verum Orestem videat, an vana ejus imagine ludatur. Jubet igitur Electram preces mittere ad deos, ut vere sibi dent eum, cujus imaginem ipsi conspiciant. Ac, si vel displiceat hæc explicatio, recte tamen se habet λαβεῖν. Nondum enim acceperat, quippe quæ fratrem nondum agnovisset. *Seidl.*

570. γέραι' ἀνέλπιστον scribit Heath. *Beck.*

γεραί',] Vett. Edd. plene γεραιέ. *Seidl.* γεραιὲ ed. Victor.

571. Ὁρᾶν] Malim ὁρῶ, ut est in MS. β. *Musg.*

Νεβρὸν διώκων σοῦ μέθ', ἠμάχθη πεσών.
ΗΛ. Πῶς φῄς; ὁρῶ μὲν πτώματος τεκμήριον.
ΠΡ. Ἔπειτα μέλλεις προσπιτνεῖν τοῖς φιλτάτοις;
ΗΛ. Ἀλλ' οὐκ ἔτ', ὦ γεραιέ· συμβόλοισι γὰρ
Τοῖς σοῖς πέπεισμαι θυμόν· ὦ χρόνῳ φανεὶς,
Ἔχω σ' ἀέλπτως. ΟΡ. Κἀξ ἐμοῦ γ' ἔχει χρόνῳ.
ΗΛ. Οὐδέ ποτ' ἐδόξασ'. ΟΡ. Οὐδ' ἐγὼ γὰρ ἤλπισα.
ΗΛ. Ἐκεῖνος εἶ σύ; ΟΡ. Σύμμαχός γέ σοι μόνος,
Ἢν ἐκσπάσωμαί γ', ὃν μετέρχομαι, βόλον.
Πέποιθα δ', ἢ χρὴ μηκέθ' ἡγεῖσθαι θεοὺς,
Εἰ τἄδικ' ἔσται τῆς δίκης ὑπέρτερα.
ΧΟ. Ἔμολες, ἔμολες, ὦ χρόνιος ἁμέρα·

Tecum hinnulum insectans, prolapsus cruentatus est.
Ele. Quid ais? video quidem casus indicium.
Sen. Et adhuc cunctaris charissimos amplecti?
Ele. At non amplius, O senex: signis enim
Tuis animo sum persuasa: O qui tandem apparuisti *mihi*,
Teneo te præter spem. *Ore.* Et a me sero teneris.
Ele. Nunquam ego putavi. *Ore.* Neque ego etiam speravi.
Ele. Ille tu es? *Ore.* Socius tibi solus:
Si modo jactum retis, quem meditor, extraxero.
Ele. Confido quidem: aut non amplius putandum est esse deos,
Si injusta *facinora* sint superiora justitia.
Cho. Venisti, venisti, O sera dies

Ὀρᾷν] Ita MS. β. ut jam Brubach. et Hervag. qui infinitivus pendet a suppresso εἶπον. Vulgo ὁρῶν, quod etiam defendi potest. *Seidl.*

Ὁρᾷν ed. Victor.

573. Οὐλὴν] Confert Barnesius Hom. Odyss. Τ'. v. 392. *Musg.*

Οὐλὴν παρ' ὀφρῦν] Talem Ulyssis ἀναγνώρισιν ex cicatrice factam Homerus describit Odyss. τ'. v. 392. Νῖζε δ' ἄρ' ἆσσον ἰοῦσα ἄνακθ' ἑόν· αὐτίκα δ' ἔγνω Οὐλὴν, τήν ποτέ μιν σῦς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι, etc. Alio modo Sophocles in Electra Orestem notum facit; alio denique Æschylus in Choëphoris. Talia enim ex poëtæ arbitrio solent pendere; ut quid cuique verisimile videbitur. Ex Æmilii Porti notis. *Barnes.*

575. φῄς; Sine iota subscript. ed. Vict.

579. ἔχῃ ed. Victor.

580. Οὐδέποτ' ἐδόξασ'.] Elegantius foret, meo judicio, οὐδέποτε δόξασ'. *Musg.*

Οὐδέποτε δόξασ'.] Ita Schæferus ex Musgravii conjectura. Libri οὐδέποτ' ἐδόξασ'. Vulgatam fortasse præferat aliquis ob proximum ἤλπισα in Orestis responsione. *Seidl.*

581. Ἐκεῖνος εἶ σύ;] Soph. Electr. 1222. ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; In universum moneo, hanc utramque fabulam in singulis locis haud parum inter se similitudinis habere. *Seidl.*

582. Ἢν δ' ἐκσπάσωμαί γ',] Delendum δ', ne deesse videatur apodosis. *Musg.*

Ἢν ἐκσπάσωμαί γ',] Legebatur ἢν δ' ἐκσπ. (Sic ed. Vict.) Sed vere Musgravius particulam δ' delendam esse monet. *Seidl.*

583. Lubenter hic Electræ personam deleverim. Ipsi enim, gaudio jam et admiratione æstuanti, minus convenit ῥῆσις. *Musg.*

Κασίγνητον ἐμβατεῦσαι πόλιν.
Εἶεν· φίλας μὲν ἡδονὰς ἀσπασμάτων
ν· χρόνῳ δὲ καὖθις αὐτὰ δώσομεν.
δ', ὦ γεραιὲ, καίριος γὰρ ἤλυθες,
ον, τί δρῶν ἂν φονέα τισαίμην πατρὸς,
τέρα τε τὴν κοινωνὸν ἀνοσίων γάμων.
στιν τί μοι κατ' Ἄργος εὐμενὲς φίλων;
πάντ' ἀνεσκευάσμεθ', ὥσπερ αἱ τυχαί;
ῳ ξυγγένωμαι; νύχιος, ἢ καθ' ἡμέραν;

Frater ingrediatur urbem.
re. Esto. Gratas quidem voluptates amplexuum
Iabeo: post tempus vero et iterum hæc dabimus.
At tu, O senex, opportune enim venisti,
Dic, qua ratione patris interfectorem ulcisci possim,
Et matrem sociam impiarum nuptiarum.
Estne Argis aliquis amicorum mihi benevolus?
An penitus subversi sumus, ut sunt fortunæ?
Cui me adjungam? noctune, an interdiu?

sem Tyrwhitti, ut ante nos Schæfe-. Τύχη de prospera fortuna non ra- est apud Tragicos, maxime in for- a illa σὺν τύχῃ τινί. *Seidl.*

94. Legendum, ut olim admonuit me -rwhittus, τύχῳ σοι τύχῳ, deleta inter- actionis nota post θεοὺς. Sensus est: eos *precare, ut bonis avibus frater tibi* suam *patriam ingrediatur. Musg.*

Reisk. scribit: λευκῇ σοι τύχῳ, *candida* tibi *cum fortuna. Beck.*

595. ἐμβατεῦσαι] Scaliger legit ἐμβατεύ- σαι, optat. modi, aorist. α'. ut sit hic sen- sus: ἡ τύχη σοι τὸν ἀδελφὸν εἰς πόλιν ἐμβα- τεύσειεν· sin infinit. modi sit: τύχη σοι ἔστω τὸν ἀδελφὸν πόλιν ἐμβατεῦσαι. *Barnes.*

ἐμβατεῦσαι πόλιν.] Infra v. 1249. ἐμ- βατεύειν πόλιν. *Seidl.*

596. ss. Cf. Soph. Electr. a v. 1288. *Seidl.*

598. ἤλυθες,] Hac forma Noster in iambico trimetro utitur etiam Troad. 376. et auctor Rhesi v. 656. *Seidl.*

599. φονέα] De correpta vocis ultima vid. Porson. ad Hec. 876. Addo Soph. Œd. Col. 1055.

Θυσία καὶ τοὺς δισσοὺς λεως.

cui respondet v. 1070.

ἔμβασις οἶ τὰν ἑστίαν.

Seidl.

600. Μητέρα τε τὴν κοινωνὸν, &c.] Τὴν, quod prius male exciderat, nunc ex Canteri Scaligerique auctoritate loco suo inseruimus, ut sibi versus constet. *Barnes.*

τὴν κοινωνὸν] Articulum τὴν, qui in editionibus Victorii et Musgravii libris desideratur, inserenduin vidit Canterus, aliique. Hercul. Fur. 583. τήν τε κοινωνὸν γάμων. *Seidl.*

601. τὴν, quod, Cantero auctore, addidit Barnesius, in Ed. Victor. et MSS. non legitur. *Musg.*

τί φίλων, *amicorum aliquid;* plures enim intelliguntur. *Heath.*

602. ἀνεσκευάσμεθ',] *Destruimur, evertimur.* In hoc enim composito præpositio ἀνὰ eandem vim habet, quam in ἀναστῆσαι et ἀνάστατος. Confer Suidam in voce. *Musg.*

ἀνεσκευάσμεθ',] Ἀνασκευάζεσθαι h. l. est ἀνάστατον γίγνεσθαι, ut explicat Suidas, a Musgravio citatus, in loco Demosthenis, voce ἀνασκευασάμενοι, ubi vid. Kusterus. *Seidl.*

Ποίαν ὁδὸν τραπώμεθ' εἰς ἐχθροὺς ἐμούς;
ΠΡ. Ω τέκνον, οὐδεὶς δυστυχοῦντί σοι φίλος.
Εὕρημα γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται τόδε,
Κοινῇ μετασχεῖν τἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ.
Σὺ δ', ἐκ βάθρων γὰρ πᾶς ἀνήρησαι φίλοις,
Οὐδ' ἐλλέλοιπας ἐλπίδ', ἴσθι μου κλύων·

Qua via tendemus in hostes meos?
Sen. O fili, nemo tibi infelici amicus *est*.
Lucrum enim insperatum hæc res est,
Ex æquo et boni et mali esse participem *aliquem*.
Tu vero, funditus enim totus amicis excidisti,
Nec spem *ullam* reliquam habes, scias me audiens;

603. Τῷ συγγένωμαι;] Lego Πῶς. *Por.*

Soph. Electr. v. 1294. σήμαιν' ὅπου φανέντες, ἢ κεκρυμμένοι γελῶντας ἐχθροὺς παύσομεν τῇ νῦν ὁδῷ. *Seidl.*

606. s. Εὕρημα — τοῦ κακοῦ.] Sensus est: Illud rarissimum est, ut aliquis et lætæ et adversæ fortunæ socium habeat. Ceterum pro τὸ reponendum puto τοι ex noto illo particulæ usu in sententiis universis. *Seidl.*

Εὕρημα, ἕρμαιον. *Scholiast.*

608. Σὺ δ', ἐκ βάθρ. &c.] Heathius: "Ista, ἐκ βάθρων — ἐλπίδ', parenthesi includi debent. Ita igitur verte: Tu vero, (nam funditus periisti totus amicis nec spem ullam reliquam fecisti) hæc a me audiens accipe." *Seidl.*

609. Οὐδ' ἐλλέλοιπας] Οὐδ' ἐνέλιπες. *Barnes.*

610. Ἐν χειρὶ τῇ σῇ πάντ' ἔχεις, καὶ τῇ τύχῃ,] In tua solius manu et in fortuna, cujus ab arbitrio pendet successus rerum, omnia jam habes. Nullum enim alium adjutorem habes præter teipsum et fortunantem Deum. Audacius paulo in historia nostra Eduardi Tertii, regis Angliæ, Lib. III. c. 1. §. 9. Dominus Johannes Chandoisius Nigrum Principem alloquitur, dicens: "Nunc, Domine Princeps, equum tuum adscendas, et in Gallos prorumpas; Hic dies tuus est; Deus jam in tua situs est manu," &c. *Barnes.*

611. λαβεῖν] De hoc infinitivi usu conf. ad v. 490. *Seidl.*

612. τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα;] Commode citat Barnesius Xenophon. Hellen. Lib. VII. ὅπλῳ ἐξικνεῖσθαι ἀλλήλων. *Musg.*

τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα;] Ἐξικνεῖσθαί τινος, *assequi aliquid*; ita Xen. Hellenic. Lib. VII. ὅπλῳ ἐξικνεῖσθαι ἀλλήλων. Legitur hoc verbum etiam cum accusativo post præpositiones, ἐπὶ, πρὸς et εἰς, de qua re consule Lexica. *Barnes.*

613. Θυέστου παῖδα, i. e. Ægisthum. Æschyl. Agam. v. 1593. *Musg.*

Κτανὼν Θυέστου παῖδα,] Hoc est Ægisthum. Et hæc genealogia Ægisthi et Agamemnonis: Jovis et Plutus filius erat Tantalus, quem nonnulli Phrygem, alii Lydum vocant; Tantali et Taygetæ Pelops; Pelopis et Hippodamiæ Atreus et Thyestes; Atrei Agamemnon; Thyestæ et filiæ Pelopææ Ægisthus. Vide Eustathium et alios Homeri Interpretes ad Iliad. β'. v. 105. Αὐτὰρ ὁ αὖτε Πέλοψ δῶκ' Ἀτρέϊ, ποιμένι λαῶν, &c. *Barnes.*

614. Ἥκει 'πὶ τόνδε στέφανον,] Τοῦτον ἀγῶνα. Εὐφήμως εἴρηται, ὅτι νίκην ἐλπιστὸς ἐν τούτῳ ἀγῶνι στεφανοῦσθαι ἐνομίζετο. Οἱ γὰρ παλαιοὶ ἀγῶνας νενικηκότας στεφανοῦν εἰώθασιν, οἷον Ὀλυμπιονίκας, καὶ τοιαῦτα. *Barnes.*

614. s. ΟΡ. Ἥκω 'πὶ τόνδε στέφανον· ἀλλὰ πῶς λάβω;
ΠΡ. Τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς ΟΥ'Δ' 'ΑΝ' ΕΙ' ΘΕΛΟΙΣ.

Posterior versus in mendo cubat. Unde enim pendeat infinitivus ἐλθεῖν nemo facile dixerit; Sententia autem ineptissima. Certe enim Orestes muros intrare vellet, si modo posset; quare absonum est dicere: *Mœnia intrare nequis, ne si velis quidem.* — Junctis quæ librarii errore distracta sunt, et una alterave litera paululum immutata lego:

Ἐν χειρὶ τῇ σῇ πάντ' ἔχεις, καὶ τῇ τύχῃ,
Πατρῷον οἶκον καὶ πόλιν λαβεῖν σέθεν.
ΟΡ. Τί δῆτα δρῶντες, τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα;
ΠΡ. Κτανὼν Θυέστου παῖδα, σήν τε μητέρα.
ΟΡ. Ἥκω 'πὶ τόνδε στέφανον, ἀλλὰ πῶς λάβω;
ΠΡ. Τειχέων μὲν ἐλθὼν ἐντὸς, οὐδ' ἂν εἰ θέλοις.

In manu tua, et fortuna omnia habes *sita*,
Paternam domum, et urbem tuam ut recuperes.
Ore. Quid ergo facientes, hoc assequemur?
Sen. Occiso Thyestæ filio, et matre tua.
Ore. Venio ad istam coronam *capiendam:* sed quomodo *eam* accipiam?
Sen. Mœnia quidem, et si maxime velis, non subieris.

Τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς ΟΥΔΑΜΗ ΘΕΜΙΣ.

Mœnia quidem nullo modo intrare potes. οὐ θέμις non licet. Heraclid. 615.

μόρσιμα οὔτι φυγεῖν θέμις.

Ex silva locorum, quæ temeraria syllabarum distractione corruptelam contraxerunt, duo mihi hic emendanda seligo, alterum Livii, alterum Asconii Pediani. Apud illum Lib. XXXII. 5, 6. de Philippo Macedonum rege agitur, quæque molitus fuerit, ut alienatos a se Achæorum animos sibi conciliaret exponuntur. "Et cum Achæis quidem, *inquit*, per hæc amicitiam firmabat. Macedonum animos sibi conciliavit CUM HERACLIDE. NAM CUM EUM maximæ invidiæ sibi esse cerneret, multis criminibus oneratum in vincula CONJECIT, ingenti popularium gaudio." Vitium jam antiquitus huic loco inhæsisse Codicum ostendit varietas, quorum non pauci in hoc loco sunt mutili. De verbis *cum Heraclide* vide Drakenborch. qui *causa Heraclidis* tentabat, neque tamen ita rem confectam esse perspiciens. Equidem Livium scripsisse suspicor: "Et cum Achæis quidem per hæc amicitiam firmavit. Macedonum animos sibi conciliavit cum HERACLIDEM AMICUM, QUEM maximæ invidiæ sibi esse cerneret, multis criminibus oneratum in vincula CONJICERET, ingenti popularium gaudio." Vides una literula vocibus *nam cum* inserta, iisque conjunctis, optimum sensum effici. Mutatio enim τοῦ *eum* in *quem* nulla est, cum in similibus librarii frequentissime erraverint. — Alter locus ex eodem canone emendandus, Asconii est in Comment. ad Ciceronis Orat. pro Milone: "Fuerunt qui crederent M. Catonis sententia eum esse absolutum. Nam et bene cum republica actum esse morte P. Clodii non dissimularat et studebat in petitione consulatus Miloni et reo adfuerat. — Sed Milonis quoque notam audaciam VETIARE PUTILE visum est." Vix dubito quin corrigendum sit: "Sed Milonis quoque notam audaciam AMOVERI A REP. UTILE visum est." Truncato enim vocis *amoveri* capite, propter præcedentis syllabæ similitudinem reliqua corruptelæ obnoxia erant. *Jacobs.*

615. Τειχέων μὲν ἐλθὼν ἐντὸς, οὐδ' ἂν εἰ θέλοις,] Ὁ νοῦς· τοῦτον τὸν στέφανον, δηλονότι τούτου τοῦ ἀγῶνος νικηθέντος, ἐλθὼν ἐντὸς τειχέων, οὐχ οἷός τε ἔσῃ λαβεῖν, οὐδ' ἂν εἰσέλθοις γὰρ, εἰ θέλοις, διὰ τὸ φρουρηθῆναι τὴν πόλιν. Male igitur Scaliger, licet non sine ingenii magno acumine, legendum hic putat: οὐδ' ἂν εἴθ' ἕλοις, *Hoc modo utinam capias.* Multo enim alius expeditior sensus, si contextum bene perpendas. *Barnes.*

Τειχέων — θέλοις.] Sensus, quem recte cepit Barnesius, est hic: τοῦτον τὸν στέφανον, τειχέων ἐντὸς ἐλθὼν, οὐδ' ἂν εἰ θέλοις λάβοις. Jacobsius Exerc. p. 197. falso prodit vulgatam ἐλθεῖν. *Seidl.*

Ad h. l. varia succurrerunt, in quibus etiam hoc: τειχέων μὲν ἐλθεῖν ἐντὸς οὐδ' ἂν εἷς θέλοι, vel οὐδ' αὐτὸς θέλοις, item οἶδα ὅτ' οὐ θέλεις. *Reisk.*

τὶ, ed. Victor.

ΟΡ. Φρουραῖς κέκασται, δεξιαῖς τε δορυφόρων;
ΠΡ. Ἔγνως· φοβεῖται γάρ σε, κοὐχ εὕδει σαφῶς.
ΟΡ. Εἶεν· σὺ δὴ τοὐνθένδε βούλευσον, γέρον.
ΠΡ. Κἀμοῦ γ' ἄκουσον, ἄρτι γάρ μ' εἰσῆλθέ τι.
ΟΡ. Ἐσθλόν τι μηνύσειας, αἰσθοίμην δ' ἐγώ.
ΠΡ. Αἴγισθον εἶδον, ἡνίχ' εἷρπον ἐνθάδε.
ΟΡ. Προσηκάμην τὸ ῥηθὲν, ἐν ποίοις τόποις;
ΠΡ. Ἀγρῶν πέλας τῶνδ' ἱπποφορβίων ἔπι.
ΟΡ. Τί δρῶνθ'; ὁρῶ γὰρ ἐλπίδ' ἐξ ἀμηχάνων.
ΠΡ. Νύμφαις ἐπόρσυν' ἔροτιν, ὡς ἔδοξέ μοι.

Ore. Præsidiis munita sunt, dextrisque satellitum?
Sen. Tenes: metuit enim te, neque dormit tranquille.
Ore. Age, tu ergo deinceps consule, O senex.
Sen. Me quoque audi: modo enim aliquid mihi subiit.
Ore. Bonum aliquod utinam indices, et ego percipiam.
Sen. Ægisthum vidi, quando huc veni.
Ore. Animadverto quod dixisti, quibus in locis?
Sen. Juxta agros hosce, in equorum pascuis.
Ore. Quid agentem? video enim spem ex rebus perditis *affulgentem.*
Sen. Nymphis parabat festum, ut mihi visus est.

619. κἀμοῦ γ' ἄκουσον, i. e. quod nos dicimus: *ja mich eben höre. Seidl.*

εἰσῆλθε ed. Victor.

621. Ἡνίχ' εἷρπον ἐνθάδε] Ἡνίκα διὰ γῆρας ἕρπων καὶ μόλις βαδίζων ἦλθον ἐνθάδε. *Barnes.*

622. Προσηκάμην] Προσηνηγκάμην, ἐπῄνεσα, καὶ τὸν νοῦν προσηκάμην. Aorist. α'. Med. Thema προσίημι. *Barnes.*

Προσηκάμην, i. q. ἐδεξάμην. Abresch. ad Æschyl. I. p. 402. *Beck.*

Προσηκάμην τ. ῥ.] Suidas: προσήκαντο, αἰτιατικῇ, κατεδέξαντο. Hesych. προσίεται, ἀρέσκεται, προσδέχεται, ἡδέως λαμβάνει. *Seidl.*

624. Edd. Victor. ἐλπίδας, quod tacite correxit Barnesius. *Seidl.*

625. ἐπόρσυν' ἔροτιν,] Ita MSS. α. γ. MS. β. ἐπόρσυν' ἔρωτιν. Margo MS. α. ἑορτὴν, Αἰολικῶς. Tragicos non penitus voces Æolicas repudiasse patet ex Rhes. v. 438. Herc. Fur. v. 868. Soph. Antigon. v. 640. ἔροτιν agnoscit, nec ut Æolicum notat, Etymologus. Vetus Oraculum apud Phlegontem Trallianum de O. l[illegible]40. Ed. Meurs.

— θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ· τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλῆς ἐτέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν' —

Ed. Victor. ἐπόρσυν' ἑορτήν. *Musg.*

Νύμφαις ἑορτὴν πόρσυν', ὡς ἔδοξέ μοι.] Ita Scaliger legit, cum olim scriberetur: Νύμφαις ἐπόρσυν' ἑορτὴν, manifesto errore; ita enim spondeus erat in quarto loco. Sed et sic τὸ υ contra veterum usum fit breve, ut alias de aliis vocibus notavimus. Agnoscendum tamen est, apud Homerum semel υ in πορσύνω corripi, hoc est in futuro, videl. Iliad. γ'. v. 411. Κείνου πορσυνέουσα λέχος. Sed hæc ratio ad aoristum α'. haud usquequaque extenditur, imo expresse excipitur. Quare vel aoristi β'. esto, vel ista syllaba pro communi habeatur. Πορσύνω autem, vel πορσαίνω, utroque enim modo dicitur, παρέχω, εὐτρεπίζω, παρασκευάζω significat. *Barnes.*

Metri causa pro πόρσυν' ὡς Heath. corrigit πορσυνῶν in fut. sed jam ante eum Piers. Ver. p. 62. scripsit: Νύμφαις ἑορτὴν πορσυνῶν (vel πορσυνεῖν) ἔδοξε. *Beck.*

Interpretes ad Hesych. glossam ἑορτὴν

ΟΡ. Τροφεῖα παίδων, ἢ πρὸ μέλλοντος τόκου;
ΠΡ. Οὐκ οἶδα πλὴν ἕν, βουσφαγεῖν ὡπλίζετο.
ΟΡ. Πόσων μετ' ἀνδρῶν; ἢ μόνος δμώων μέτα;
ΠΡ. Οὐδεὶς παρῆν 'Αργεῖος, οἰκεία δὲ χείρ.
ΟΡ. Ἦπου τις, ὅστις γνωριεῖ μ' ἰδὼν, γέρον;
ΠΡ. Δμῶες μέν εἰσιν, οἳ σέ γ' οὐκ εἶδόν ποτέ.
ΟΡ. Ἡμῖν δ' ἂν εἶεν, εἰ κρατοῖμεν εὐμενεῖς.
ΠΡ. Δούλων γὰρ ἴδιον τοῦτο, σοὶ δὲ σύμφορον.
ΟΡ. Πῶς οὖν ἂν αὐτῷ πλησιασθείην ποτέ;
ΠΡ. Στείχων, ὅθεν σε βουθυτῶν ἐσόψεται.

Ore. Præmium educationis liberorum, an pro futura prole?
Sen. Nihil scio præter unum, ad boves-mactandos se præparabat.
Ore. Quot cum viris? an solus cum famulis?
Sen. Nullus aderat Argivus; sed domestica *tantum* manus.
Ore. Anne aliquis, qui me conspicatus prodat, senex?
Sen. Famuli quidem sunt, qui te nunquam viderunt.
Ore. Nobis igitur, si vincamus, benevoli erunt.
Sen. Servorum enim proprium hoc, tibique utile.
Ore. Quomodo igitur ad ipsum accedere potero?
Sen. Si *illac* eas, qua te boves-immolans aspiciat.

ἱερτὴν, Κύπριοι, præter hunc Phlegontis locum citant Eustath. Od. Β'. p. 74. (1430. 34. Ed. R.) et Od. Φ'. p. 759. (1908. 57.) Ceterum in Hesychio, Etymol. M. aliisque locis ad imitationem cognati ἱερτὴ vocem istam scribunt ut oxytonon, male, ut patet ex Eustathio. Lectio Edd. Victor. ὑπέρεσιν ἱερτὴν ante Musgravium magnopere vexavit eruditos. *Seidl.*

ἵερτιν, ἱερτὴν, Αἰολικῶς. Scholiast.

629. οἰκεία δὲ χείρ] Χεὶρ pro φάλαγξ. Sic Virg. Æn. Lib. VI. v. 660. *Hic manus, ob patriam pugnando vulnera passi.* *Barnes.*

630. γνωριεῖ] Attice pro γνωρίσει. Vid. Herc. Fur. v. 627. *Barnes.*

631. οἳ σέ γ' οὐκ εἶδον] Ita optime et felicissime Piersonus Verisim. p. 244. Ed. Victor. οὓς ἐγ' οὐκ εἶδον. *Musg.*

οὓς ἐγ' οὐκ εἶδον ποτέ.] Potius scribendum erat ἐγὼ ὀκ, pro ἐγὼ οὐκ, eliso tantum ο parvo. *Barnes.*

Heath. legit: οὓς ἔγωγ' εἶδόν ποτε, quos ego olim *noveram*. Si enim senex se eos nunquam vidisse dixisset, quomodo Orestes interrogare pergeret, an benevoli futuri essent, Ægistho a se superato?

Reisk. scribit: δμῶες νῦν εἰσιν (adsunt ipsi servi,) οἳ σέ γ' οὐκ εἶδον—) *Beck.*

οἳ σέ γ' οὐκ εἶδόν π.] Edd. Victor. οὓς ἐγ' οὐκ εἶδον ποτέ. Emendavit Pierson. Veris. p. 244. Brubach. typothetæ errore μὴν pro μέν. *Seidl.*

633. Δούλων γὰρ ἴδιον] Ita legendum suadent MSS. varietates, quorum MS. α. ἄλλων γὰρ ἴδιον. MS. β. δίλων γὰρ ἴδιον. Ed. Victor. λέξω γὰρ ἴδιον. *Musg.*

Reisk. corrigit: βλάψει γὰρ αὐτὸν τοῦτο. *Beck.*

Δούλων] Ita probabiliter correxit Musgravius. Mire in hac voce variant libri. Edd. Victor. λέξω γὰρ ἴδιον. MS. α. ἄλλων γὰρ ἴδιον. MS. β. δίλων γὰρ ἴδιον, ex quo facere possis δειλῶν γάρ. Sed Musgravii emendatio præstat. *Seidl.*

634. Πῶς οὖν ἂν] Ita MSS. tres, ut jam Barnesius, Cantero auctore. In Ed. Victor. deest ἄν. *Musg.*

Πῶς οὖν ἂν αὐτῷ πλησιασθείην ποτέ;] Cum olim legeretur: Πῶς οὖν αὐτῷ, Canterus, Scaliger, aliique viderunt, τὸ ἂν



ΠΡ. Ψόγον τρέμουσα δημοτῶν, ἐλείπετο.
ΟΡ. Ξυνῆχ'· ὕποπτος οὖσα γιγνώσκει πόλει.
ΠΡ. Τοιαῦτα· μισεῖται γὰρ ἀνόσιος γυνή.
ΟΡ. Πῶς οὖν ἐκείνην, τόνδε τ' ἐν ταὐτῷ κτενῶ;
ΗΛ. Ἐγὼ φόνον γε μητρὸς ἐξαρτύσομαι.
ΟΡ. Καὶ μὴν ἐκεῖνά γ' ἡ τύχη θήσει καλῶς.
ΗΛ. Ὑπηρετείτω μὲν, δυοῖν ὄντοιν, τόδε.

Sen. Vituperationem metuens popularium, *domi* remansit.
Ore. Intelligo; suspectam esse se novit civitati.
Sen. Ita est: odio enim laborat scelesta fœmina.
Ore. Quomodo autem illam et hunc occidam simul?
Ele. Ego matris apparabo necem.
Ore. Atqui illa quidem fortuna ad felicem exitum perducet.
Ele. Hic quidem nobis duobus inserviat.

ειμί τινι, quam πάρειμι σύν τινι. Lego igitur παρέσται δ' αὖ πόσει, *rursus vero marito aderit*. Piersono placet παρέσται δ' ἐν ποσὶν, quod mihi durum videtur. *Musg.*

Ἄργει· παρέσται δ' ἐν πόσει θοίνην ἔπι.] Scaliger legebat: παρέσται σὺν πόσει, *aderit cum marito*, quod fieri nequeat, nisi detruso δ', quæ res haud ferenda est. Potius ᾧ. Sed nos ἐν πόσει *in convivio* vertimus, sive potius in compotatione, θοίνην ἔπι, ad convivium. Ita Hesychius: Πόσις, πόμα, ἀνὴρ, πότος ἢ οἴνου, ἢ ὕδατος. *Barnes.*

Heath. conjicit: ἐν πόλει, ut intelligatur, præter sacrificium in agris, epulum etiam destinatum fuisse in urbe celebrandum. *Beck.*

παρέσται δ' ἐν πόσει] Legendum puto δ' ἔτι pro δ' ἐν. Particulam ἔτι eadem significatione habuimus supra v. 485. ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ. Hel. 57. εἰσήκουσα — τὸ κλεινὸν ἔτι κατοικήσειν πέδον Σπάρτης. Schol. ad Med. 1011. τὸ δὲ ἔτι καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος κεῖται. Nostro loco hæc particula ad sensum maxime commoda est. Emendationis facilitatem docebit Bast. ad Gregor. Cor. p. 747. ubi ν et π, igitur etiam τι facillime confundi posse monet. Schæferus edidit παρέσται δέ γε πόσει. Quod Barnesius non male conjicit δ' ᾧ πόσει, jam proposuerat Canterus. Reliquas Virorum doctorum conjecturas satius est omittere. *Seidl.*

Forte, ἐν βραχεῖ, *in brevi*, paullo post; vel ἐν τάχει, *celeriter*, aut ἐν ποσὶν, *hoc ipso momento, quod coram est*. *Reisk.*

642. Reisk. scribit: ἐξωρμᾶσ', i. e. ἐξωρμᾶτο. *Beck.*

644. Ξυνῆκ'· ed. Victor.

645. Τοιαῦτα, *ita est*. Sic etiam Hec. 764. *Seidl.*

647. ἐξαρτύσομαι.] Thierschius ex notis marginalibus Victorii enotavit hæc: ἐξαρτήσομαι — γρ. ἐξαρτίσομαι. *Seidl.*

648. Καὶ μὴν] Frigidus admodum, si me audis, versiculus. Legendum forte: Καὶ μὴν ἐκείνη γ', ἣ τύχην θήσει καλῶς. *Enimvero illa est, quæ rem ad felicem exitum perducet*, sua sc. morte. Sic πόλεμον εὖ θῶνται, Thucyd. VIII. 84. *Musg.*

Nihil hic frigidi est. Electræ promittenti, *matris cædem ego apparabo*, respondet Orestes, *atqui Ægisthi quidem cædem secundabit fortuna*. Dicit igitur, si illud alterum Electra possit, prospera futura esse omnia. Nam recte Heathius: ἐκεῖνά γ', i. e. *quæ ad Ægisthum attinent*. *Seidl.*

649. τόδε.] Optime Tyrwhittus: "Reponendum credo ὅδε, Pædagogus scilicet. Vide infra v. 664. et seq." *Musg.*

δυοῖν ὄντοιν,] De Attico δυοῖν pro δυοῖν vide supra ad v. 536. *Barnes.*

Reisk. emendat: ὑπηρετούντοιν νῷν, δυοῖν — *fortuna hæc bene perficiet nobis ambobus ad hoc usa ut ministris*. *Beck.*

δυοῖν ed. Victor.

ὅδε.] Ita bene Tyrwhittus, ut ipse statim conjiciebam. Vulgo τόδε, quod intel-

ΠΡ. Ἔσται τάδ'· εὑρίσκεις δὲ μητρὶ πῶς φόνον;
ΗΛ. Λέγ', ὦ γεραιὲ, τάδε Κλυταιμνήστρᾳ, μολών·
Λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.

Sen. Fient hæc: quomodo vero matri cædem instruis?
Ele. Commentum, O senex, hoc est; Clytæmnestræ profectus
Puerperam me esse nuncia prole mascula.

ligi quidem de fortuna possit, sed illud multo melius convenit sequentibus. *Seidl.*

τάδε, ἤγουν τὸ τῆς τύχης. *Scholiast.*

650. ss. ΠΡ. Ἔσται τάδ'· εὑρίσκεις δὲ μητρὶ πῶς φόνον;
ΗΛ. ΛΕΓ' ὮΩ ΓΕΡΑΙΕ, ΤΑΓΕ Κλυταιμνήστρᾳ μολών·
Λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.

In hoc loco ulcus sub pelle decora latens primus detexit Musgravius, qui optime animadvertit, neque λέγε neque τάδε cum sequentibus consistere posse. Præterea responsum Electræ ad senis interrogationem, frustra quæris. Corrigam itaque

ΑΞΕΙΣ, ΓΕΡΑΙΕ, ΠΑΝΤΑ· Κλυταιμνήστρᾳ μολών
λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.

Jam omnia (h. omnem consilii mei viam atque rationem) *audies. Accede Clytæmnestram eique nuntia me filium partu edidisse.* Sic Sophocl. Electra, 680.

πέπεμμαι πρὸς ταῦτα καὶ τὸ πᾶν φράσω.

Jacobs.

651. Λέγ', ὦ γεραιὲ, τάδε] Lege. Λέγω, γεραιὲ, τάδε. Confer Iph. Aul. 1416.

Por.

Λέγ', ὦ γεραιὲ, τάδε] Nec λέγ', nec τάδε, cum sequentibus consistere possunt. Repono:

πλέγμα, ὦ γεραιὲ, τόδε.

Dolus, O senex, hic est. Plutarch. Op. Mor. p. 110. Ed. Steph. Ἀρκεσιλάου τὸ πλέγμα. Id. p. 571. τύχης πλέγμα καὶ σόφισμα. *Musg.*

Λέγ', ὦ γ.] Nescio, quid in hoc versu hæreat Musgravius. In Barnesiana typographico errore legitur τάγε. *Seidl.*

652. Λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.] Ἡ λεχὼ, ἐν λέχει κειμένη, καὶ τοῦτο μάλιστα διὰ τὸ τίκτειν. Λέγεται καὶ λεχωῒς καὶ λεχωϊὰς περὶ αὐτοῦ. Oppian. Nonnus, Anthólog. &c. Eadem vox occurrit infra v. 654. *Barnes.*

654. Λέγ' ἡλίους, ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ.] De voce λεχὼ supra diximus ad v. 652. De diebus autem purificationis vide quid Moses in Levit. c. xii. et Interpretes in locum. Item Caroli du Fresne Glossarium, aliosque in voce purificationes. Vid. Lycophronis Scholiast. in hunc versum: Πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ. Vide etiam de hac re, ubi et hic ipse locus expenditur, Francisci Rossæi Archæolog. Attic. Lib. V. c. 6. *De Puerperarum Lustrationibus.* Et quæ nos Iphigen. Taur. v. 383. *Barnes.*

655. Interpungo:

καὶ δή· τί τοῦτο μητρὶ προσβάλλει φόνον;

Fac me ita nunciare; quomodo hoc matris cædem conficiet. Musg.

καὶ δή τί τ.] Male Musgravius interpungi vult καὶ δή· τί τοῦτο. *Seidl.*

655. s. ΠΡ. Καὶ δὴ τί τοῦτο μητρὶ προσβάλλει φόνον;
ΗΛ. Ἥξει κλύουσα ΛΟΧΕΙ' ἘΜΟΥ νοσήματος.

τὰ λοχεῖα sive τὰ λόχια est vel locus natalis vel secundus partus. Neutra significatio huic loco convenit. Quare nihil efficitur interpretatione Barnesii, qui verba ita jungi voluit, ut λοχεῖα ab ἥξει pendeat, ἥξει εἰς τὰ λοχεῖά μου. Ipsa enim obstetricatio — (ἡ τοῦ τικεῖν ἐπιμελεία. Pollux. IV. p. 474.) est ἡ λοχεία, Reiskii conjectura nullius assis est. Fortasse corrigendum:

Ἥξει κλύουσα ΛΟΧΙΟΥ ΝΟΣΗΜΑΤΟΣ.

λόχιον νόσημα exquisite pro ipso puerperio. Sic λόχιοι in Bacchis. v. 94. et v. 98. ἐν ὠδίνων λοχίαις ἀνάγκαις. — Versu 666. op-





ΠΡ. Πότερα πάλαι τεκοῦσαν, ἢ νεωστὶ δή;
ΗΛ. Λέγ' ἡλίους, ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ.
ΠΡ. Καὶ δὴ τί τοῦτο μητρὶ προσβάλλει φόνον;

Sen. Utrum jampridem *te* peperisse, an nunc demum?
Ele. Dic soles, quibus pura fit puerpera.
Sen. Et quid tandem hoc ad matris cædem valet?

time Pierson ex vestigiis editionis Victor. correxit:

Ἔσωτ' ἀπαντῶν μητρὶ τ' ἀπ' ἐμοῦ φράσον.

Deinde occurrens matri res meas indica. Vulgo legitur: ἔσωτα πάντων. Hæc verba permutata videntur in eleganti Pindari fragmento, quod Plutarchus servavit in Consol. ad Apollon. T. II. p. 120. Collectio Fragm. Pindari ed. Schneideri, p. 23.

Ὀλβίᾳ δ' ἈΠΑΝΤΕΣ αἴσᾳ
λυσίπονον τελευτάν· καὶ
σῶμα μὲν πάντων ἕπεται
θανάτῳ περισθενεῖ, ζῶν
δὲ λείπεται αἰῶνος εἴδωλον.

Verbum initio excidisse apparet. Reiskius tentabat:

Ὀλβίᾳ δ' ἅπαντες αἴσᾳ
Λυσίπονον ΕΥΡΟΝΤΟ τελευτάν.

Sed hoc hariolari est. Equidem Lyricum haud dedecere arbitror quod ipsi conjeci:

Ὀλβίᾳ δ' ἈΠΑΝΤΩΣ' αἴσᾳ
λυσίπονον τελευτὰν ΜΕΤΑ.

Bonorum mentes felici post obitum gaudebunt sorte. ἀπαντᾷν proprie *obviam ire* deinde *nancisci, amplecti* audit. Charondas apud Stobæum. Serm. XLII. p. 289. ὡς ἀπαντώσης νεμέσεως παρὰ δαιμόνων. Unde ἀπαντᾷ impersonaliter *contingit* significat. Dio Chrysost. Orat. LXIII. p. 324. ed. Reisk. λύπην ἔχειν καὶ ἀπορίαν ἀπαντᾷ — Versus Euripideus, qui huic digressioni locum dedit

ἔσωτ' ἀπαντῶν μητρὶ τ' ἀπ' ἐμοῦ φράσον.

in mentem revocat Æschyli locum, in quem verbum φράσον reducendum videtur. Est hic locus in Agamemnone, v. 558. quem totum adscribimus ut corruptela statim manifesta fiat:

ΚΗΡ. Ποθεῖν ποθοῦντα τήνδε γῆν στρατὸν λέγεις;
ΧΟΡ. Ὡς πόλλ' ἀμαυρᾶς ἐκ φρενός μ' ἀναστένειν.
ΚΗΡ. Πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν ΣΤΥΓΟΣ ΣΤΡΑΤΩι.

Prorsus absonum est, præconem a Choro quærere, *unde ei exercitus odium enatum sit*, postquam hic suum erga eundem exercitum amorem ejusque desiderium perspicuis verbis manifestaverat. Nemo igitur interpretum vitium latens non odoratus est, variæque eorum conjecturæ prostant. Inter eas longe ingeniosissima est emendatio Schüzii Viri Ill.

πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν θυμῷ στύγος.

ubi στύγος ægritudinem et mœstitiam animi significat. Leniori tamen forsitan, nullaque transpositione adhibita, legendum:

πόθεν τὸ δύσφρον τοῦτ' ἐπῆν ΣΤΥΓΟΣ ΦΡΑΣΟΝ.

Unde hæc tibi orta sit ægritudo effare. Sic verbum φράσον versum sæpissime terminat. Vide, præter laudatum ex Electra locum, Nostrum in Iphig. in Aul. 1014.

τί δὲ χρή με δρᾶν ΦΡΑΣΟΝ.

Heraclid. 92.

ἀλλά του πέλ' ἐν
χερὶ τῇ κομίζεις νοτερᾶς κέρας, ΦΡΑΣΟΝ.

Sophoclis Electra, 1346.

Τίς οὗτός ἐστ', ἀδελφέ, πρὸς θεῶν, ΦΡΑΣΟΝ.

Jacobs.

ΗΛ. Ἥξει κλύουσα λόχι' ἐμοῦ νοσήματα.
ΠΡ. Πόθεν; τί δ' αὐτῇ σοῦ μέλειν δοκεῖς, τέκνον;
ΗΛ. Ναί· καὶ δακρύσει γ' ἀξίωμ' ἐμῶν τόκων.
ΠΡ. Ἴσως· πάλιν τοι μῦθον εἰς καμπὴν ἄγω.

Ele. Veniet, ubi audiêrit puerperium meum.
Sen. Unde? quid vero ipsi te curæ esse credis, filia?
Ele. Næ, et deflebit claritatem partus mei.
Sen. Fortasse: rursus igitur sermonem ad finem duco.

656. λοχεῖ' ἐμοῦ νοσήματος.] Emendat Barnesius λόχι', quod adjectivum est, et locum non expedit. Legendum:

—λόχι' ἐμοῦ νοσήματα.

Nicias in Antholog. Reisk. p. 52.

κοῦρας ἀπ' ὠδίνων τῆλε βαλεῦ λοχίων.

Antipater, ibid. p. 74.

πῶς δ' ἔθανες; λοχίοισιν ἐν ἄλγεσι —

Musg.

Ἥξει κλύουσα λοχεῖ' ἐμοῦ νοσήματος.] Ὁ νοῦς καὶ ἡ διάθεσις τῶν λέξεων· κλύουσα τοῦ ἐμοῦ νοσήματος, τῆς ἀκαθαρσίας δηλονότι, τῆς διὰ τὸ τίκτειν γινομένης, ἥξει εἰς τὰ λοχεῖά μου. Ἄλλως· ἥξει εἰς τὰ λοχεῖά μου, ἤγουν λοχείαν, ὅταν κλύῃ ἐμοῦ νοσήματος, καὶ ποίαν νόσον νοσῶ, λεχὼ οὖσα δηλονότι. Æmilius Portus haud recte ad ὑπαλλαγὴν refert, pro νοσήματα τῶν ἐμῶν λοχείων. Judicent docti. At vero ego λόχι' pro λόχια legendum puto, potius, quam λοχεῖ' pro λοχεῖα; nam et τὰ λόχια idem scio, quod λοχεῖα, et λόχιοι θάλαμοι dicuntur, *Cubicula puerperarum*; ut Euripid. Bacch. v. 94. Λοχίοις δ' αὐτίκα νιν Δέξατο θαλάμοις Κρονίδας Ζεύς. Adeo nihili est, quod ait Favorinus: Λοχεῖα ἐπὶ γυναικὸς, ὅτι τίξεται· λοχία δὲ διὰ τοῦ ἰῶτα ἡ ἐνέδρα. Sed et λοχεῖ' potest hic stare, et anapæstus erit in tertio loco. *Barnes.*

Reisk. conjicit: ἥξει κλύουσα ταχεῖ' (i. e. ταχεῖα) *veniet cita*, celeris, propere, ubi audierit ἐμοῦ νοστήματος, *de mea convalescentia*. *Beck.*

λόχι' ἐμοῦ νοσήματος.] Schæferus λόχι' ἐμοῦ νοσήματα, ex conjectura Musgravii. Vulgo: λοχεῖ' ἐμοῦ νοσήματος. [Sic Victor.] Placet Musgravii conjectura. Ne tamen loco moveatur vulgata, obstat Brunckii nota ad Œd. Reg. v. 833. qui plura hujus figuræ, quam hypallagen sive antiptosin (ut Schol. ad Soph. Electr. v. 758.) vocant, exempla e tragicis collegit. In his Soph. Electr. 19. ἄστρων εὐφρόνη pro ἄστρα εὐφρόνης, 758. μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ pro μεγίστου σώματος δειλαίαν σποδὸν, Trach. 356. πόνων λατρεύματα pro λατρευμάτων πόνοι. Simile etiam est Nostr. Iph. Taur. 134. Εὐρώταν χόρτων εὐδένδρων, pro quo itidem expectasses χόρτους εὐδένδρους Εὐρώτα. Erfurdtius ad Œd. Reg. l. l. genitivos istos reddendos esse monet per adjectiva, veluti εὐφρόνη ἀστερόεσσα, λατρεύματα ἐπίπονα, qua via si perges, reliqua explicanda erunt σῶμα ἐσποδωμένον, Εὐρώτας εὐδενδρόχορτος, et nostro loco λόχια νοσώδη. *Seidl.*

657. Πόθεν; τί δ'] Vulgo πόθεν; τί δ'. Heathius, interrogandi signo post πόθεν deleto, πόθεν τι δ' αὐτ. *unde vero ipsi tuarum rerum aliquid curæ esse putas?* Sed offendit particula δὲ post πόθεν τι, neque vel sic apta est Electræ responsio. Ex interrogativo τί feci indefinitum. Vid. supra ad v. 564. *Seidl.*

658. Ναί· καὶ δακρύσει γ' ἀξίωμ' ἐμῶν τέκνων.] Sic Ion. v. 62. Γάμων Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο. *Barnes.*

δακρύσει γ' ἀξίωμ' ἐμῶν τόκων, i. e. δακρύσει, ὅτι τέκνα ἃ ἔτεκον οὐκ ἔχουσιν ἀξίωμα. Deflebit dignitatem liberorum meorum, quæ scil. nulla est, i. e. deflebit indignam et humilem liberorum meorum conditionem. *Seidl.*

659. εἰς καμπὴν ἄγω.] Omnino legendum cum Jortino V. D. εἰς καμπὴν ἄγε. *Musg.*

Πάλιν τοι μῦθον εἰς καμπὴν ἄγω.] Καμπὴ, συστροφή· Ἐνταῦθα δὲ τὸ τέλος, μεταφορικῶς παρὰ τῶν δρομέων, οἳ τὸν δρόμον τελευτῶντες εἰς βαλβῖδας κάμπτουσι τοὺς ἵππους· ὅθεν καὶ καμπτὴρ, ἡ νύσσα· λέγεται



ΗΛ. Ἐλθοῦσα μέντοι δῆλον ὡς ἀπόλλυται.
ΠΡ. Καὶ μὴν ἐπ' αὐτάς γ' εἰσίω δόμων πύλας.
ΗΛ. Οὐκοῦν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς ᾅδου τόδε.
ΠΡ. Εἰ γὰρ θάνοιμι τοῦτ' ἰδὼν ἐγώ ποτε.

Ele. Si autem venerit, perspicuum *est* actum esse de ea.
Sen. Atqui in ipsas ædium fores ingredior.
Ele. Ergo hoc est convertere se parum, *et propemodum ire* in Plutonis *ædes.*
Sen. Utinam vero moriar ego tandem hoc conspicatus.

δὲ, ἀπὸ τῆς ἀφετηρίας μέχρι τοῦ καμπτῆρος· καμπὴ δὲ ταὐτόν ἐστι. *Barnes.*

πάλιν τοι — ἄγε.] Vulgo ἄγω pro ἄγε. Heathius: "Verte: Forsan; iterum tibi sermonem ad metam duco; i. e. hoc responso nondum mihi satisfecisti; iterum ergo sermo tuus ad metam quam proposui, ducendus est. Κάμπτη scil. meta est; in certamine autem vehiculari circa metam flectebantur currus. Vid. infr. v. 956." Musgravius cum Jortino mavult εἰς καμπτὴν ἄγε, quod recepimus. *Seidl.*

661. εἰσίω δόμων πύλας.] De Clytæmnestra agitur, cui insidiæ in ædibus Electræ struebantur. Ad earum vero successum non admodum intererat Senem domum ingredi, Clytæmnestram ipsam quam maxime. Legendum:

Καὶ μήν· ἐπ' αὐτάς γ' εἰσίτω δόμων πύλας.

Imo sane: modo ipsas ædium portas ingrediatur. Πύλαι an rusticis Coloni ædibus convenirent, dubitari posset, nisi Euripides scrupulum hunc jam sustulisset, v. 341. et seq. *Musg.*

ἐπ' αὐτάς γ' εἰσιῶ] Vulgo εἰσίω. nihil nisi accentum mutavi. Εἰσιῶ conjunctivus est verbi εἰσίημι. *Atqui* (equidem non deero, sed) *in ipsas ædium portas* (illam) *immittam*, introducam. Est rarus quidem illius verbi usus, dixit tamen Xenophon Hell. I. 3. 12. εἰσιέσθαι pro εἰσαγαγεῖν. Addit Schæferus Thom. M. p. 279. Æschyl. Eum. 763. ubi Aldi et Turnebi lectio ἐσιέσαι videatur exquisitior. Ceterum simili modo paulo post senex respondet v. 670. καὶ μὴν ἐγὼ πέμπωμ' ἂν οὐκ ἀκουσίως. Habet autem prima singularis conjunctivi eandem vim, quam habet prima pluralis, veluti Aristoph. Ran. 291. φέρ', ἐπ' αὐτὴν ἴω. *Seidl.*

Hic versus interrogative accipiendus, ut et sequens. *Heath.*

Depravatus est versus hic cum sequente:

ΠΡ. Καὶ μὴν ἐπ' αὐτὰς εἰσίω δόμων πύλας.
ΗΛ. Οὐκοῦν τράπεσθαι σμικρὸν εἰς ᾅδου τόδε.

In priore optime correxit Musgravius εἰσίτω. De Clytæmnestra enim agitur. Præterea tamen correxerim

νεκρῶν πύλας.

propter ea quæ præcesserunt: ἐλθοῦσα μέντοι δῆλον ὡς ἀπόλλυται. Posterior versus etiam gravius laborat et manifestius in eo ulcus, quod Musgravius sine successu tentavit. Videant alii, an recte et probabiliter emendaverim:

τάχ' οὖν ἔπεισι σμικρὸν ἔσθ' ᾅδου τόδε.

Cui lectioni prorsus accommodatum est, quod sequitur:

εἰ γὰρ θάνοιμι τοῦτ' ἰδὼν ἐγώ ποτε.

Voculæ τάχ' οὖν primam sedem in senariis occupare solent. Conf. Iphig. in Taur. v. 783. Suppl. v. 195. et quæ protulimus c. VII. p. 45. Em. Crit. *Jacobs.*

662. ᾅδου] Erunt fortasse, qui hoc ex Orest. v. 1601. defendi posse putent. Sed et sic Clytæmnestram per τόδε intelligi invenustum est. Lego:

οὐκοῦν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς ὁδὸν τόδε.

εἰς ὁδὸν elliptice pro εἰς ὀρθὴν ὁδὸν, *in viam, quam oportet.* Med. v. 764. κ' εἰς ὁδὸν βεβήκαμεν. Terent. Andr. Act. I. Scen. 2. v. 19. *te oro, Dave, ut redeat jam in viam.* Plene Plutarchus in Nicia: εἰς ὁδὸν τὰ πράγματα καταστήσας σωτήριον, p. 965. Ed. H. Steph. *Musg.*

Nemo hæc intellexit. Recte Musgravius monet, per τόδε Clytæmnestram intelligi non posse. Mea sententia ludit in verbis dicitque hoc: οὐκοῦν σμικρὸν (ἐστὶ) τραπέσθαι τόδε (δηλονότι ὃ λέγεις ΕΙΣ ΔΟΜΩΝ πύλας, ὥστε εἶναι) ΕΙΣ ᾍΔΟΥ. Facile igitur est, parva mutatio est, si

ΟΡ. Ὦ Ζεῦ πατρῷε, καὶ τροπαῖ᾽ ἐχθρῶν ἐμῶν,
Οἴκτειρ᾽ ἔθ᾽ ἡμᾶς· οἰκτρὰ γὰρ πεπόνθαμεν.
ΗΛ. Οἴκτειρε δῆτα σοῦ γε φύντας ἐκγόνους.
ΟΡ. Ἥρα τε, βωμῶν ἣ Μυκηναίων κρατεῖς,
Νίκην δὸς ἡμῖν, εἰ δίκαι᾽ αἰτούμεθα.
ΗΛ. Δὸς δῆτα πατρὸς τοῖσδε τιμωρὸν δίκην.
ΟΡ. Σύ τ᾽, ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν, πάτερ,

Ore. O Jupiter patrie, et meorum vindex hostium,
Miserere nostri! indigna enim passi sumus.
Ele. Miserere nepotes ex te progenitos.
Ore. Et tu, Juno, quæ Mycenæis aris præsides,
Victoriam da nobis: si justa poscimus,
Ele. Da scilicet hisce vindictam, ultricem patris.
Ore. Tuque, O degens apud inferos pater nefarie,

indicat hæc particulæ collocatio, poëtam non vocativos, sed totas sententias nexas voluisse. Novum enim in proximis verbum infertur δὸς νίκην. Eadem particula in simili loco reddenda videtur Sophocli ex Brunckii Cod. T. Œd. Col. 1085. legendumque: ὦ Ζεῦ τε παντάρχα θεῶν, cui respondeat paulo post σεμνά τε παῖς Παλλὰς Ἀθάνα. In Æschyl. Choëph. v. 487. legimus:

ΟΡ. ὦ γαῖ᾽ ἄνες μοι πατέρ᾽ ἐποπτεῦσαι μάχην.
ΗΛ. Ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ τ᾽ εὔμορφον κράτος.

Illud δέ τε varie a viris doctis tentatum vide, ne defendi possit ita, ut explices καὶ σὺ δέ, ὦ Περσέφασσα, δὸς εὔμορφον κράτος. Τε copulat sententias ἄνες μοι et δὸς κράτος, δὲ autem inseritur, quod nova persona compellatur, ut Prometh. v. 981. καὶ σὲ δ᾽ ἐν τούτοις λέγω. Hinc autem non sequitur, Epicorum δέ τε in Tragicos inferri licere. Cf. infra ad v. 1117. *Seidl.*

673. Οἴκτειρε δῆτα σοῦγε φύντας ἐκγόνους.] Σοῦγε pro σούς γε lego, quia dicitur σοῦ φῦς ἔκγονος, non item σὸς φῦς ἔκγονος. Sic φῦς ἀγαθῶν πατέρων Plato. Quomodo autem ex Jove sint oriundi Orestes et Electra, supra ostendimus ad hujus Fab. v. 613. *Barnes.*

σούς γε φύντας ἐκγόνους.] Facilis est Barnesii emendatio σοῦ γε φύντας ἐκγόνους. Noster Heracl. 510.

πατρὸς δ᾽ ἐκείνου φύντες, οὗ πεφύκαμεν.

Coll. ejusd. fabulæ, v. 526. ἐξ ἐσθλῶν φύς. In Orest. 1323. pro ἐμούς γε συγγενεῖς πεφυκότας Codd. quidam habent ἐμοῦ γε. Sed exquisitam loquendi formulam tollere nolui. Consimilia suppeditat Schæferi nota ad Apollonii Rh. Schol. p. 168. seq. — De personarum ratione vehementer errat Reiskius. *Seidl.*

Forte, ἐκγόνου. Porro tribuendus hic versus cum duobus proxime seqq. Electræ; mulieres enim Junonem invocabant. at v. 676. s. rursus sunt Orestis. *Reisk.*

677. Σύ τ᾽, ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν, πάτερ,] Ὦ πάτερ, οἰκῶν κάτω τῆς γῆς, ὅ ἐστι θαπτόμενος, καὶ ἀναιρεθεὶς ἀνοσίως, ἄμυνε τούτοις τοῖς σοῖς φιλτάτοις τέκνοις, τουτέστιν ἡμῖν. Τὸ δέ, Καὶ γῆ τ᾽ ἄνασσα, χεῖρας ᾗ δίδωμ᾽ ἐμάς, διὰ παρενθέσεως. Τὰ γὰρ πρὸ αὐτοῦ καὶ τὰ μετέπειτα πρὸς Ἀγαμέμνονα τείνει. *Barnes.*

κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν recte explicat Barnesius ἀναιρεθεὶς ἀνοσίως. *Seidl.*

Orestes et Electra, omnibus ad jugulandum Ægisthum puniendamque Clytæmnestram comparatis, Jovem, Junonem ipsumque denique patrem, precibus invocant, ut moliminibus suis propitii esse victoriamque præbere velint.

Σύ τ᾽ ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν, πάτερ,
ΚΑΙ ΓΗ Τ᾽ ἄνασσα, χεῖρας ᾗ δίδωμ᾽ ἐμάς,
ἄμυν᾽ ἄμυνε τοῖσδε φιλτάτοις τέκνοις.

Medii versus vitium duplex copula indicat, quæ sic quidem nulla ratione stare potest. Sensit hoc Tyrwhitti sagacitas, qui legendum proponit

ΗΛ. Πάντ' οἶδ', ἀκούει τάδε πατήρ· στείχειν δ' ἀκμή.
Καὶ σοὶ προφωνῶ πρὸς τάδ' Αἴγισθον θανεῖν·
Ὡς εἰ παλαισθεὶς πτῶμα θανάσιμον πεσεῖ,
Τέθνηκα κἀγὼ, μηδέ με ζῶσαν λέγε.
Παίσω κάρα γὰρ τοὐμὸν ἀμφήκει ξίφει.
Δόμων δ' ἔσω βᾶσ', εὐτρεπὲς ποιήσομαι.

Elc. Omnia, scio, audit hæc pater: sed tempus *est eundi.*
Et tibi præterea prædico, ut audacissime Ægisthum ferias,
Quia si mollior factus letifero casu cecideris,
Mortua sum et ego, neque me vivam dicas.
Feriam enim meum caput ancipiti gladio;
Domum autem ingressa, expeditum faciam.

Uterque etiam vidit, pro ὡς δεῖν' legendum esse ὦ δεῖν'. *Musg.*

Plenius post Ἤκουσας distinguit Heath. et reddit: *Audivisti; (nostras* scil. *preces, O pater) quippe atrocia a matre mea passus; et omnes illi etiam* (dii scil.) *audiverunt, quotquot abominantur impios sicarios.* *Beck.*

683. Male hic versus vulgo collocatur post sequentem. ἤκουσας—παθών. Transponendum esse viderunt Reiskius et Tyrwhittus. Musgravius et Heathius vulgatum versuum ordinem servant, quorum ille versum:

ἤκουσας, ὦ δεῖν' ἐξ ἐμῆς μητρὸς παθών,

διὰ μέσου construendum esse putat, alter ad ὅσοι e prægresso ἤκουσας supplet ἠκούσασι. Prius parum placet; alterum si voluisset poëta, scripsisset στυγοῦσι, non στυγοῦσιν. *Seidl.*

Translocandus hic versus post sequentem χ' ὅσοι, et præterea leg. ὦ δεῖν', ἐξ — *O tu, qui dira passus es, audistine?* *Reisk.*

684. Πάντ', οἶδ', ἀκούει τάδε πατήρ·] Ita bene Reiskius. Vulgo comma deest post πάντ'. Οἶδ' valet οἶδα. *Seidl.*

Aut πάντ' (οἶδ') ἀκούει τάδε, aut καὶ πάνυ ἀκούει τάδε. *Reisk.*

685. ss. στείχειν δ' ἀκμή·
καὶ σοὶ προφωνῶ πρὸς τάδ' Αἴγισθον θανεῖν·
ὡς, εἰ παλαισθεὶς πτῶμα θανάσιμον πεσῇ,
τέθνηκα κἀγώ.

Latinus interpres hæc verba sic reddidit, ut nullus facile reperiatur in antiquis scriptoribus locus tam difficilis atque impeditus, quin eadem ratione expediri possit: *Tibi præterea prædico, te præmoneo, ut Ægisthus a te cæsus moriatur.* Vehementer enim dubito, an Græce dicatur σοὶ προφωνῶ θανεῖν τινα. ubi verbum transitivæ potestatis necessario requiritur. Hanc ob causam Musgravius — θρασύνταθ' Αἴγισθον θένειν proposuit. Mihi minori mutatione et una tantum litera appicta scribendum videbatur:

καὶ σοὶ προφωνῶ πρὸς τάδ' Αἴγισθον φθάνειν.

Ægisthum inprimis antevertere conare, ne tu ab eo superatus me quoque in ineluctabile malum conjicias. *Jacobs.*

685. πρὸς τάδ' Αἴγισθον θανεῖν] Nihil hoc versu ineptius. Legendum:

Καὶ σοὶ προφωνῶ θρασύνταθ' Αἴγισθον θένειν·
Ὡς εἰ μαλαχθεὶς πτῶμα —

Musg.

προσφωνῶ, ed. Victor.

Καὶ σοὶ, etc.] Sana sunt omnia. Verte, *Ac tibi jam edico, ut Ægisthus moriatur,* i. e. ut Ægisthum occidas. Conjicit Musgravius: θρασύνταθ' Αἴγισθον θένειν. Θένειν quidem non male. Possis etiam κτανεῖν. Sed neutro opus. *Seidl.*

πρὸς τάδε, *ad hanc legem, ea conditione.* *Reisk.*

686. παλαισθεὶς] Etiam hic non perspicio, cur offendant eruditi. Sensus est, *nam, si in pugna cecideris, ipsa quoque perii.* Παλαισθεὶς est nostrum bekämpft. Pro πεσεῖ legitur πεσῇ. (Sic ed. Victor.) *Seidl.*

Forte, παταχθεὶς. nescio enim, num παλαισθεὶς idem significare possit, atque

Ὡς ἢν μὲν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν,
Ὀλολύξεται πᾶν δῶμα· θνήσκοντος δὲ σοῦ,
Τἀναντί' ἔσται τῶνδε· ταῦτά σοι λέγω.   [χρή.
ΟΡ. Πάντ' οἶδα. ΗΛ. Πρὸς τάδ' ἄνδρα γίγνεσθαί σε
Ὑμεῖς δέ μοι γυναῖκες εὖ πυρσεύετε
Κραυγὴν ἀγῶνος τοῦδε· φρουρήσω δ' ἐγὼ,
Πρόχειρον ἔγχος χειρὶ βαστάζουσ' ἐμῇ·

Nam, siquidem læta de te fama venerit,
Tota domus jubilabit; sed te cæso,
Contraria his fient: hæc tibi *jam* dico.
***Ore.* Omnia teneo. *Ele.* Ad hæc virum te esse oportet.**
Vos vero, mulieres, rite tanquam faces accensas edite
Clamorem hujus certaminis. Ego vero excubias agam,
Promptum ensem mea gestans manu:

κατεπαλαισθείς. patrocinatur tamen vulgatæ additum πτῶμα, quod ad palæstram respicit. *Reisk.*

687. μὴ δέ με ed. Victor.

688. Reisk. legit: παίσω κίαρ γὰρ τοὐμόν. *Beck.*

689. εὐτρεπὴς ποιήσομαι.] Τὸ ξίφος δηλονότι. *Barnes.*

εὐτρεπὴς ποιήσομαι.] Recte Barnesius: τὸ ξίφος δηλονότι. *Seidl.*

690. πύστις] Βάξις, φήμη, παρὰ τὸ πίπυσμαι. *Barnes.*

691. Ὀλολύξεται πᾶν δῶμα·] Hinc omnino patet, quod ὀλολύζω sit vox de lætioribus ululatibus usurpata, ut interpretes notarunt ad illud Homeri Odyss. χ'. v. 411. Ἐν θυμῷ, γρηῦ, χαῖρε, καὶ ἴσχεο, μηδ' ὀλόλυζε. Quare ego per vocem *jubilo* expono in Latina versione. *Barnes.*

Ὀλολύξεται] Eodem modo de clamore læto Æschylus usurpat ἐπολολύζειν, Sept. ad Theb. 827. Choëph. 939. ὀλολυγμὸς, Sept. ad Theb. 270. et Noster Orest. 1136. ubi vid. Scholiast. Etiam ὀλόλυγμα sic legimus Heracl. 782. — In fine versus recte Ed. Princ. δέ σου. Barnesius δὲ σοῦ. *Seidl.*

693. γίνεσθαι ed. Victor.

694. s. πυρσεύετε Κραυγὴν. i. e. *Clamorem edite, qui certaminis exitum, instar facis accensæ, significet.* Et sic fere Reiskius. *Musg.*

εὐ πυρσεύετε Κραυγὴν ἀγῶνος τοῦδε·] Hunc locum obscurum valde mihi videri fatendum est; quid enim est πυρσεύετε κραυγήν; aut quid hic loci κραυγὴ, ubi *silere* potius debuerant, quam *clamorem* tollere? Nisi forsan Fabula puerperæ amplius erat ad vivum agenda; ut Clytæmnestra mox ventura plenius deciperetur. Quare clamorem tollere Chorum jubet Electra et domum facibus illustrare, ad pellendas Lemures, quasi infans jamjam circa focum gestaretur; præterea infirmitas quædam, infantibus formidabilis, κραυγὴ erat dicta, quod paucis, ut puto, animadversum, hæc autem illuminationibus pelli putabatur; hinc Hesych. Κραυγὴ, βοὴ, ἢ νόσημά τι παιδίοις ἐπιφερόμενον, ὃ καταβλάπτει τοῖς παιδίοις· καὶ γὰρ ἡ κραυξ ἐμφερὴς ἐστιν ἡ λεγομένη βασκανία. Hæc habui, quæ ad hunc locum dicerem, sed, ut fateor, vix mihi ipsi satis probata. *Barnes.*

Heath. reddidit: *Vos vero, O mulieres, bene ac tempestive mihi edite, quasi facibus sublatis, clamorem nuncium eventus hujus certaminis.* Excubitores in specula collocati, si quid novi viderent, face accensa sublata indicare debebant, quod πυρσεύειν dicitur proprie. *Beck.*

εὖ πυρσεύετε Κραυγὴν ἀγ. τ.] Explica Reiskium secutus: tumultum, qui a luctantibus (Oreste et Ægistho) orietur, mihi indicate. Bene ille citat, v. 749. De voce πυρσεύειν confer Suidæ glossam, cujus initium hoc est: πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω. *Seidl.*

696. ἔγχος idem est quod paulo ante v. 688. ξίφος. coll. Brunck. ad Soph. Ajac. 685. *Seidl.*



Οὐ γάρ ποτ᾽ ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς, νικωμένη,
Δίκην ὑφέξω σῶμ᾽ ἐμὸν καθυβρίσαι.
ΧΟ. Ἀταλᾶς ὑπὸ ματέρος Ἀργείων   στροφὴ α΄.
Ὀρέων ποτὲ κληδὼν
Ἐν πολιαῖσι μένει φήμαις,
Εὐαρμόστοις ἐν καλάμοις
Πᾶνα μοῦσαν ἡδύθροον

Nunquam enim meis hostibus victa,
Pœnas dabo, ut meum corpus contumeliose tractent.
Cho. Tenera sub matre, ad Argivorum
Montium pedem, fama
Inter priscos manet rumores,
Bene-compactis arundi ibus
Pana, carmen dulcisonum

Ex h. l. patet, ἔγχος etiam de *gladio* dici; qua de re magna olim inter Gallos Academicos lis fuit. *Heath.*

698. Ad rem scenicam Prev. notavit hæc: "Elle rentre dans sa maison, pour préparer le glaive." *Beck.*

χοριαμβικὰ καὶ ἀναπαιστικά. στρο. MSS. Not. Victor. *Seidl.*

699. Ἀταλᾶς ὑπὸ ματέρος] Æmilius Portus alte dormit, cum de proprio hic nomine et de Atalanta, Arcadiæ venatrice, somniat; nihil enim hic aliud poëta vult, quam Chorum mulierum dicere, se ex matribus suis audivisse historiam aurei agni et adulterii Thyestæ, quam rem plenius exsequitur. Huc refer Chorum Orest. in fine actus secundi ad v. 798. Ὁ μέγας ὄλβος, etc. Sensus autem loci: Ἐγὼ, ὁ χορὸς, ἀταλᾶς ἐμᾶς ὑπὸ ματέρος ἤκουσα· ἢ ὑπὸ ματέρος ἐμῆς ἀταλᾶς κληδών τις Ἀργείων ὀρέων ποτὲ διερχομένη, μετὰ ἀρχαίων μύθων μνημονευθεῖσά μοι μένει, δηλονότι τὸν Πᾶνα, ἐν εὐαρμόστοις καλάμοις πνέοντα μοῦσαν, ἤγουν ᾠδὴν ἡδύθροον, Πᾶνα λέγω, τὸν ἀγρῶν ταμίαν, ἢ ἀγροῖκον θεὸν, καὶ ἀγρῶν ἔφορον, πορεῦσαι ποτὲ εἰς τὸ ποιμνίον τοῦ Ἀτρέως χρυσίαν ἄρνα, etc. *Barnes.*

ἀπὸ, *a matre inde*, scribit Reisk. *Beck.*

Fabula, quæ in hoc carmine narratur, pluribus exponitur a Scholiastis ad Orest. v. 803. et 995. seqq. Construe: κληδὼν ἐν π. φ. μένει, Πᾶνα, ἀγρῶν ταμίαν, εὐαρ. ἐν καλ. μοῦσαν ἡδ. πνέοντα πορεῦσαί ποτε χρυσίαν ἄρνα καλλ. ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος Ἀργείων ὀρέων. Ad ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος (i. e. ἀρνὸς) intellige οὖσαν. Similiter noster de ave matre Troad. v. 147.

μάτηρ δ᾽ ὡς τις πτανοῖς κλαγγὰν
ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω ᾽γὼ
μολπάν.

Hæc autem agna mater dicitur fuisse Ἀργείων ὀρέων, i. e. τραφεῖσα ἐν Ἀργείοις ὄρεσι. Ita nihil video difficultatum, quas viri docti jactant. *Seidl.*

700. Ὀρέων a quo in constructione pendeat, nihil est. Legendum forte:

— Ἀργείων
Ὀρέων πόδα κληδών.

Fama adhuc manet, Πᾶνα — πορεῦσαι — χρυσίαν — (ἐς) πόδα Ἀργείων ὀρέων, i. e. ad Mycenas, quas ad pedem horum montium sitas esse, Pausanias attente lectus docebit. Pani autem a poëta hoc officium demandatur, ut filio Mercurii, qui ob Myrtili cædem totam Pelopis domum exsilio devoverat. vid. Orest. 992. ibique Scholiasten.

Montes Argivi a Pseudo-Plutarcho de fluviis (cap. Inachus) sic recensentur: Mycenæ, Apesantium, Coccygius, Athenæus.

κορέων, *puellarum Argivarum fabula*, Reiskii conjectura. *Beck.*

701. πολιαῖσι φήμαις,] Apollonides in Anthol. H. Steph. p. 11.

Θρηϊκίης φήτνης πολλὸς λόγος εἰς ἐμὸν ὄμμα
ἤλυθε

Musg.

Πνέοντ', ἀγρῶν ταμίαν,
Χρυσέαν ἄρνα καλλιπλόκαμον
Πορεῦσαι· πετρίνοις τ' ἐπιστὰς
Κᾶρυξ ἰάχει βάθροις,
Ἀγορὰν, ἀγορὰν, Μυκηναῖοι,
Στείχετε, μακαρίων
Ὀψόμενοι τυράννων φάσματ' ἀ-
δείματα· χοροὶ δ' Ἀτρειδᾶν

Spirantem, ruris dominum,
Agnam aureo pulchroque vellere conspicuam
Misisse. Et saxeis instans
Gradibus præco exclamavit,
Ad concionem, *ad* concionem, O Mycenæi,
Ite, beatorum
Visuri tyrannorum portenta
Terroris expertia: Chori autem Atridarum

705. Χρυσέαν ἄρνα καλλιπλόκαμον] De aureo Atrei agno, a quo regni fatum pendebat, quem quod Thyestes adulteratæ Aëropæ, Atrei, fratris, uxoris, ope surripuerat, exsilio primo mulctatus, mox filiorum carnibus convivio exceptus; unde Pelopidarum domui tot mala; Vide Euripidis Scholiasten ad Orest. v. 803. et ad v. 995. item quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 196. Eustathium denique etc.
Barnes.

Ut metri, quod periodicum est, constet ratio, legendum καλλίποκον, *pulchro vellere.* *Heath.*

707. βάθροις,] Ita MSS. tres, ut legendum viderat Scaliger. Ed. Victor. βαράθροις. *Musg.*

Κᾶρυξ ἰάχει βάθροις,] Κῆρυξ ἰάχειν πετρίνοις βάθροις ἐπιστάς· Κήρυκες γὰρ ἐπὶ πετρίνοις βήμασι στάντες τὰ δημόσια ἐκήρυξαν. Καὶ ὅταν ἀγορήνδε ἐκάλεσαν, ἔλεγον· Ἀγορὰν, ἀγορὰν στείχετε, Μυκηναῖοι, ἢ Ἀθηναῖοι. Ἐν βουλαῖς ἠρώτησαν κηρύσσοντες· Τίς ἀγορεύειν βούλεται. Vid. ad Suppl. v. 448. Olim vero βαράθροις male legebatur; Scaliger βάθροις emendavit. *Barnes.*

Κάρυξ ed. Victor.

708. ss. Ἀγορὰν, ἀγορὰν Μυκηναῖ | οι στείχετε μακαρίων | Ὀψόμενοι τυράννων | Φάσματα, δείματα χοροὶ δ' Ἀτρειδᾶν, ed. Victor.

710. s. Ὀψόμενοι τυράννων
φάσματα, δείματα.

Agitur de agna aureo vellere instructa, unde rixa et omnis generis calamitates in Pelopis familiam invaserant. Verba quæ adscripsimus præconis sunt, Mycenarum incolas ad agnam nunc primum a Pane adductam, conspiciendam invitantis. Unde apparet verbum δείματα huic loco parum convenire: cum ista agna neque per se esset terribilis neque tum quisquam suspicari posset, quot calamitatum, quot rixarum et cædium auctor esset futura. Quare legam:

Ὀψόμενοι τυράννων
φάσματα, θαύματα.

Jacobs.

φάσματα, δείματα·] Appositio aliquando epitheti locum supplet, ut hic: φάσματα, δείματα, pro δειματόεντα φάσματα.
Barnes.

φάσματα, δείματα·] Musgravius edidit φάσματ' ἀδείματα. Equidem a vulgata lectione recedere dubitavi. Tale enim portentum, ut a diis missum, sine horrore esse non poterat. Hermannus satis probabiliter δείγματα. Quod metrum attinet, in fine versus videtur aliquid deesse. De Vers. Dochm. p. 18. inserui καὶ, omissa in proximo versu particula δ'. Erfurdtius conjiciebat κῶμοι pro χοροὶ et in antistrophico legebat χρυσόμαλλον. Si verba φάσματα δείματα pro dochmio accipias, in antistrophico legere possis τὰν κι-







Ἐγέραιρον οἴκους.
Θυμέλαι δ' ἐπίτναντο χρυσήλατοι. ἀντιστροφὴ α'.
Σελαγεῖτο δ' ἀν' ἄστυ
Πῦρ ἐπιβώμιον Ἀργείων.
Λωτὸς δὲ φθόγγον κελάδει
Κάλλιστον, Μουσᾶν θεράπων.
Μολπαὶ δ' ηὔξοντ' ἐραταὶ,
Χρυσίας ἀρνὸς ὡς ἐπίλογοι

Exornabant domos.
Templa autem pandebantur aurata,
Splendebatque per urbem
Ignis Argivorum aris impositus.
Tibia vero sonum resonans edebat
Suavem, Musarum famula.
Cantusque amabiles geminabantur
De aureo agno, in contemptum

ῥόεσσαν σχεῖν, i. e. *accepisse*. Sed fateor, nullam harum emendationum veram mihi videri. Quare antiquam lectionem utrobique retinui. Ultimum quidem strophæ versum facile antistrophico facias respondere, particula δ' post Ἀτρειδᾶν collocata, sed quum de vitii ratione et sede non satis constet, ne hoc quidem novare volui. *Seidl.*

712. Ἀτρειδᾶν, i. e. Atrei et gentis ejus. Sic Soph. Œd. Col. 1066. Θησεΐδαι de Theseo cum militibus suis. *Seidl.*

χέλυν.] Reiskius: "Χέλυν hic loci est *pectus*, compages costarum et sterni, h. e. tota thoracis arca χέλυς dicitur, a similitudine testudinis." Henr. Steph. Thesaur. v. χελύσσομαι citat Schol. Nicandr. Alexiph. v. 81. διὰ χέλυος, τουτέστι τοῦ στήθους, τὴν ἀναφορὰν τῶν ἐρυγμάτων ποιεῖται. *Seidl.*

τὶς hoc loco et κοπίδ', (sine interrog.) exhibet ed. Victor.

838. σπλάγχνα. i. e. viscera thoracica, ut bene Reiskius. *Musg.*

σπλάγχνα h. l. sunt viscera thoracis, pulmones et cor. Nam antea de visceribus abdominis dixerat. *Reisk.*

841. σφονδύλους] Ἀστραγάλους. Hom. Iliad. ξ'. v. 466. *Barnes.*

843. ἠλάλαζε] Legendum ἠσφάδαζε, quo-



Ἔστησαν, ἀντίπρωρα σείοντες βέλη,
Πυλάδης, Ὀρέστης τ'· εἶπε δ', οὐχὶ δυσμενὴς
Ἥκω πόλει τῇδ', οὐδ' ἐμοῖς ὀπάοσιν·
Φονέα δὲ πατρὸς ἀντετιμωρησάμην
Τλήμων Ὀρέστης· ἀλλὰ μή με κτείνετε
Πατρὸς παλαιοὶ δμῶες· οἱ δ', ἐπεὶ λόγων
Ἤκουσαν, ἔσχον κάμακας· ἐγνώσθη δ' ὕπο
Γέροντος ἐν δόμοισιν ἀρχαίου τινός.
Στέφουσι δ' εὐθὺς σοῦ κασιγνήτου κάρα

Steterunt, adversus *eos* vibrantes tela,
Pylades et Orestes. Dixit autem *Orestes*, non infestus
Venio huic urbi, neque meis ministris:
Sed interfectorem patris vicissim sum ultus
Infelix Orestes: quare ne me occidatis,
Patris veteres famuli. Illi vero, cum *hæc* verba
Audissent, continuerunt hastas: agnitus vero fuit a
Quodam in ædibus grandævo sene.
Illico vero coronant fratris tui caput

modo Valckenarium V. Cl. emendasse, memini, me a quopiam inaudiisse. *Musg.*

δυσθνῄσκειν] Idem verbum supra Rhes. v. 787. Et hoc inter argumenta alia reponatur, quod hæc sit Euripidis fabula; cum et verba illius et animi sensus et judicium constanter ubique spiret. *Barnes.*

ἠλάλαζε] Ἀλαλὴ explicatur plerumque ἄναρθρος φωνὴ, et ἀλαλάζειν, ἀνάρθρως βοᾷν. Atque in usu quidem est ἀλαλὴ et ἀλαλάζειν non minus de læto clamore quam de ejulatu. At parum apte tamen dici videtur *totum corpus ejulare.* Advocari quidem possunt similis negligentiæ exempla, veluti Aristoph. Ran. v. 19.

ὦ τρισκακοδαίμων ἄρ' ὁ τράχηλος οὑτοσὶ,
ὅτι θλίβεται μὲν, τὸ δὲ γέλοιον οὐκ ἐρεῖ,

ubi pariter cervici tribuitur, quod ipsi homini tribuendum erat. Sed vereor, ut nostro loco de tali negligentia cogitandum sit. Valckenarius igitur pro ἠλάλαζε scribi volebat ἐσφάδαζε, referente Piersono ad Mœrin, p. 356. Sed ἠλάλαζε videtur explicandum esse ἐθορυβεῖτο, scil. *manus pedesque jactans.* Cognata enim sunt ἀλαλάζω et ἀλάλημαι, quod posterius Suidas reddit per πεθορύβημαι. Nota est Homerica vox ἀλαλητὸς, i. e. θόρυβος. Immo ipsa vox ἀλαλὴ explicatur per θόρυβος ab Etym. M. et Arcadio Gramm. inedito, quem commemorat Albertius ad Hesychii glossam ἀλάλητα, τεθορυβημένα. Idem valet de formis ἀλαλαγμὸς et ἀλάλαγμα. Apud Zonaram v. ἀλαλαγμὸς hæc leguntur: ἡ ἀλαλαγμός ἐστι φωνή τις ἄναρθρος σύμφωνος, ἀλλήλοις τῶν ἐν πολέμοις συνασπιζόντων καὶ συνηχούντων. παρὰ τὸ τὴν ἀλαλὰν, ὃ σημαίνει τὸν θόρυβον, γίνεται ἀλαλάζω, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀλαλαγμὸς καὶ ἀλάλαγμα. De tympanorum et tibiarum sono ipse noster voce ἀλαλαγμὸς usus est Cycl. 65. et Hel. 1351. Hinc mirum sane, si solum verbum ἀλαλάζειν, a quo ista descendunt, de nullo alio præterquam de vocis strepitu dici potuerit. *Seidl.*

ἠλάλαζεν ed. Victor.

845. Πολλοὶ μάχεσθαι πρὸς δύο, ad pugnam cum duobus multi, i. e. multi erant, si comparaveris cum duobus, contra quos pugnabant. *Seidl.*

847. εἶπε δ',] Scil. Orestes. *Seidl.*

849. Φονέα τε πατρὸς] Lege Φονέα δὲ. *Por.*

Φονέα] Etiam hic melius ultima hujus vocis corripitur. Vid. supra ad v. 599. *Seidl.*

853. Γέροντος — ἀρχαίου] Cf. supra v. 287. *Seidl.*

Χαίροντες, ἀλαλάζοντες· ἔρχεται δέ σοι
Κάρα 'πιδείξων, οὐχὶ Γοργόνος φέρων,
'Αλλ' ὃν στυγεῖς Αἴγισθον· αἷμα δ' αἵματος
Πικρὸς δανεισμὸς ἦλθε τῷ θανόντι νῦν.
ΧΟ. Θὲς εἰς χορὸν, ὦ φίλα, ἴχνος· στροφή.
'Ως νεβρὸς οὐράνιον
Πήδημα κουφίζουσα σὺν ἀγλαΐᾳ.
Νικᾷ στεφανηφορίαν
Κρείσσω τᾶς παρ' 'Αλφειοῦ ῥεέθροις τελέσας
Κασίγνητος σέθεν· ἀλλ' ἐπάειδε

Lætantes, jubilantes. Venit autem tibi
Caput documentum non Gorgonis ferens,
Sed quem execraris, Ægisthum. sanguis autem sanguinis
Tristis usura huic nunc extincto contigit.
Cho. Pone in choream, O amica, pedem
Ut hinnulus aërium
Saltum leviter librans, cum gaudio.
Vincit, coronam
Præstantiorem Olympica adeptus
Frater tuus. Quamobrem accine

Φονία τε, ed. Victor.

856. Κάρα γ' ἐπιδείξων,] Concinnius esset κάρα 'πιδείξων. Malim vero 'πίδειξιν, i. e. ἐπίδειξιν, *documentum*. *Musg.*

Κάρα 'πιδείξων,] Ita Heathius. Vulgo κάρα γ' ἐπιδείξων. [ita ed. Victor.] Propositum a Musgravio ἐπίδειξιν, *documentum*, admitti non patitur notissimus ille pleonasticus usus participii φέρων. *Seidl.*

857. Αἴγισθον, i. e. Αἰγίσθου. De simili relativi vi cf. Porson. ad Eur. Orest. 1646. *Seidl.*

859. Χοριαμβικὰ καὶ ἀναπαιστικά. στροφ. MS. not. ed. Victor. *Seidl.*

861. κουφίζουσα σὺν] Metrum postulare videtur κουφίζουσ' ἐν. *Musg.*

κουφίζουσα, i. e. κούφως κινοῦσα sive ποιοῦσα. Cf. Nostri Suppl. 1057. δύστηνον αἰώρημα κουφίζω. *Seidl.*

862. Νίκας] Legendum haud dubie cum Cantero νικᾷ, *vincit*. Dein ob metrum στεφανηφορίαν. *Musg.*

Νίκας] Canterus conjecit νίκα, probante Musgravio, quod recepit Schæferus. Sed ad τελέσας intelligi posse ἐστὶ, ipse Schæferus probavit ad Lamb. Bos. Ellips. p. 608. Στεφανηφορία νίκης eodem modo dictum est, ut paulo post v. 880. sqq. νικηφόρος μάχης pro φέρων νίκην μάχης. *Seidl.*

νίκας, ed. Victor.

863. Ed. Victor. τοῖς. Legendum τᾶς propter Dorismum, non, ut Edd. (ut et hic male remansit) τῆς. *Musg.*

Κρείσσω τῆς παρ' 'Αλφειοῦ ῥεέθροις] Κρείσσονα στεφανηφορίαν Νίκης, τῆς παρ' 'Αλφειοῦ ῥεέθροις· ὁ Νοῦς· οὗτος ὁ ἀγὼν, τοῦ 'Ορέστου δηλονότι τὸν Αἴγισθον ἀνελόντος, κρείσσων ἐστὶ νίκη, καὶ κρείσσονα στεφανηφορίαν νίκης εἷλεν, τῆς 'Ολυμπιονικῶν ἐν Ἤλιδι παρ' 'Αλφειῷ ποταμῷ. Sed vel νικᾷ cum Cantero legendum, vel certe ἔλαβεν, εἷλεν, aut tale quid, subaudiendum, ut sit hic ordo: Κασίγνητος σοῦ νικᾷ στεφανηφορίαν, vel ἔλαβε νίκης στεφανηφορίαν. *Barnes.*

863. s. Hos versus Heath. ita disponit:

Κρείσσω τῆς παρ' 'Αλφειοῦ	pherecrateus.
'Ρεέθροις τελέσας κασίγνη-	glyconius.
τος σέθεν, ἀλλ' ἐπάειδε.	pherecrateus.

et antistrophicos sic:



Καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ.
ΗΛ. Ὦ φέγγος, ὦ τέθριππον ἡλίου σέλας,
Ὦ γαῖα, καὶ νὺξ, ἣν ἐδερκόμην πάρος,
Νῦν ὄμμα τοὐμὸν, ἀμπτυχαί τ' ἐλεύθεροι,
Ἐπεὶ πατρὸς πέπτωκεν Αἴγισθος φονεύς.
Φέρ' οἷα δὴ 'χω καὶ δόμοι κεύθουσί μου
Κόμης ἀγάλματ' ἐξενέγκωμαι, φίλαι,
Στέψω τ' ἀδελφοῦ κρᾶτα τοῦ νικηφόρου.
ΧΟ. Σὺ μὲν νῦν ἀγάλματ' ἄειρε — ἀντιστροφή.
Κρατί· τὸ δ' ἁμέτερον

Triumphale carmen meo choro.
Ele. O lux, O quadrijugum solis jubar,
O terra, et nox, quam intuebar prius,
Nunc oculus meus et halitus liberi,
Postquam cecidit Ægisthus interfector *mei* patris.
Age, qualiacunque *habeo*, et ædes occultant meæ,
Comæ ornamenta, O amicæ, efferam,
Coronaboque fratris victoris caput.
Cho. Tu quidem nunc ornamenta adfer
Capiti: nostrum vero

Γαίας τυραννεύσαντι
Φίλοι βασιλῆες δικαίως,
Τούσδ' ἀδίκους καθελόντες.

Beck.

Hunc versum iambelegum esse debere, ut versum 861. antistrophicus certissimo indicio est. Legitur tamen locus vulgo sic:

νίκας στεφανηφορίαν
κρείσσω τῆς παρ' Ἀλφειοῦ ῥεέθροις τελέσας.

In quo illud τῆς iambelegum frangit. Verum hoc ipsum τῆς e correctione est, quum editiones Vict. habeant τοῖς, additum illud, ut facile vides, a librario ad ῥεέθροις. Nec tamen articulum τῆς sive τᾶς lingua abesse patitur, si legatur στεφανηφορίαν. Scripsi igitur στεφανηφοριᾶν et constructionem ita explico: κασίγνητος σέθεν τελέσας (ἐστὶ) κρείσσω (scil. ἔργα) τᾶν νίκας στεφανηφοριᾶν παρ' Ἀλφειοῦ ῥεέθροις. Ceterum male Edd. Vict. στεφανοφορίαν. *Seidl.*

865. Καλλίνικον ᾠδὰν] Vide infra ad v. 880. *Barnes.*

σύστημα. ἐπῳδικὸν ad marg. ed. Victor. *Seidl.*

867. ἣν ἐδερκόμην πάρος,] Optime explicat Hermannus, *quam spectabam, quam meditabar antea*, quod scil. vim sibi inferre Electra voluerat. Νέρτα Orcum nonnumquam significare notum est. Ita Orest. 1224.

ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ.

Seidl.

868. ἀμπτυχαὶ] Legendum cum Reiskio ἀμπνοαὶ, nam alterum quid sit, minime intelligo. *Musg.*

ἀμπτυχαὶ] Elegans est Reiskii conjectura ἀμπνοαί. *Seidl.*

ἀμπτυχαὶ sunt *oculorum explicationes*, vel *reclusiones*; quasi dixisset Electra: Nunc mihi liberum est, oculos attollere et aperire. *Heath.*

870. οἷα δὴ 'γὼ] Legendum cum Cantero: οἷα δὴ 'χώ. *Musg.*

δὴ 'γὼ καὶ δόμοι — μου] Paulo negligentius loquitur. Explicatur illud ἐγὼ per δόμοι μου. Canterus et Scaliger conjiciunt δὴ 'χω. *Seidl.*

Χαρήσεται Μούσαισι χόρευμα φίλον.
Νῦν οἱ πάρος ἁμέτεροι
Γαίας τυραννεύσουσιν φίλοι βασιλῆες
Δικαίως, τοὺσδ' ἀδίκους καθελόντες.
'Αλλ' ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ.
ΗΛ. Ὦ καλλίνικε, πατρὸς ἐκ νικηφόρου
Γεγὼς, 'Ορέστα, τῆς ὑπ' 'Ιλίῳ μάχης,
Δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀγάλματα.

Procedet Musis tripudium gratum.
Nunc pristini nostri
Terræ imperabunt amici reges
Jure, sublatis his impiis.
Quare eat consonus lætitiæ clamor.
Ele. O præclara-victoria-insignis, qui ex patre victore
Natus es, Orestes, in bello ad Ilium gesto;
Sume coronas cirrorum comæ tuæ.

οἷα δὴ 'γὼ ed. Victor.

873. Metri causa Heath. legi vult νυν. *Beck.*

Male vulgo νῦν, licet jam emendaverit Canterus. *Seidl.*

Σὺ μὲν, ὅμοια τοῖς ἄνω. *Scholiast.*

874. τοῦδ' ed. Victor. ut sæpius, pro τοῦδ'.

875. Χαρήσεται] Mira locutio χαρεῖν χόρευμα. Scribendum videtur χορεύσεται. Futurum medii activa significatione legitur apud Æschyl. Agam. 35.

αὐτὸς δ' ἔγωγε φροίμιον χορεύσομαι.

Male in recentioribus aliquot editionibus legitur Μούσαισιν. *Seidl.*

876. Νῦν κ. τ. λ.] Hæc chorum solum ad se vel ad spectatores dicere censet Prev. Electram enim jam domum intrasse. *Beck.*

877. Lege ob metrum: Γαίας αὖ τυραννεύσουσι φίλοι βασιλεῖς. *Beck.*

Vulgo τυραννεύσουσιν et βασιλῆες. Scripsi βασιλῆς, non βασιλεῖς, quod illa forma in simili numero occurrit Soph. Aj. 959. Br. ad quem locum vid. Lobeck. coll. ejusdem nota ad v. 186. *Seidl.*

879. Hic quædam decsse statuit Prev. " Je soupçonne ici, inquit, une lacune. L'arrivée d'Oreste n'est point annoncée par le chœur, et l'entr' acte semble trop court. *Beck.*

880. Ὦ καλλίνικε, &c.] Orestes scenam ingreditur caput Ægisthi in manibus ferens, cum Pylada, laboris socio, muta persona; ita enim colligo ex eo, quod sequitur, v. 895. αὐτὸν τὸν θανόντα σοὶ φέρω. De voce καλλίνικος, et quotupliciter sumitur, vide quæ nos ad Herc. Fur. v. 681. *Barnes.*

Actus quarti initium esse jubet Prev. *Beck.*

880. s. νικηφόρου — μάχης,] Vid. supra ad v. 861. *Seidl.*

882. Pro ἀναδήματα, quod senarium claudit officioso anapæsto (vid. Por. Præf. ad Hecub. p. clvii.) in quinta sede, ausimus proponere:

'Ορέστα, τῆς ὑπ' 'Ιλίῳ μάχης,
Δέξαι κόμης σῆς βοστρύχων ἀγάλματα.

ἀναδήματα videtur importatum ex Hippol. v. 82. 'Αγάλματα in duobus versibus proxime præcedentibus, 871. 873. usurpatur, in quibus hæc ipsa ornamenta commemorantur. *Burn.*

Vulgata lectio ἀναδήματα senario infert anapæstum. Bis paulo ante habuimus ἀγάλματα, quod etiam hic poëtam dedisse persuasum mihi est. Facit mecum Censor Britannus Hecubæ Porson. in *Monthly Review*, anni 1799. Jan. p. 97. Variationis causa librarius explicationem in



Ἥκεις γὰρ οὐκ ἀχρεῖον ἕκπλεθρον δραμὼν
Ἀγῶν' ἐς οἴκους, ἀλλὰ πολέμιον κτανὼν
Αἴγισθον, ὃς σὸν πατέρα κἀμὸν ὤλεσε.
Σύ τ', ὦ παρασπίστ', ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου
Παίδευμα, Πυλάδη, στέφανον ἐξ ἐμῆς χερὸς
Δέχου· φέρει γὰρ καὶ σὺ τῶδ' ἴσον μέρος
Ἀγῶνος· ἀεὶ δ' εὐτυχεῖς φαίνοισθέ μοι.
ΟΡ. Θεοὺς μὲν ἡγοῦ πρῶτον, Ἠλέκτρα, τύχης

Venis enim non inutili stadiali decurso
Certamine in ædes; at hoste cæso
Ægistho, qui tuum, et meum patrem perdidit,
Tuque, O assecla, viri piissimi
Alumne, Pylades, coronam ex mea manu
Accipe: habes enim et tu cum hoc æqualem partem
Certaminis: semper igitur felices sitis mihi.
Ore. Deos quidem existima primum, Electra, felicitatis

textum sumsisse videtur. Poëta certe in talibus de variatione minime sollicitus est. *Seidl.*

883. ἴκπλεθρον] Ed. Victor. ἴκπλεθρον, contra quod sic disputat Tyrwhittus: "Vox ἴκπλεθρον occurrit etiam in Medea, v. 1178. ubi a Scholiaste redditur: *μέγα καὶ ὑπερβαῖνον πλέθρου μέτρον*, qui tamen sensus neque illi loco, neque huic, quem versamus, omnino convenit. Re perpensa, vix dubito, quin vox utrobique scribi debeat ἕκπλεθρον cum adspirata, et verti *sex* πλέθρων, i. e. *stadium*. Πλέθρον enim est ἕκτον μέρος τοῦ σταδίου. Suidas in voce. Qua igitur analogia pro ἑξάπηχυς, *sex cubitorum*, ἑξάπλινθος, *sex laterum*, dici jubet Phrynichus ἕκπηχυς, ἕκπλινθος, eadem pro ἑξάπλεθρος usurpatur ab Euripide ἕκπλεθρος. Posito igitur, quod ἀγὼν ἕκπλεθρος nihil aliud est, quam ἀγὼν σταδιαῖος facilis erit et elegans hujus loci explicatio, et etiam alterius in Medea, v. 1178. si pro ἴκπλεθρον reponamus ἕκπλεθρον:

Ἤδη δ' ἀνέλκων κῶλον, ἑκπλέθρου δρόμου
Ταχὺς βαδιστὴς τερμόνων ἀνθήπτετο."

Eodem modo intellexerat Reiskius; Phrynichi autem observationem confirmat locus in Navigio Luciani: ἑκστάδιος γάρ σοι ἡ ἀρχή. *Musg.*

ἕκπλεθρον] Ita hic et in Med. v. 1178. emendaverunt Reiskius et Tyrwhittus. Edd. Vict. ἴκπλεθρον. Ἕκπλεθρον ἀγῶνα explicant ἀγῶνα σταδιαῖον. Πλέθρον enim est ἕκτον μέρος τοῦ σταδίου. Confert Tyrwhittus Suidam v. πλέθρον et Phrynichi ἕκπηχυς et ἕκπλινθος. Simile vitium sustulit Schæferus in Soph. Œd. R. v. 1135. scribens ἑκμήνους pro ἐμμήνους. *Seidl.*

887. Παίδευμα nonnumquam ponitur, ubi expectes παῖς. Noster Cyclop. 596. σύ τ', ὦ μελαίνης νυκτὸς ἐκπαίδευμ', Ὕπνε. cf. Fragm. Æol. IX. 5. *Seidl.*

888. Vulgo φέρῃ. *Seidl.*

889. αἰεὶ ed. Victor.

890. ss. Θεοὺς μὲν ἡγοῦ πρῶτον, Ἠλέκτρα, τύχης Ἀρχηγέτας τῆσδ'· εἶτα κἄμ' ἐπαίνεσον, Τὸν τῶν θεῶν τε τῆς τύχης θ' ὑπηρέτην.] Modesta, libera, ingenua et pia Orestæ responsio. Præclare autem dicitur, non esse humanis viribus tribuendum, si quid fortiter aut feliciter gestum sit a nobis, sed deo et illius providentiæ, quam Veteres Fortunæ titulo vocabant, quibus tantum nos ministros præbemus. Commendat hic locus modestiam, qua non debemus rebus secundis efferri aut insolescere; sed eas Deo acceptas referre. Grotius ita locum vertit: *Felicitatis principem causam, Deos, Venerare* primum; *deinde me lauda, soror, Si vis, ministrum quippe Fortunæ et Deûm.* Ita Nostræ Literæ Chronic. Lib. I. c. 29. v. 20. Καὶ εἶπε Δαυὶδ πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ· Εὐλογήσατε Κύριον, τὸν Θεὸν ἡμῶν· Καὶ εὐλόγησε

Ἀρχηγέτας τῆσδ', εἶτα κἀμ' ἐπαίνεσον,
Τὸν τῶν θεῶν τε, τῆς τύχης θ' ὑπηρέτην.
Ἥκω γὰρ οὐ λόγοισιν, ἀλλ' ἔργοις κτανὼν
Αἴγισθον· ὡς δέ τῳ σάφ' εἰδέναι τάδε
Προσθῶμεν, αὐτὸν τὸν θανόντα σοι φέρω,
Ὅν, εἴτε χρήζεις, θηρσὶν ἁρπαγὴν πρόθες,
Ἢ σκῦλον οἰωνοῖσιν, αἰθέρος τέκνοις,
Πήξασ', ἔρεισον σκόλοπι· σὸς γάρ ἐστι νῦν
Δοῦλος, πάροιθε δεσπότης κεκλημένος.

Autores hujus *esse*, deinde *vero* me quoque lauda,
Et Deorum, et Fortunæ ministrum.
Venio enim non verbis, at factis cæso
Ægistho: ut autem cuivis clare hæc
Demonstremus, *en* ipsum mortuum tibi fero;
Quem, si vis, vel feris dilaniandum objice,
Vel prædam avibus, ætheris soboli,
Suffixum palo suspende; tuus enim est nunc
Servus, qui prius vocabatur dominus.

πᾶσα ἡ Ἐκκλησία τὸν Θεὸν τῶν πατέρων αὐτῶν. Καὶ κάμψαντες τὰ γόνατα προσεκύνησαν Κυρίῳ, καὶ τῷ Βασιλεῖ. Sic Eusebius Lib. X. in fine, de Christianis loquens: ὕμνοι (αὐτῶν) τὸν παμβασιλέα Θεὸν πρώτιστα πάντων, ὅτι δὴ τοῦτ' ἐδιδάχθησαν, κᾆπειτα τὸν εὐσεβῆ βασιλέα (Κωνσταντῖνον) ἐγέραιρον. His itaque conformiter in Esthera nostra, ubi Ahasuerus, Deo disponente, ad Estheræ rogatum, literas Hamanis literis contrarias illi potestatem confert emittendi, v. 1350. Ὡς ἔφαθ'. ἡ δ' Ἐσθὴρ Θεὸν ᾔνεσε καὶ βασιλῆα· Τὸν βασιλῆα φιλεῦντα, Θεὸν δ', ὅτι πάντ' ἴθυνεν. *Barnes.*

894. s. ὡς δέ τῳ σάφ' εἰδέναι τάδε Προθῶμεν,] Ita potius lego, quam δὲ τῷ σάφ', et προσθῶμεν· nam σάφ' hic ponitur pro σάφα, non pro σαφῆ, ut Æmilio Porto placet; σάφα autem Homericum est pro σάφως, et hoc pro σαφῶς; ita Iliad. β'. v. 192. Οὐ γάρ πω σάφα οἶσθ', οἷος νόος Ἀτρείδαο. Et Odyss. α'. v. 202. Οὔτε τι μάντις ἐὼν, οὔτ' οἰωνῶν σάφα εἰδώς. Scripsi itaque προθῶμεν, ut duobus post lineis. *Barnes.*

δέ τῳ — Προθῶμεν,] Vulgo δὲ τῷ προσθῶμεν. Verte: et ut rem alicui clare cognoscendam exhibeamus, ob oculos ponamus. *Seidl.*

δὲ τῷ ed. Victor.

895. Προσθῶμεν,] Recte Barnesius προθῶμεν. *Musg.*

Heath. præplacet προσθῶμεν, quod vertit: *ut vero ad certam hujus rei scientiam confirmandam aliquid addamus, ipsum mortuum tibi affero.* Mavult etiam τάδε pro τάδι.

Reisk. emendat: τὸ σάφ' εἰδέναι τάδε προσθῶμεν, *ut verbis nostris et scientiæ tuæ, τὸ σάφ' εἰδέναι. claram et indubiam scientiam atque demonstrationem addamus.* Vocalis brevis in τὸ producitur ob sequentem litteram sibilantem. *Beck.*

896. Ὅν, εἴτε χρήζεις, θηρσὶν ἁρπαγὴν πρόθες, &c.] Non ego hic notandam puto, ut Stiblinus vult, Orestæ sævitiam, sylvestri ingenio, ac in vindicta nimium efferato, accommodatam. Potius ego judicium poëtæ nunquam satis laudandum exosculor, qui cum hanc rem ipse condemnandam sibi proponeret, hanc optionem a fratre, qui eapse re id se nequaquam facturum ostendit, sorori datam fingit; a qua tamen mox ipsa fortiter et pie rejicitur; tantum infelicis Ægisthi cæsum et surdum caput, non tamen nisi post excusationes quasdam præmissas, modeste interrogat, de veteri ejus insolentia, impietate et aliis, quæ gesserat Ægisthus, ma-

ΗΛ. Αἰσχύνομαι μὲν, βούλομαι δ' εἰπεῖν ὅμως.
ΟΡ. Τί χρῆμα; λέξον, ὡς φόβου γ' ἔξωθεν εἶ.
ΗΛ. Νεκροὺς ὑβρίζειν, μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ.
ΟΡ. Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὅστις ἂν μέμψαιτό σοι.
ΗΛ. Δυσάρεστος ἡμῶν καὶ φιλόψογος πόλις.
ΟΡ. Λέγ', εἴ τι χρῄζεις, ξύγγον'· ἀσπόνδοισι γὰρ
Νόμοισιν ἔχθραν τῷδε συμβεβλήκαμεν.
ΗΛ. Εἶεν· τίν' ἀρχὴν πρῶτά σ' ἐξείπω κακῶν;
Ποίας τελευτάς; τίνα μέσον τάξω λόγον;

Ele. Erubesco quidem, nihilominus tamen volo dicere.
Ore. Quam rem? dic, quia extra metum es.
Ele. Mortuos contumelia afficere *nolo*, ne aliquis me feriat invidia.
Ore. Non est ullus, qui te *propterea* reprehendat.
Ele. Morosa *est* nostra et ad convitia-proclivis civitas.
Ore. Dic si quid velis, soror: irreconciliabilibus enim
Legibus inimicitias cum isto gerimus.
Ele. Esto: quod initium primum tibi dicam opprobriorum?
Quem finem? quam orationem mediam collocabo?

lis; ne nulla pio poëtæ daretur occasio populum Atheniensium suo more præclare de virtutis vitiique natura docendi. *Barnes.*

Ὃν εἴτι χρῄζεις, &c.] Schæferus edidit εἴ τι χρῄζεις. Sed nihil mutandum. Pro εἴτε — εἴτε haud raro Græci dicunt εἴτε — ἤ, ipso monente Schæfero Melet. Crit. p. 5. coll. Lobeck. ad Aj. v. 117. Plena igitur locutio esset, ὃν εἴτε χρῄζεις θηρσὶν ἁρπαγὴν προθεῖναι, πρόθες, εἴτε χρῄζεις σκῦλον οἰωνοῖσιν ἐρεῖσαι, ἔρεισον. *Seidl.*

898. Πήξασ' ἔρεισον σκόλοπι] Nota Veterum morem, qui etiam apud nos obtinet, perduellium capita et membra palis affixa suspendere in terrorem aliorum. *Barnes.*

900. s. Αἰσχύνομαι μὲν, Νεκροὺς ὑβρίζειν.] Monet hic poëta sub Electræ persona, sæviendum non esse in mortuos, nec ultra mortem irasci debere: secundum illud: *Mortalium iræ immortales esse non debent.* Huc referatur illud Euripidis in Philoctete, quod et inter fragmenta invenies: Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ, Οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν Ἀθάνατον· ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται. Huc refer illud caput ex Stobæi Florilegio, Titulo 126. Ὅτι οὐ χρὴ παροινεῖν εἰς τοὺς τετελευτηκότας. Vide quæ nos ex Homero et Archilocho retulimus ad Bacch. v. 1028. *Barnes.*

902. μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ.] Eleganter Tyrwhittus: "Corrigendum credo φθόνος. Sic Pindar. Isth. VII. v. 55.

ὁ δ' ἀθανάτων Μὴ θρασσέτω φθόνος.

Vide supra ad Rhes. v. 453. *Musg.*

μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ.] Vera videri potest Tyrwhitti emendatio, si compares Phœniss. 93. μή μοι ἔλθοι ψόγος, Orest. 964. φθόνος νιν εἷλε, Alcest. 1154. φθόνος μὴ γένοιτό τις θεῶν, coll. Suppl. 358. Iph. Aul. 1097. Hercul. Fur. 1210. ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων. Sed explicari tamen librorum lectio potest μή μέ τις βάλῃ εἰς φθόνον, λέγων με νεκροὺς ὑβρίζειν. Orestis responsio quodammodo indicat, τις de persona accipiendum esse. *Seidl.*

904. Δυσάρεστος ἡμῶν καὶ φιλόψογος πόλις.] Ita Nausicaa de suis civibus loquitur, Odyss. ζ'. v. 273. Τῶν ἀλεείνω φῆμιν ἀδευκέα, μή τις ὀπίσσω Μωμεύῃ, μάλα δ' εἰσὶν ὑπερφίαλοι κατὰ δῆμον. *Barnes.*

905. s. ἀσπόνδοισι γὰρ Νόμοισιν ἔχθραν τῷδε συμβεβλήκαμεν] Ita hunc locum ex Homero poëta noster expressit, Iliad. χ'. v. 261. Ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστὰ, Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν, Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμ-



Καὶ μὴν δι' ὄρθρων γ' οὔποτ' ἐξελίμπανον
Θρυλλοῦσ', ἅ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σὸν,
Εἰ δὴ γενοίμην δειμάτων ἐλευθέρα
Τῶν πρόσθε· νῦν οὖν ἐσμέν· ἀποδώσω δέ σοι
Ἐκεῖν', ἅ σε ζῶντ' ἤθελον λέξαι κακά.
Ἀπώλεσάς με, κὠρφανὴν φίλου πατρὸς,
Καὶ τόνδ' ἔθηκας, οὐδὲν ἠδικημένος.
Κἄγημας αἰσχρῶς μητέρ', ἄνδρα τ' ἔκτανες
Στρατηλατοῦνθ' Ἕλλησιν, οὐκ ἐλθὼν Φρύγας.
Εἰς τοῦτο δ' ἦλθες ἀμαθίας, ὥστ' ἤλπισας,
Ὡς εἰς σὲ μὲν δὴ μητέρ' οὐχ ἕξεις κακὴν
Γήμας, ἐμοῦ δὲ πατρὸς ἠδίκεις λέχη,

Equidem nunquam intermittebam matutino tempore
Jactare *mecum*, quæ volebam in conspectu tuo dicere,
Si quando terroribus fierem libera
Prioribus: nunc ergo sumus: referam igitur tibi
Illa, quæ tibi, [*Ægisthe*,] viventi voluissem dicere mala.
Perdidisti me, et *me* orbam charo patre,
Et hunc fecisti, nulla lacessitus injuria.
Turpiterque duxisti matrem, ac virum interfecisti,
Græcorum imperatorem, *ad* Phrygas ipse non profectus.
Eo vero venisti vecordiæ, ut speraveris
Quod matrem *meam* erga te quidem non esses habiturus malam,
Si *eam* duxisses, mei vero patris torum violabas.

τριὶς ἀλλήλοισιν· Ὡς οὐκ ἔφ' ἐμὲ καὶ σὲ φιλήμεναι, &c. *Barnes*.

Λέγ', εἴ τι χρῄζεις, i. e. dic libere, quidquid vis, contra Ægisthum scilicet, quem in proximis Electra alloquitur. *Seidl*.

907. s. τίν' ἀρχὴν πρῶτά σ' ἐξείπω κακῶν; Ποίας τελευτάς; Τίνα μέσον τάξω λόγον;] Et hoc respicit ad illud Homeri Odyss. ι'. v. 14. Τί πρῶτον; τί δ' ἔπειτα; τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Notandum autem est, Electram nunc alloqui cæsum Ægisthum, hoc est illius abscissum caput, quod in scenam Orestes secum tulerat, ut diximus supra ad v. 885. Truncum ejus famuli, ut infra v. 969. *Barnes*.

912. Τῶν πρόσθεν· ed. Victor.

916. μητέρ',] Hic et infra v. 919. intellige ἐμήν. Quod Reiskius dicit ad v. 919. μὲν hic non locum habere, quoniam sequens δὲ huc non respiciat, vir doctissimus in utraque re fallitur. *Seidl*.

919. μητέρ'] Subauditur ἐμὴν, vel ἡμετέραν, ut supra v. 916. *Musg*.

μὲν locum hic non habet; nam sequens δὲ non respicit huc, sed ad ἤλπισας; quare leg. εἰς σ' ἐμήν. *Reisk*.

920. Canterus mavult ἠδίκει, sed æque hic stare potest vulgatum. *Beck*.

ἠδίκεις] Jure Canteri conjecturam ἠδίκει improbat Heathius. Sensus est: In te quidem putabas matrem meam justam fore, in patrem autem meum fecisti ut injusta esset. *Seidl*.

921. Ἴστω δ', ὅταν τις, i. e. ἴστω ἐκεῖνος, ὅστις ἄν. *Seidl*.

923. δοκεῖ] Ita MS. γ. ut jam recentiores. Ed. Victor. δοκῶ. *Musg*.

δύστηνός ἐστιν] Ex vulgari syntaxi dicendum fuisset δύστηνος ἂν, sive ὅτι δύστηνός ἐστι.

δοκεῖ] Jam Brubachius edidit, nec



Ἴστω δ', ὅταν τις διολέσας δάμαρτά του
Κρυπταῖσιν εὐναῖς, εἶτ' ἀναγκασθῇ λαβεῖν,
Δύστηνός ἐστιν, εἰ δοκεῖ τὸ σωφρονεῖν
Ἐκεῖ μὲν αὑτὴν οὐκ ἔχειν, παρ' οἷ δ' ἔχειν.
Ἄλγιστα δ' οἰκεῖς, οὐ δοκῶν οἰκεῖν κακῶς.
Ἤιδησθα γὰρ δῆτ' ἀνόσιον γήμας γάμον,
Μήτηρ δέ σ' ἄνδρα δυσσεβῆ κεκτημένη.
Ἄμφω πονηρὼ δ' ὄντ' ἀφαιρεῖσθον τύχην,
Κείνη τε τὴν σὴν, καὶ σὺ τοὐκείνης κακόν.
Πᾶσιν δ' ἐν Ἀργείοισιν ἤκουες τάδε,
Ὁ τῆς γυναικὸς, οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή.
Καίτοι τόδ' αἰσχρὸν, προστατεῖν γε δωμάτων

Sciat autem, quisquis corruperit uxorem alicujus
Furtivo concubitu, si postea eam ducere coactus fuerit,
Se infelicem esse, si putet pudicitiam
Illic quidem, ab ea non servatam fuisse, apud se vero servatum iri.
Miserrime vero vivebas, quamvis non existimares te misere vivere.
Sciebas vero profecto nuptias impias a te celebratas,
Materque se tibi impio viro nuptam.
Cum igitur ambo scelerati essetis, aufertis fortunam,
Illa quidem tuam, tu vero malum illius;
Inter Argivos vero cunctos hæc audiebas,
Hic mulieris vir, non autem mulier viri:
Atqui illud turpe, præesse domui

Thierschius ex Ed. Principe varietatis quidquam commemorat. Hervagiana tamen, quæ ex Ed. Principe videtur expressa, δοκῶ habet. *Seidl.*

παρ' οἷ, παρ' αὑτῷ. *Scholiast.*

925. οἰκεῖς,] Legendum ᾤκεις. *Musg.*

ᾤκεις,] Ita Schæferus Musgravium secutus. Vulgo οἰκεῖς. *Seidl.*

926. Ἤιδησθα] Ita Lobeck. de usu Apostrophi, p. 6. Vulgo ᾔδεισθα. [Sic ed. Victor.] *Seidl.*

928. Heathius: "Distinguendum est post ἀφαιρεῖσθον, non post τύχην, ut ita hæc vertantur: *Ambo igitur cum scelerati estis, retulistis, et illa tuam fortunam, et tu illius scelus.*" De distinctione non assentior. Poëta id, quod exspectabas, καὶ σὺ τὴν ἐκείνης, paululum mutavit in τοὐκείνης κακόν. Sensus est: Infelices eratis ambo, alter ex alterius scelere. *Seidl.*

931. Ὁ τῆς γυναικὸς, οὐχὶ τἀνδρὸς ἡ γυνή.] Οὗτος τῆς γυναικός ἐστιν ὑπήκοος, καὶ γυναικοκρατεῖται παρὰ φύσιν· ἡ δὲ γυνὴ οὐχὶ τοῦ ἀνδρός ἐστιν ὑπήκοος, καὶ ὑπ' αὐτοῦ οὐκ ἄρχεται. Tales viros Martialis per jocum dixit *Uxores non ducere, sed iis Nubere*, quia nempe serviunt iis per ignaviam, quibus per naturam superiores statuuntur. Vide ad notam (Barnes.) proxime sequentem. *Barnes.*

ὁ τῆς γυν. etc. i. e. apud Argivos audiebas mulieris vir, non: mulier est viri. Apte Barnesius comparat Martialis illud *uxori nubere nolo meæ.* Cf. Porson. ad Med. 264. *Seidl.*

932. s. Καίτοι τόδ' αἰσχρὸν προστατεῖν γε δωμάτων Γυναῖκα, μὴ τὸν ἄνδρα·] Vide quæ nos ad notam præcedentem, (Barnes.) item ad Estheram nostram, v. 236. et v. 252. ubi et hunc ipsum locum expendimus.

Γυναῖκα, μὴ τὸν ἄνδρα· κἀκείνους στυγῶ
Τοὺς παῖδας, ὅστις τοῦ μὲν ἄρσενος πατρὸς
Οὐκ ὠνόμασται, τῆς δὲ μητρὸς ἐν πόλει.
Ἐπίσημα γὰρ γήμαντι καὶ μείζω λέχη,
Τἀνδρὸς μὲν οὐδεὶς, τῶν δὲ θηλειῶν λόγος.
Ὃ δ' ἠπάτα σε πλεῖστον οὐκ ἐγνωκότα,
Ηὔχεις τις εἶναι, τοῖσι χρήμασι σθένων.
Τὰ δ' οὐδὲν, εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον.

Mulierem, non autem virum: et illos odi
Filios, quicunque eorum masculi quidem patris
Nomen non fert, sed matris, in civitate.
Quum enim quis illustrem, ac *se* majorem uxorem duxit,
Viri quidem nulla, fœminarum vero *fit* mentio,
Quod te plurimum fefellit inscientem.
Gloriabaris te aliquem esse, quia pollebas opibus.
Hæ vero nihil *sunt*, nisi ut breve tempus versantur *nobiscum*:

Plutarch. de Themistocle in Ἀποφθέγμασιν: Τὸν δὲ υἱὸν ἐντρυφῶντα τῇ μητρὶ, πλεῖστον Ἑλλήνων ἔλεγε δύνασθαι· Τῶν γὰρ Ἑλλήνων ἄρχειν Ἀθηναίους· Ἀθηναίων δὲ ἑαυτόν· ἑαυτοῦ δὲ τὴν ἐκείνου μητέρα, τῆς δὲ μητρὸς ἐκεῖνον. *Barnes.*

934. Forte, τοῦ μὲν ἄρσενος πάρα, aut σπόρος, vel γένος. *Reisk.*

938. Tollenda distinctio ad finem versus. Heath. Idem suadet Reisk., et uterque subintelligit τοῦτό ἐστι, *quod te in errorem induxit, hoc est.*

Male vulgo post ἐγνωκότα punctum poni, recte monuerunt Reiskius et Heathius. Meliorem interpunctionem diu ante restituerat Hug. Grotius in Exceptt. p. 363. Vertit ille:

Sed te fefellit ista res vel maxime,
Quod tibi placebas propter auri copiam.

Ad vocem ὃ cf. Pors. ad Hec. 13. et Schæf. ind. ad Eur. Pors. p. 542. sub v. ὅς. *Seidl.*

939. Ηὔχεις] Frequentat Noster verbum αὐχεῖν pro Homerico εὔχεσθαι. *Seidl.*

τὶς, ed. Victor.

940. εἰ μὴ — ὁμιλῆσαι] Notetur hæc constructio. Plena oratio est, τὰ δὲ οὐδὲν ἐστὶ, εἰ μὴ τοιοῦτόν τι, οἷον sive ὥστε αὐτῷ βραχὺν χρόνον ὁμιλῆσαι. *Seidl.*

942. αἴρει κακά·] Optime Tyrwhittus: "Non video, quo sensu ἡ φύσις dicatur *tollere mala.* Nisi multum fallor, pro κακὰ legendum est κάρα. *Hæc enim semper perdurans tollit caput.* Sic Æschyl. Choëph. v. 494.

ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις φίλτατον τὸ σὸν κάρα."

Eadem apud Ovidium locutio est. Trist. Lib. IV. Eleg. III. v. 81.


——— caputque
Conspicuum pietas qua tua tollat, habet.

Musg.

κάρα pro κακὰ legit Prev. et reddit verba: "L'une demeure inébranlable et lève la tête sans frayeur." *Beck.*

αἴρει κακά·] Φύσις recte Stiblinus explicat, innata ingenii vis, alias τὸ γενναῖον, εὐγένεια. Hæc obsistere quidem malis potest, sed, quod vere Tyrwhittus monet, ea non de medio tollere. Atque omnino hæreo in dictione αἴρειν κακὰ pro ἀφανίζειν, licet ea verbi significatio vulgo feratur. Tyrwhitti emendationem veram non puto, partim quod participium παραμένουσα non satis aptum est, partim quod metaphora nimis quæsita videtur. Ex ipso illo participio παραμένουσα colligo, metaphoram hic quærendam esse de commilitio, ut φύσις depingatur tanquam fida hominis socia, συστρατιῶτις, ad mala arcenda. Legendum igitur opinor ἀρκεῖ pro αἴρει, *arcet mala.* Sic infra 1302. ἠρκέσατον κῆρας μελάθροις. Magis

3



Ἡ γὰρ φύσις βέβαιος, οὐ τὰ χρήματα·
Ἡ μὲν γὰρ ἀεὶ παραμένουσ' αἴρει κακά·
Ὁ δ' ὄλβος ἄδικος, καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνὼν,
Ἐξέπτατ' οἴκων, σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.
Ἃ δ' εἰς γυναῖκας, παρθένῳ γὰρ οὐ καλὸν
Λέγειν, σιωπῶ, γνωρίμως δ' αἰνίξομαι.
Ὕβριζες ὡς δὴ βασιλικοὺς ἔχων δόμους,
Κάλλει τ' ἀραρών· ἀλλ' ἐμοί γ' εἴη πόσις

Natura enim stabilis *est*, haud pecuniæ:
Hæc enim semper perdurans tollit caput:
Opulentia vero injusta, et cum pravis commorans,
Evolat *ex* ædibus, ubi floruerit exiguum tempus.
Quæ vero in mulieres feceris (virginem enim non decet
Dicere) taceo: ut sciatur tamen verbis obscuris indicabo.
Insolenter te gerebas, utpote qui regias domos jam teneres,
Et ex gratiis compositus esses. At mihi sit maritus

hanc emendationem firmat hoc, quod Porsonus Phœniss. v. 938. δυσφύλακτ' αἰτεῖς κακὰ, eodem modo vere, ut opinor, emendat δυσφ. ἀρκεῖς κακὰ, ubi citat Tragici Fragm. apud Wetsten. Prol. in N. T. II. p. 6. σφαγὰς οἰκτρὰς ἀρκέσαι. Etiam Homero ἀρκεῖν est *arcere*. Ceterum confer Isocrat. in Helen. Encom. p. 508. Ed. Bas. ἠπίστατο γὰρ τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας ταχέως μεταπιπτούσας, τὴν δὲ εὐγένειαν ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν. *Seidl.*

αἰεὶ, ed. Victor.

Sextus Empiricus Adv. Mathem. XI. 54. hunc locum sic citat:

ὁ γὰρ ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος,
ἐξέπτατ' οἴκων μικρὸν ἀνθήσας χρόνον,

memoriæ lapsu, ut bene monet Porsonus ad Nostri Phœniss. 567., duos diversarum fabularum versus ob sententiæ similitudinem componens. De priori versu disputat Porsonus l. c. et de alterius prava lectione ἐξέπτατ' idem ad Med. 1. Similem confusionem locus noster expertus est apud Stobæum Floril. p. 381. ubi sic laudatur:

ὁ δ' ὄλβος ἀδίκως καὶ μετὰ σκαιῶν συνὼν
ἐξέπτατ' οἴκων βραχὺν ὁμιλήσας χρόνον.

Ultima vides translata esse ex v. 939. εἰ μὴ βραχὺν ὁμιλῆσαι χρόνον. Notentur autem variæ lectiones ἀδίκως et συνών. Pro ἐξέπτατ' Trincavellus habet ἐξέπτη τ'. *Seidl.*

944. Plene distinguendum ad finem versus. *Heath.*

945. Ἃ δ' εἰς γυναῖκας,] Legendum τὰ δ' εἰς γυναῖκας. Alioqui deest verbum. *Musg.*

Comparat hunc locum Brunck. ad Orest. 26.

ἣ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι
ἔκτεινεν· ὧν δ' ἕκατι, παρθένῳ λέγειν
οὐ καλόν· ἐῶ τοῦτ' ἀσαφὲς ἐν κοινῷ σκοπεῖν.

Ἃ δ' εἰς γυναῖκας,] Facile intelligitur ἐποίεις. Cf. Lamb. Bos. Ellips. p. 647. Tecte significat Electra, Ægisthum cum aliis quoque mulieribus consuesse. *Seidl.*

948. ἀραρών·] Recte Scaliger ἀραρώς. Sed præterea legendum, ni fallor, κάλλεσί τ' ἀραρὼς, *totus ex Veneribus compactus.* Solet enim ἀραρὼς nomen plurale adsciscere: Apollon. Rhod. Lib. II. ἀσπιδέεσσιν ἀρηρώς. κάλλος autem in plurali occurrit Antholog. H. Steph. p. 260. et p. 482. *Musg.*

Κάλλει τ' ἀραρών·] Attice, vel, ut alii, Æolice, pro ἀρηρὼς in hoc loco, sic εἰρηκὼν pro εἰρηκὼς, Æolice. Alias ἀραρὼν cum media brevi, poëtice pro ἀρὼν, facta Attica reduplicatione. Sic Homer. O-

Μὴ παρθενωπὸς, ἀλλὰ τἀνδρείου τρόπου.
Τὰ γὰρ τέκν' αὐτῶν, Ἄρεος ἐκκρεμάννυται·
Τὰ δ' εὐπρεπῆ δὴ, κόσμος ἐν χοροῖς μόνον.
Ἔῤῥ', οὐδὲν εἰδώς· ὧν ἐφευρεθεὶς χρόνῳ
Δίκην δέδωκας· ὧδέ τις κακοῦργος ὢν
Μή μοι, τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς,
Νικᾷν δοκείτω τὴν δίκην, πρὶν ἂν πέλας

Non virgineo-vultu-decorus, sed ingenio virili *præditus*.
Ipsorum enim liberi Marte commiscentur.
Formosi vero *sunt* tantum in choris ornamentum.
Pereas, O inscie: cujus convictus tandem
Pœnas dedisti: sic, quisquis est maleficus.
Ne mihi, quamvis primum cursum prospere cucurrerit,
Existimet se aliquis vicisse justitiam, priusquam prope

dyss. π'. v. 169. Ὡς ἂν μνηστῆρσιν θάνατον καὶ κῆρ' ἀραρόντε Ἔρχησθον προτὶ ἄστυ περικλυτόν. Id est: τεχνησαμένω, κατασκευάσαντε. Vid. Eustathium in locum fol. 1798. lin. 48. Quare non erat, ut hic Scaliger emendaret in ἀραρώς. *Barnes.*

Reisk. κάλλει τ' ἀγάλλων, aut ἀραρώς. Etiam Heath. legit ἀρηρὼς, quia verbum ἀράρω mediam habet brevem, in metris iambicis vero apud poëtas Atticos non admittitur Dorismus. Br. ad Or. 1331. ἀραρώς.

Valck. ad Hippol. 1093. conjicit: Κάλλει τι χαίρων. *Beck.*

ἀραρώς.] Ita Schæferus ex Scaligeri emendatione. Musgravius male conjicit κάλλεσί τ' ἀραρὼς, *totus ex Veneribus compactus.* Edd. Vict. ἀραρὼν, in quo ipsum accentum emendationis ducem habemus. *Seidl.*

950. ἐκκρεμάννυται·] Lego ἐκκεράννυται. Translatio ducta est ex metallurgia. *Musg.*

Pro ἐκκρεμάννυται Musgravius conjicit ἐκκεράννυται. Sed proba est lectio librorum. Ἐκκρεμάννυσθαι τινὸς est *adhærere alicui ita, ut totum te ei committas,* sive *arctissime se ad aliquid applicare.* Noster Suppl. 744.

ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα.

i. e. tibi toti commissi sumus. Fragm. Inc. LXXXI. 2.

τυφλὸν προηγητῆρος ἐξηρτημένον.

Magis apposite ad nostrum locum Plato de Legg. Lib. V. p. 732. E. ἔστι δὴ φύσει ἀνθρώπειον μάλιστα, ἡδοναὶ καὶ λῦπαι καὶ ἐπιθυμίαι, ἐξ ὧν ἀνάγκη τὸ θνητὸν πᾶν ζῷον ἀτεχνῶς οἷον ἐξηρτῆσθαί τε καὶ ἐκκρεμάμενον εἶναι σπουδαῖς ταῖς μεγίσταις, coll. ejusd. Ion. p. 536. A. — Hugo Grotius vertit:

Maritus sit mihi
Non virginali fronte, sed vi mascula.
Namque apta Marti talium proles patrum:
Pulchros at illos non nisi choreæ decent.

Seidl.

952. Reisk. censet, sensum verborum potius esse: *peri; nihil sciens* (neque reveritus) *eorum, quorum pœnas nunc das, tandem aliquando a tempore* (scelerum vindice) *deprehensus tantus nequam.* *Beck.*

Ἔῤῥ' οὐδὲν εἰδὼς ὢν, etc.] Hic locus non unam explicationem admittit. Si post εἰδὼς colo interpungis, (Hervagius et Stiblinus punctum ponunt, Brubachius comma) hic erit sensus: Peri, qui nihil plane intellexisti, i. e. qui de rebus humanis pessime judicavisti, cujus rei (*i. e.* cujus insipientiæ) jam a tempore, rerum vindice, deprehensus pœnas dedisti. Indicat hoc modo Electra, Ægisthum, si sapientius de rebus humanis statuisset, plane non facturum fuisse, quæ fecisset. Οὐδὲν εἰδὼς bene accipi potest absolute, ut εἰδώς τι nonnumquam valet *sapientem* et οἱ εἰδότες *sapientes.* Explicatio Heathii (vid. seq. not.) nimis remota est et a loci nexu aliena. Admitti



Γραμμῆς ἵκηται, καὶ τέλος κάμψῃ βίου.
ΧΟ. Ἔπραξε δεινά· δεινὰ δ' ἀντέδωκέ σοι,
Καὶ τῷδ'· ἔχει γὰρ ἡ Δίκη μέγα σθένος.
ΟΡ. Εἶεν· κομίζειν τοῦδε σῶμ' εἴσω χρεὼν,
Σκότῳ τε δοῦναι, δμῶες, ὡς ὅταν μόλῃ
Μήτηρ, σφαγῆς πάροιθε, μὴ σφ' ἴδῃ νεκρόν.
ΗΛ. Ἐπίσχες· ἐμβάλωμεν εἰς ἄλλον λόγον.

Metam pervenerit et finem attigerit vitæ.
Cho. Patravit dira *facinora:* diras etiam *pœnas* rependit tibi,
Et huic. Justitia enim magnum habet robur.
Ore. Age vero, deferre hujus cadaver intro oportet,
Tenebrisque mandare, O famuli; ut quando venerit
Mater, ante cædem, non aspiciat mortuum.
Ele. Cohibe *te:* alium sermonem inchoëmus.

tamen potest Heathii constructio hoc sensu: qui perperam judicasti de factis tuis, quorum nunc pœnas dedisti, quum felicem te iis fore sperares. Denique eadem constructio etiam in hunc modum explicari potest: ἔῤῥε, οὐδὲν εἰδὼς, i. e. οὐδὲν αἰσθανόμενος τούτων, ἃ νῦν δίκην δέδωκας, abi, nihil suspicatus harum rerum, quas nunc pœnæ loco passus es. Sic Hec. 668. ἥδ' οὐδὲν οἶδεν, i. e. hæc nihil animadvertit, suspicatur. Illud certum est, post δέδωκας punctum ponendum esse. *Seidl.*

952. a. Tollenda distinctio post εἰδὼς, et plene distinguendum post δέδωκας, et post κακοῦργος ὢν minus plene distinguendum, ut cum verbo δοκεῖτω jungatur. Sensus: *Pereas, O nullius earum perite rerum, quarum, post tempus detectus, pœnas dedisti. Ita homo facinorosus ne mihi putet,* &c. Electra appellat Ægisthum imperitum earum rerum, quarum pœnas dedit, quia ii, qui cædem et adulterium ausi sunt, vigilantes et strenui esse debent. *Heath.*

953. ὅδε — ad 956. apud Stob. Grot. vii. p. 121. De Rer. Nat. *Burn.*

Delenda interpunctio post ὤν. *Musg.*

ὅδε τις κακοῦργος ὢν] Δίκην δέδωκε subaudi. Respicit ad illud Homericum de eodem Ægistho dictum, Odyss. α'. v. 47. Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅ, τις τοιαῦτά γε ῥέζοι. *Barnes.*

Vulgo plene interpungitur post ὤν. Sed recte Brubach. et Hervag. interpunctionem omittunt. *Seidl.*

954. βῆμα inter alia significat certam curriculi partem, quarum singulæ lapide, vel alia aliqua meta, signabantur. Polybius: ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ ὑπὸ Ῥωμαίων, p. 193. A. Aliter paullo explicat Casaubonus ad Strabon, Lib. VII. p. 322. *Musg.*

τὸ πρῶτον βῆμα, i. e. initium curriculi, primam curriculi partem. *Seidl.*

956. Γραμμῆς] Vide Hesychium v. γραμμή. *Musg.*

καὶ τέλος κάμψῃ βίου.] Metaphora a flexione curruum et equorum ad cursus metam, ne rapido nimis cursu impingant, unde *meta* dicitur καμπτὴρ Græcis et καμπή. Vide supra ad v. 659. *Barnes.*

τέλος κάμψῃ βίου.] Conf. Hippol. 86. Hel. 1665. *Seidl.*

958. ἔχει γὰρ ἡ Δίκη μέγα σθένος.] Huc refer Deliacum illud epigramma apud Aristotelem in Ethicis citatum: Κάλλιστον τὸ δικαιότατον· λῷστον δ' ὑγιαίνειν. Ἥδιστον δὲ πέφυχ', οὗ τις ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν. De justitia vide Hierocl. a p. 251. ad p. 253. item p. 80. Stobæi Florileg. Serm. IX. Maxim. Tyrium Dissertat. Tob. Magiri Polymnemon. Cœl. Rhodigin. Lib. XXIII. c. 14. 15. et 18. *Barnes.*

959. κομίζειν τοῦδε σῶμ' εἴσω χρεὼν,] Hinc patet, caput simul et truncum corpus in scenam portata fuisse; vide supra ad v. 907. *Barnes.*

ΟΡ. Τί δ'; ἐκ Μυκηνῶν μῶν βοηδρόμους ὁρῶ;
ΗΛ. Οὐκ, ἀλλὰ τὴν τεκοῦσαν, ἥ μ' ἐγείνατο.
ΟΡ. Καλῶς ἄῤ ἄρκυν εἰς μέσην πορεύεται.
ΗΛ. Καὶ μὴν ὄχοις γε καὶ στολῇ λαμπρύνεται.
ΟΡ. Τί δῆτα δρῶμεν; μητέῤ ἦ φονεύσομεν;
ΗΛ. Μῶν σ' οἶκτος εἷλε, μητρὸς ὡς εἶδες δέμας;
ΟΡ. Φεῦ. πῶς γὰρ κτάνω νιν, ἥ μ' ἔθρεψε κἄτεκεν;
ΗΛ. Ὥσπερ πατέρα σὸν ἥδε, κἀμὸν, ὤλεσεν.
ΟΡ. Ὦ Φοῖβε, πολλήν γ' ἀμαθίαν ἐθέσπισας.

Ore. Quid? num quos ex Mycenis auxilio accurrere video?
Ele. Non, sed matrem qui me peperit.
Ore. Recte igitur in laqueos medios venit.
Ele. Atqui rheda et stola se ostentat magnifice.
Ore. Quid igitur agemus? an matrem occidemus?
Ele. Num te miseratio cepit, cum matris corpus vidisti?
Ore. Eheu. Quomodo enim occidam eam, quæ me aluit et peperit?
Ele. *Ita*, ut illa patrem tuum et meum perdidit.
Ore. O Phœbe, multam amentiam mandasti oraculo.

ἴσω] Ita Brubach. Vulgo εἴσω. *Seidl.*

960. Σκότῳ γε] Legendum est cum Reiskio σκότῳ τι. *Musg.*

961. μ' εἰσίδῃ] Legendum vel, ut Barnesius, μὴ 'σίδῃ, vel, quod malim, μὴ σφ' ἴδῃ. *Musg.*

μὴ 'σίδῃ νεκρόν.] Pro μὴ εἰσίδῃ, vel ἐσίδῃ. Sæpissime enim Græci poëtæ, et præsertim Attici, etiam prosaici, elidunt, vel coalescere faciunt Latinorum more vocalem, vel diphthongum, ante sui parem, et aliquando etiam post, ut commodius euphoniæ inservire visum illis fuerit, vel contractionis, aut etiam versus causa, ut ἐγῷδα pro ἐγὼ οἶδα, ἐγ' οὐκ pro ἐγὼ οὐκ supra v. 631. et sexcenta hujusmodi. *Barnes.*

μὴ 'σίδῃ] Ita Barnes. — Victor. Edd. μ' εἰσίδῃ. Schæferus μὴ εἰσίδῃ, ad normam, ut videtur, similis contractionis μὴ εἰδέναι. Fortasse vere. Neque tamen contractionem istarum vocalium memini me legere præterquam in ipsis istis μὴ εἰδέναι, χρὴ εἰδέναι, ἢ εἰδέναι. Nam in Sophoclis Fragm. Epig. II. ex Stob. Tit. LXXIII. p. 311.

κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔσται ποτὲ
γυναικὸς, ἢ ὕστι πῆμα γίγνεται βροτοῖς,

apparet corruptum esse ἢ εἴστι. Gesnerus et Grotius satis bene illud ἢ omittunt, nisi potius legendum est ἢ οὔτι. Noli enim putare scribendi vitio Brunckium illud ἢ addidisse, sed legitur illud in editione Trincavelli. Elisionem ἢ 'ς legimus in Comici Lysistrata 2.

ἢ 'ς Πανὸς ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 'ς Γενετυλλίδος.

Victorius in margine: μὴ πρὸ τοῦ σφαγῆναι εἰσίδῃ τὸν τοῦ Αἰγίσθου νεκρόν. Ceterum, ut hic ὡς μὴ sejuncta sunt, ita ἵνα μὴ in Hecub. v. 11. *Seidl.*

965. Καλῶς ἄῤ ἄρκυν εἰς μέσην πορεύεται.] Vid. Erasmi Adag. *In casses inducere*, εἰς ἄρκυς ἐμβάλλειν. Sunt item hæc proverbialia, in laqueos, casses, retia, incidere, εἰς ἄρκυς πίπτειν· ubi quis in periculum, aut malum aliquod, improviso cadit. *Barnes.*

966. ὄχοις γε] Ita bene Schæferus. Vid. Pors. ad Phœniss. 1638. Vulgo ὄχοις τε. [Ita ed. Victor.] *Seidl.*

969. ἔθρεψε κἄτεκεν;] Vid. Schæf. Melet. Crit. P. I. p. 16. *Seidl.*

971. Ὦ Φοῖβε, πολλήν γ' ἀμαθίαν ἐθέσπισας.] Apollo jussit Orestem, Ægisthum adulterum et Clytæmnestram, matrem suam, omnino occidere, in vindictam

ΗΛ. Ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί;
ΟΡ. Ὅστις μ' ἔχρησας μητέρ', ἣν οὐ χρῆν, κτανεῖν.
ΗΛ. Βλάπτει δὲ δὴ τί πατρὶ τιμωρῶν σέθεν;
ΟΡ. Μητροκτόνος νῦν φεύξομαι, τόθ' ἁγνὸς ὤν.
ΗΛ. Καὶ μήν γ' ἀμύνων πατρὶ, δυσσεβὴς ἔσει;
ΟΡ. Ἐγὼ δὲ μητρὸς τοῦ φόνου δώσω δίκας.
ΗΛ. Τῷ δαὶ πατρῴαν διαμεθίης τιμωρίαν;
ΟΡ. Ἆρ' αὔτ' ἀλάστωρ εἶπ' ἀπεικασθεὶς θεῷ;
ΗΛ. Ἱερὸν καθίζων τρίποδ'; ἐγὼ μὲν οὐ δοκῶ.

Ele. Si vero Apollo indoctus est, quinam sapientes *erunt?*
Ore. Quid mihi respondisti, ut matrem, quam non fas est, interimam.
Ele. Quid vero mali tibi concilias, vindicans patrem tuum?
Ore. Reus parricidii mox agar, qui purus nunc sum.
Ele. An impius eris, patris contumeliam ulciscens?
Ore. Ego matris *ob* cædem pœnas me daturum scio.
Ele. Quid vero si paternam vindictam omittis?
Ore. An hæc Alastor dixit assimilatus Deo?
Ele. Sacro insidens tripodi? Ego quidem non puto.

nempe patris ab iisdem occisi. Ita itaque supra in Orest. v. 28. Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν; Πείθει δ' Ὀρέστην, μητέρ', ἥ σφ' ἐγείνατο, Κτεῖναι. Hujus rei pleni sunt Tragici, Æschylus et Sophocles, Seneca et Euripides. *Seidl.*

972. ᾖ,] De omisso ἂν vid. Porson. ad Orest. 141. *Seidl.*

974. Vulgo βλάπτῃ. [Ita ed. Victor.] *Seidl.*

τὶ, ed. Victor.

975. Constructio est: μητροκτόνος τότε φεύξομαι, νῦν ἁγνὸς ὤν. *Musg.*

Hoc (construct. Musg.) nullo modo fieri potest. Νῦν est *ab hoc tempore* et τότε *tum*, quum scilicet Apollinis responsum accipiebam. Ad φεύξομαι margo Victorii: καρηγορηθήσομαι, immo κατηγορηθήσομαι. *Seidl.*

976. Hic, cum duobus proxime sequentibus versibus, paullo intricatiores sunt, quos sic expediendos censeo:

ΗΛ. Δύμαιν γ' ἀμύνων πατρὶ, δυσσεβὴς ἔσῃ;
ΟΡ. Ἐγᾦδα μητρὶ τοῦ φόνου δώσων δίκας.
ΗΛ. Τί δ', ἂν πατρῴαν διαμεθῇς τιμωρίαν;

Μητρὶ pro μητρὸς præbet MS. a. *Musg.*

Reisk. emendat: καὶ μή γ' ἀμύνων, *impius eris* (affirmat, non interrogat), *si patrem non ulciscaris. Beck.*

μή γ' ἀμύνων, i. e. εἰ μὴ ἀμύνεις. Emendatio est Reiskii. Legebatur olim καὶ μήν γ'. Vid. Pors. ad Phœniss. 1638.

ἔσει;] Vulgo ἔσῃ. *Seidl.*

978. Τῷ δαὶ πατρῴαν διαμεθῇς τιμωρίαν;] De voce δαὶ vide supra v. 244. Διαμεθῇς autem in aoristo secundo mallem legere, quam διαμεθίῃς in præsenti, ob sensum et versum præcipue. Τῷ vero pro τίνι interrogativo. *Barnes.*

Forte, δώσεις (sc. δίκας) πατρῴαν ἂν μεθῇς, *pœnas dabis, si patrem vindicare omittes. Beck.*

Τῷ δ' αὖ — διαμεθεὶς] Vulgo legitur τῷ δαὶ — διαμεθῇς. Edd. Victor. διαμεθίης. Correxit Porsonus loco paulo ante laudato. Ac διαμεθεὶς quidem hauddubie vere. Sed si vulgatam lectionem τῷ δαὶ et signum interrogationis retineas, vide, ne sic possit explicari: *cuinam vero pœnas dabis omissa patris vindicta?* hoc est, nonne sic multo potentiori pœnam dabis, deo scilicet Apollini, qui patris ultionem tibi mandavit? Jam optime subjicitur Orestis dubitatio, fortasse non deum fuisse, qui illa suaserit, sed alastora. *Seidl.*



ΟΡ. Οὐδ' ἂν πιθοίμην εὖ μεμαντεῦσθαι τόδε.
ΗΛ. Οὐ μὴ κακισθεὶς εἰς ἀνανδρίαν πέσῃς.
ΟΡ. Ἀλλ' ἦ τὸν αὐτὸν τῇδ' ὑποστήσω δόλον;
ΗΛ. Ὧι καὶ πόσιν καθεῖλες, Αἴγισθον κτανών.
ΟΡ. Εἴσειμι· δεινοῦ δ' ἄρχομαι προβλήματος.
Καὶ δεινὰ δράσω γ'· εἰ θεοῖς δοκεῖ τάδε,
Ἔστω· πικρὸν δὲ, χἡδὺ τἀγώνισμά μοι.
ΧΟ. Ἰὼ, βασίλεια γύναι χθονὸς Ἀργείας,

Ore. Nunquam crediderim pium esse hoc oraculum.
Ele. An non? Vide ne animo fractus incidas in molliciem.
Ore. Num igitur eundem illi tendam dolum?
Ele. Quo et maritum sustulit, Ægisthum cædens.
Ore. Ingredior: dirum enim discrimen aggredior,
Ac dira patrabo: si diis ita visum,
Esto; amarum certe, et dulce certamen mihi *propositum est.*
Cho. Io, regina fœmina Argivæ terræ

979. Ἆρ' αὔτ' Ἀλάστωρ εἶπ' ἀπεικασθεὶς θεῷ;] Vid. Lactantii Lib. II. c. 16. de Origine Erroris. Jamblichus ipse, ethnicus philosophus, Porphyrii, Christiani nominis hostis infensissimi, discipulus, notissimam de hac re sententiam habet, malos nempe dæmonas bonorum speciem præ se ferre, et aliquando bona hominibus præcipere; ut postea, cum mala præcipiant, facilius credantur. Sed non is locus nunc occurrit. Nec inquirendo nunc subito possum invenire; pravli autem operatores, ut toto fere in hoc opere, ita nunc maxime instant. Quare lectoris candori hæc remitto; si quid forte memoria sim lapsus. Quod autem diabolus sit Dei simia, diximus ad Ion. v. 150. *Barnes.*

Victorius in margine αὐτὸ τὸ ἀποκτείνειν. Malim αὔτ' accipere pro αὐτὰ, i. e. τὰ περὶ τὴν τοῦ πατρὸς τιμωρίαν. Ceterum cf. Orest. 1685.

καίτοι μ' ἐσῄει δεῖμα, μή τινος κλύων
ἀλαστόρων δόξαιμι σὴν κλύειν ὄπα.

Seidl.

981. Οὐδ' ἂν πιθοίμην, i. e. neque etiam illud credam, bene se habere hoc datum oraculum. Hermanno tamen aptius videtur οὐ τἂν pro οὐδ' ἄν. *Seidl.*

982. Οὐ μὴ κακισθεὶς] Ita Musgravius, auctore Reiskio. Vulgo οὔ; μὴ κακισθεὶς. Brubach. et Hervag. οὐ, μὴ κακ. *Seidl.*

Οὐ μὴ jungendum, sublato signo interrogationis. *Reisk.*

983. Reisk. conjicit: ἀλλ' ἢν, *at si* (scil. πέσω εἰς ἀνανδρίαν.) *Beck.*

984. Nullam hic emphasin aut elegantiam habet vox Αἴγισθον. Legendum forte ἀλόγιστον κτανὼν, *sine deliberatione occidens:* Thucydides: τῷ ἀλογίστῳ ἐπιτρέψαντες, V. 99. vid. et VI. 59. *Musg.*

Ὧι καὶ, etc.] Ex emendatione Musgr. Prevostus reddidit ita: " Oui, le même que celui dans lequel elle a fait tomber son époux." *Beck.*

Delevi comma post καθεῖλες. Construendum enim: ᾧ καὶ πόσιν Αἴγισθον καθεῖλες κτανὼν, scil. αὐτόν. *Seidl.*

985. προβλήμα.] MS. β. προβάματος. Verum tamen puto προβλήματος, quod interpretandum *periculi,* quo sensu a Polybio plus semel adhibetur. *Musg.*

προβλήματος.] MS. β. προβάματος. Mendose. Ceterum non *periculum* hic valet πρόβλημα, sed *mandatum negotium.* *Seidl.*

986. Post τάδε vulgo comma ponunt. Sed jam Reiskius sensit, sententiam el



Παῖ Τυνδαρέου,
Καὶ τοῖν ἀγαθοῖν ξύγγονε κούροιν
Διός· οἳ φλογερὰν αἰθέρ' ἐν ἄστροις
Ναίουσι, βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις
Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες·
Χαῖρε, σεβίζω σ' ἶσα καὶ μάκαρας,
Πλούτου, μεγάλης τ' εὐδαιμονίας.
Τὰς σὰς δὲ τύχας θεραπεύεσθαι

Filia Tyndari,
Et fortium soror juvenum, filiorum
Jovis, qui flammeum ætherem in astris
Incolunt, qui in maris fluctibus mortalium
Honores servatrices habent,
Salve, te veneror, æque ac beatos *Deos*,
Divitiarum, magnæque felicitatis *causa*.
Tuas autem fortunas coli

θεοῖς δοκεῖ τάδε rectius ad antecedentia referri. Conjicit enim δράσω, 'πὶ θεοῖς. *Seidl.*

987. πικρὸν δὲ χ' ἡδὺ] Malim equidem: πικρὸν δ', οὐχ ἡδύ. *Musg.*

Musgravius conjicit πικρὸν δ', οὐχ ἡδύ, quod librorum lectione deterius est. Male etiam et contra metrum Victorii editt. πικρὸν δὲ χ' ἡδύ τ' ἀγώνισμα. *Seidl.*

988. Uncinis inclusi vocem ἰώ. Ita enim Thierschius: "ἰὼ linea Victorius subduxit et in margine "M." posuit, quo indicat, ἰὼ in MS. defuisse." Melius profecto videtur abesse. Natum fortasse est ex addito ὦ ad βασίλεια. *Seidl.*

990. Καὶ τοῖν ἀγαθοῖν ξύγγονε κούροιν] Διοσκούροιν. Vide supra ad v. 746. *Barnes.*

991. οἳ φλογερὰν] Barnesius errore typographico οἱ δὲ φλογερὰν. *Musg.*

Quod in Barnesiana est οἳ δὲ φλογερὰν, id recte typographicum errorem judicat Musgravius. *Seidl.*

993. Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες·] Non est, quod adeo turbentur critici, adjectivum masculinum substantivo fœminino adjungi; ita enim Attice apud optimos auctores usurpari videmus, ut: Πύλου ἠμαθόεντος, et ὑλήεντι Ζακύνθῳ, et Φωκάων ὀλοώτατος ὀδμὴ, Homer. et πικρὸν δάμαρτα, et κλυτὸς Ἱπποδάμεια, θῆλυς ἔερση, ὄπα χάλκεον, ἁλὸς πολιοῖο, πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν, πικρὸς ὀδμὴ, quæ omnia exempla et plura ab Eustathio in hanc rem proferuntur; vide quæ nos ex eodem ad Hippolyt. v. 389. et Æmil. Portus in hunc locum. Hæc autem verba: Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες, proprie de Castore et Polluce dicuntur, utpote quorum honor erat, Servatores præcipue dici, de qua quoque re vide quæ nos ad Helen. v. 1663. *Barnes.*

Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες·] Bothius conjicit σωτῆρες. Idem in textu reposuit Schæferus. Sed nihil mutandum est. Τιμὴ hic valet *munus*. Noster Iphig. Taur. 777. ξενοφόνους τιμὰς ἔχω, de Iphigenia, coll. v. 53. τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω ξενοκτόνον. Æschyl. Eum. 416. τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσῃ τάχα, et passim in ista fabula. In Comici Ecclesiaz. 5. ubi de lampade dicitur λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις, non satis accurate vertunt *splendidos solis honores habes*, dilucidius, *splendidum solis munus*. Conf. Valcken. ad Hippol. v. 106. De generis enallage in τιμὰς σωτῆρας vid. Æm. Portum et Barnes. ad h. l. coll. Lobeckio ad Soph. Ajac. p. 270. sqq. *Seidl.*

994. Intellige sic: σεβίζω σε ἕνεκα πλούτου μεγάλης τ' εὐδαιμονίας. *Seidl.*

σεβίζουσ' ἶσα ed. Victor.



Καιρὸς νῦν, ὦ βασίλεια.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἔκβητ' ἀπήνης, Τρῳάδες, χειρὸς δ' ἐμῆς
Λάβεσθ', ἵν' ἔξω τοῦδ' ὄχου στήσω πόδα.
Σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι
Φρυγίοις· ἐγὼ δὲ τάσδε Τρῳάδος χθονὸς
Ἐξαίρετ', ἀντὶ παιδὸς, ἣν ἀπώλεσα,
Σμικρὸν γέρας, καλὸν δὲ, κέκτημαι δόμοις.
ΗΛ. Οὔκουν ἐγὼ, δούλη γὰρ ἐκβεβλημένη

Tempus est, O regina, ab omnibus.

CLYTÆMNESTRA.

Descendite de curru, O Troades, et meam manum
Prehendite, ut extra vehiculum hoc pedem ponam.
Spoliis enim exornatæ sunt ædes Deorum
Phrygiis: ego vero hasce, ex terra Troica
Electas *famulas* pro filia, quam perdidi,
Exiguum munus, gratum tamen, domi possideo.
Ele. Anne ego (serva enim ejecta *ex*

997. Legendum, ut versus Parœmiacus sit:

καιρὸς νῦν, ὦ βασίλεια.

Musg.

Heath. scribit: Καιρός γ' ἐμοὶ, ὦ βασιλεία. *Beck.*

Post καιρὸς vocabulum excidisse, metrum docet. Musgravius inserit νῦν, Heathius γ' ἐμοὶ, pro quo melius esset ἐμοίγ'. Sed laborare mihi videtur hæc tota postrema sententia, quare aliud quiddam excidisse arbitror. *Seidl.*

Deest νῦν in ed. Victor.

998. Ἔκβητ' ἀπήνης, Τρῳάδες,] Clytæmnestra in scenam introducitur, cujus area videtur ager Argivus juxta Coloni, Electræ mariti, rusticas sedes, curru vecta et Trojanis ancillis captivis stipata, Asiatica quadam pompa et luxu plane regio. *Barnes.*

999. Vulgatam hujus vers. lectionem tuetur Van Staueren Obss. Misc. T. X. p. 98. nam Abresch. in Misc. Obss. 9, 3. p. 436. et ad Æsch. I. p. 355. conjecerat βάσω πόδα, quod στῆσαι πόδα sit, *sistere gradum. Beck.*

1000. Σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι] De hostium spoliis, Deorum templis suspensis, vide quæ supra diximus ad v. 6. Ὑψηλῶν δ' ἐπὶ ναῶν τίθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων. Ita antiquitus legimus de Euphorbi, a Menelao in bello Trojano occisi, clypeo in templo Argivæ Junonis laquearibus suspenso, quem aliquot post seculis Pythagoras pro suo agnovit, utpote qui Trojani tempore belli Panthoides Euphorbus erat, ut ait Ovidius Metamorph. Lib. XV. Fab. 3. In quem locum vide veteres Scholiastas Latinos et Diogenem Laërtium in Vita Pythagoræ; Philostratum denique de Vita Apollonii Tyanei, Lib. VIII. c. 3. in oratione Apollonii ad Domitianum. De voce autem κεκόσμηνται, quæ pro κεκοσμημένοι εἰσὶν, Ionice, Attice et Poëtice, ponitur, vide quæ nos ad Herc. Fur. v. 546. Ita Sophocles in Œdip. Colon. v. 1299. Τετίμηνται habet; sic Eurip. in Danaë, v. 70. ἐμμεμόχθηνται. Sic ἐβέβληντο, Ionice ἐβεβλέατο et ἥατο, pro βεβλημένοι ἦσαν. Et certe hæc est antiquissima hujus temporis et personæ formatio, in verbis contractis,

Δόμων πατρῴων, δυστυχεῖς οἰκῶ δόμους,
Μῆτερ, λάβωμαι μακαρίας τῆς σῆς χερός;
ΚΛ. Δοῦλαι πάρεισιν αἵδε, μὴ σύ μοι πόνει.
ΗΛ. Τί δ' αἰχμάλωτόν τοι μ' ἀπῴκισας δόμων;
Ἡιρημένων δὲ δωμάτων ᾑρήμεθα,
Ὡς αἵδε, πατρὸς ὀρφαναὶ λελειμμέναι.
ΚΛ. Τοιαῦτα μέντοι σὸς πατὴρ βουλεύματα,
Εἰς οὓς ἐχρῆν ἥκιστ', ἐβούλευσεν φίλων.
Λέξω δὲ, καί τοι δόξ' ὅταν λάβῃ κακὴ
Γυναῖκα, γλώσσῃ πικρότης ἔνεστί τις,

Ædibus paternis, infelioem incolo domum)
O mater, apprehendam beatam tuam manum?
Cly. Servæ hæ præsto sunt, ne tu mihi labora.
Ele. Quid vero me captivam ab ædibus *paternis* procul amandâsti?
Captis autem ædibus, captæ sumus,
Ut istæ, orbæ relictæ patre.
Cly. Hujusmodi quidem tuus pater consilia
Adversus quos minime oportebat amicos iniit.
Dicam autem. Quanquam quum mala corripuit opinio
Mulierem, linguæ inest quædam acerbitas

mutare *nempe* ηται in ηνται, ut πεποίηται, in plurali πεποίηνται, etc. *Barnes.*

1002. Ἐξαίρετ',] Ἐξαίρετα, pro ἐξαιρέτους, vel δῶρα subaudi, et per appositionem refertur ad Τρῳάδας. Præter sortem autem captivæ plurimæ Trojanæ sunt Agamemnoni concessæ, quod imperator Græcorum erat.

ἀντὶ παιδὸς, ἣν ἀπώλεσα,] Iphigeniam notat, quam ex patris impia pietate immolatam amisit, de qua re vide Iphig. in Aul. Fabulam. *Barnes.*

Ἐξαίρετ',] Intellige, si opus est, δῶρα. V. Lamb. Bos. Ellips. p. 125. sqq. Versu præcedente recte post τάσδε Schæferus posuit comma. *Seidl.*

1008. Heath. distinguit: τί δ'; αἰχμάλωτόν τοί μ' ἀπῴκισας δόμων. *Quidni vero? captivum certe me a domo patria abstraxisti.*

Reisk. scribit: τί δ' αἰχμάλωτον ὡς (i. e. ὡς αἰχμάλωτον) *quare vero me ut captivam abduxisti procul ab ædibus paternis?* ᾑρημένων γὰρ δωμάτων, *ademtis enim ædibus nos quoque capti velut et perditi sumus, non secus atque hæ orbæ,* πατρίδος λελειμμέναι, *procul a patria remotæ.* *Beck.*

Τί δ'; αἰχμάλωτόν] Interrogationis signum, quod vulgo in versus fine ponitur, bene h. l. inseruit Heathius. Τί δέ; est nostrum *wie so?* i. e. cur ita vis, cur me minus quam hasce famulam tibi vis adesse? Proximum τοὶ autem est nostrum doch, sive ja. *Hast du mich doch,* sive *du hast mich ja wie eine Kriegsgefangene aus dem Hause entfernt.* *Seidl.*

1009. Nescio, quo errore in Musgrav. Ed. excusum sit ᾑρημένων μέν. Vertit Reiskius: Ademtis enim ædibus nos quoque capti velut et perditi sumus non secus atque hæ. *Seidl.*

1010. λελειμμέναι.] Non pertinet ad ᾑρήμεθα, sed ad αἵδε. Alias scripsisset λελειμμέναι ex canone Dawesiano, cui calculum suum adjicit Porsonus ad Hec. 515. et alibi. *Seidl.*

1014. Corruptum hunc versum putat Porsonus ad Hec. 302. ob correptam vocalem ante γλ. Sed bene defendit Erfurdtius meus ad Soph. Ajac. v. 1066. p. 619. not. citans Æschyli Fragm. apud Phot. v. ἐκτόπιον:

Ὡς μὲν παρ' ἡμῖν οὐ καλῶς· τὸ πρᾶγμα δὲ
Μαθόντα σ', ἢν μὲν ἀξίως μισεῖν ἔχεις,
Στυγεῖν δίκαιον· εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ στυγεῖν;
Ἡμᾶς δ' ἔδωκε Τυνδάρεως τῷ σῷ πατρὶ,
Οὐχ ὥστε θνήσκειν, οὐδ' ἃ γειναίμην ἐγώ.

(Ut nunc apud nos) non recte: ipsam vero rem
Si cognoveris, si quidem merito *nos* odio prosequi potes, [*nos?*
Odio prosequi *nos est* æquum, si vero non *cognoveris rem*, quid oportet odisse
Nos dedit Tyndareus tuo patri,
Non ut morerer, neque ea, quæ peperissem ego.

κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω.

Quid faciet Porsonus huic versui Soph. Trach. 615.

σφραγῖδι θέμενος τῇδ' ἐπ' ὄμμα, γνώσεται.

Conf. ejus Præf. ad Hec. p. clxxii. sqq. *Seidl.*

1015. Lego et distinguo:

ὡς νῦν παρ' ἡμῖν, οὐ καλῶς.

(*Ut nunc nobis usu venit*) *nullo jure.* Non enim dicit, hoc quoad se tantum iniqtum esse, sed in universum. *Musg.*

Ὡς μὲν παρ' ἡμῖν, οὐ καλῶς, etc.] Hunc locum nemo intellexit. Alii aliter vertunt, sed inepte omnes. Musgravium non satis intelligo. Mutandum autem nihil puto præter interpunctionem. Vulgo enim plene distinguitur post τις versu antecedente, et post ἡμῖν nulla est interpunctio. Loci sensus hic est: *Rem dicam, quamquam, ubi malam famam mulier nacta est, orationi ejus invisi quid inest,* (i. e. ejus orationem inviti audiunt, neque æqua lance pendunt), *injuria, ut mihi quidem videtur, sed rem ipsam* (nulla personæ ratione habita) *decet cognoscere, et, si hac cognita aliquis odio dignus videatur, tum demum æquum est, eum odisse, sin minus, odio abstinere.* Πικρότης igitur est idem quod πικρόν τι, *invisi, molesti quid,* qua significatione sæpissime adjectivum illud apud Nostrum occurrit, ut Med. 226. πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο, Hel. 295. etc. In ipsa nostra fabula supra legimus v. 418. πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν. Quod attinet ad verba παρ' ἡμῖν, conf. Nostri Heracl. 881.

παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε,
ἐχθροὺς λαβόντα μὴ 'ποτίσασθαι δίκην,

i. e. nobis hoc non videtur sapiens. *Seidl.*

1016. Μαθόντα σ',] Hoc, quod habet Ed. Victor. mihi quidem satisfacit. Canterus μαθοῦσαν legit, Reiskius μαθόντας. vid. ad Iphig. in Taur. v. 838. Cyclop. v. 326. *Musg.*

Μαθόντα σ',] Canterus et Scaliger μαθοῦσαν legunt, et certe ea lectio videtur necessaria: ad Electram enim res refertur, nolo tamen aliquid mutare; quia omnia exemplaria μαθόντα habent, et supra ad Ion. v. 973. observavimus, aliquando masculinum genus etiam de singulari fœmina usurpari, quanquam, ut ingenue fatear, vix in hac re tale quid me reperisse meminerim. Vide quoque supra ad v. 993. *Barnes.*

Μαθόντας — ἔχῃ] Vulgo μαθόντα σ' — ἔχεις. Reiskium secutus sum, nisi quod scripsi ἔχῃ, quum illi satisfaceret indicativus ἔχει. Ultima littera in ἔχεις videtur nata e prima vocabuli sequentis, nisi potius secundam personam librarius fecit ob prægressum scilicet σί. *Seidl.*

1017. Neutra in parte versus retinendum censeo στυγεῖν. Lego utique:

Στέγειν δίκαιόν μ', εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ ψέγειν;

Musg.

1018. Optime emendat Dawesius Miscell. Crit. in fine:

ἡμᾶς δ' ἔδωκε Τυνδάρεως τῷ σῷ πατρὶ
οὐχ ὥστε θνήσκειν, οὐδ' ἃ γειναίμην ἐγώ.

Musg.

Ἡμᾶς δ' ἔδωκε] Ita bene Dawesius Miscell. Crit. p. 337. Vulgo ἡμᾶς δίδωσι. (Ita ed. Victor.) *Seidl.*

1019. οὐδ' ἃ γειναίμην ἐγώ.] Γειναίμην Ionice pro ἐγειναίμην, sublato omnino augmento, non autem per contractionem eli-

Κεῖνος δὲ παῖδα τὴν ἐμὴν, Ἀχιλλέως
Λέκτροισι πείσας, ᾤχετ' ἐκ δόμων ἄγων
Πρυμνοῦχον Αὖλιν· ἔνθ' ὑπερτείνας πύλας,
Λευκὴν διήμησ' Ἰφιγόνης παρῇδα.
Κεὶ μὲν πόλεως ἅλωσιν ἐξιώμενος,

Ille vero filiam meam, Achillis
Spe connubii ductam, domo abduxit in
Stationem navium Aulidem; illic superatis portis
Candidam demessuit Iphigeniæ genam.
Et si quidem urbis excidium prohibens

so, ut veteres libri præ se ferebant; tunc enim ἃ produceretur, quod versus ferre nequit. *Barnes.*

γειναίμην etiam Reisk. *Beck.*

ἃ γειναίμην ἐγώ.] Certissima hæc est Reiskii et Dawesii Miscell. Crit. p. 337. emendatio, quum olim legeretur ἃ 'γεινάμην ἐγώ. Barnesius ἃ γεινάμην omisso augmento, quod hic locum non habet. — Ceterum confer Troad. 749. *Seidl.*

ἃ 'γεινάμην, ed. Victor.

1020. s. Κεῖνος δὲ παῖδα τὴν ἐμὴν, Ἀχιλλέως Λέκτροισι πείσας,] Quomodo Agamemnon, prætextu Achillis nuptiarum, Iphigeniam ad Aulidem traxerit, ubi illam immolarit, supra ostendi[illegible] in fabula sub eo nomine venditata. *Barnes.*

1022. ὑπερτείνας πύλας,] Optime Tyrwhittus: Corrigendum credo πυρᾶς. Sic recte in Iphigen. in Tauris, v. 26. Iphigenia de se loquitur:

> ἐλθοῦσα δ' Αὖλιδ' ἡ τάλαιν' ὑπὲρ πυρᾶς
> μεταρσία ληφθεῖσ' ἐκαινόμην ξίφει.

Musg.

Πρυμνοῦχον Αὖλιν·] Αὖλις portus et regio Bœotiæ, ubi Græci naves adscendebant in Trojana expeditione; recte igitur πρυμνοῦχος ob navium, præcipue Græcarum, stationem dicitur, et quod ob tranquillitatem diu ibi detinebantur. Vid. ad Iphig. Aul. v. 14.

ἔνθ' ὑπερτείνας πύλας,] Scaliger πόδας legit; mallem ego λύπας, sed exemplum desidero τοῦ λυ brevis in hac voce. Contra militant Scenici omnes. *Barnes.*

Optime se habet vulgata, ὑπερτείνας πύλας idem, quod ὑπὲρ πύλας πόδα τείνας. Reisk. conjicit: ἔνθα τερείνας πάλας. *Beck.*

πυρᾶς,] Ita Tyrwhittus feliciter, ut solet, correxit vulgatum πύλας, quod infirmius Heathius defeudit. Comparat Tyrwhittus Iphig. Taur. 26. *Seidl.*

1023. Ἰφιγόνης] Docte monet Barnesius, hanc primariam vocis formam esse, alteram vero Ἰφιγένεια secundariam et poëticam. Similis inflexio est in Πηνελόπη, Πηνελοπείη, apud Hom. Εὐρώπη, Εὐρώπεια, apud Moschum. Εἰδοθέη, Εἰδοθεείη, Dionys. Perieg. v. 259. Περσεφόνη, Περσεφόνεια, Orph. Hymn. 29. et alibi. Ἱπποδάμη, Ἱπποδάμεια, quæ omnia a Barnesio indicata sunt. Adde Ὑψιπύλη, Ὑψιπύλεια, Apoll. Rhod. Lib. I. *Musg.*

Ἰφιγόνης] Ἰφιγενείας. Notandum est, hoc in loco Ἰφιγόνη, licet rarius occurrat, originale esse, et Ἰφιγένεια poëtice pro eodem dici, et alio nomine Ἰφιάνασσα. Poëtæ enim propria nomina hoc modo extendere solent, præsertim Attici et Ionici scriptores, aliquando etiam et appellativa, ut: Πηνελόπη, Πηνελοπείη, Hom. Εὐρυδίκη, Εὐρυδίκεια Mosch. Εὐρώπη, Εὐρώπεια idem. Εἰδοθέη, Εἰδοθεείη, Dionys. Perieg. v. 259. Περσεφόνη, Περσεφόνεια Orph. Καλλιόπη, Καλλιόπεια, Ἱπποδάμη, Ἱπποδάμεια, Ἀθήνη, Ἀθηναίη, ἀνάγκη, ἀναγκαίη, etc. *Barnes.*

Ἰφιγόνης] Brubach. Ἰφιγένης. — De rariore ista forma disputat Barnesius, eamque originariam putat, alteram vero Ἰφιγένεια ex illa formatam per dilatationem poëticam. Quod verum videtur de iis nominibus, quæ in exemplum Barnesius affert, Εὐρώπεια, Πηνελόπεια, Εἰδοθέεια, Ἱπποδάμεια, Περσεφόνεια, Εὐρυδίκεια, Καλλιόπεια, quamquam etiam horum quædam diversitas est. De Ἰφιγένεια non assentior. Hoc enim descendit ab Ἰφιγενής (quod nomen commemorat Etym. M. 480. 15.), Ἰφιγόνη vero ab Ἰφιγόνος. Plane

Ἢ δῶμ' ὀνήσων, τἄλλα τ' ἐκσώζων τέκνα,
Ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ, ξύγγνωστ' ἂν ἦν·
Νῦν δ' οὕνεχ' Ἑλένης μάργος ἦν, ὅ, τ' αὖ λαβὼν
Ἄλοχον κολάζειν προδότιν οὐκ ἠπίστατο,
Τούτων ἕκατι παῖδ' ἐμὴν διώλεσεν.
Ἐπὶ τοῖσδε τοίνυν, καίπερ ἠδικημένη,
Οὐκ ἠγριούμην, οὐδ' ἂν ἔκτανον πόσιν·
Ἀλλ' ἦλθ' ἔχων μοι Μαινάδ' ἔνθεον κόρην,
Λέκτροις τ' ἐπεισέφρησε, καὶ νύμφα δύο

Aut domus pro salute, utque reliquos servaret liberos,
Occidisset unam pro multis, condonandum fuisset.
Nunc vero propter Helenam sævus erat, et maritus
Uxorem proditricem punire nescivit,
Horum gratia filiam meam interfecit.
Propter hæc tamen, quamvis affecta essem injuria,
Non efferata eram, neque interfecissem virum.
Sed venit adducens mihi Mænadem afflatam numine puellam,
Et lectis intulit, et sponsas duas

similes sunt formæ Ἠριγίνεια et Ἠριγόνη. *Seidl.*

1024. Καὶ μὲν πόλεως ἅλωσιν ἐξιώμενος,] Ut Menœceus, Creontis filius Thebas sua morte servavit, ne caperentur; Phœnissas vide. *Barnes.*

1026. σύγγνωστ' ἂν ἦν·] Ita jam Editi ex Canteri conjectura. Ed. Victor. σύγγνωστά νιν, nec variant MSS. *Musg.*

Ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ,] Ad μίαν intellige παρθένον, videl. Iphigeniam. Ita Virgil. Æn. Lib. V. v. 816. *Unum pro multis dabitur caput.*

σύγγνωστ' ἂν ἦν·] Cum olim scriberetur σύγγνωστά νιν, Canterus et Scaliger recte monebant de errore, et restituebant, ut nunc scripsimus. *Barnes.*

Nota diversi temporis participia ἐξιώμενος — ὀνήσων — ἐκσώζων. *Seidl.*

1027. Legendum cum Heathio et Tyrwhitto:

Νῦν δ' οὕνεχ' Ἑλένη μάργος ἦν —

Nunc autem quia Helena libidinosa erat. Distinguendum deinde minima distinctione post ἠπίστατο. *Musg.*

Νῦν δ' οὕνεχ'] Scaliger legit εἵνεχ', sed idem sonat οὕνεχ', nec est, quod aliter legamus. *Barnes.*

Reisk. emendat: μάργος ἦν, ὃν αὖ λαβὼν, aut ὃς αὖ λαβών. *Beck.*

οὕνεχ' Ἑλένη] Sic scripsi cum Heathio et Tyrwhitto. Legitur οὕνεχ' Ἑλένης. Vertit Heathius: "Nunc vero, quia Helena libidine æstuabat, et ille vicissim qui eam in uxorem acceperat, quomodo proditrix cohibenda erat, non intelligebat, horum causa filiam meam perdidit." Schol. ad Androm. 941. μαργότητι — πορνείᾳ. *Seidl.*

ὅτ' ed. Victor.

1028. προδότην, ed. Victor.

1030. Ἐπὶ τοῖσδε] Hoc anapæsti genus attigi de Verss. Dochm. p. 335. Occurrit etiam Hel. 837. 1233. *Seidl.*

τοῖς δέ τοι νῦν, ed. Victor.

1032. Μαινάδ' ἔνθεον κόρην,] Cassandram notat. De qua re Homerus Odyss. λ'. v. 420. Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα Πριάμοιο θυγατρὸς, Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις Ἀμφ' ἐμοί. Item Æschylus et Seneca in Agamemnone, et Euripides in Troad. *Barnes.*

1033. ἐπεισέφρησε,] Dawesii emendatio est Miscell. Crit. p. 348. Ed. Victor. ἐπεισέφρηκε, quæ vox nihili est. *Musg.*

Λέκτροις τ' ἐπεισέφρηκε] De voce ἐπεισφρεῖν vide quæ nos ad Herc. Fur. v. 1258. *Seidl.*

Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δώμασιν κατείχομεν.
Μῶρον μὲν οὖν γυναῖκες, οὐκ ἄλλως λέγω.
Ὅταν δ' ὑπόντος τοῦδ', ἁμαρτάνῃ πόσις,
Τἄνδον παρώσας λέκτρα, μιμεῖσθαι θέλει
Γυνὴ τὸν ἄνδρα, χἄτερον κτᾶσθαι φίλον·
Κἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται,
Οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ', οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς.
Εἰ δ' ἐκ δόμων ἥρπαστο Μενέλεως λάθρα,
Κτανεῖν μ' Ὀρέστην χρῆν, κασιγνήτης πόσιν

In iisdem ædibus simul retinuit.
Lascivæ quidem mulieres; non aliter dico.
Quum autem hoc obtinente, maritus peccat,
Domesticum respuens lectum, imitari vult
Mulier virum, et alterum sibi quærere amicum:
Deinde in nobis probrum se ostentat,
Horum vero autores viri non male audiunt.
Quod si clam Menelaus fuisset raptus domo,
Occiderene oportuisset Orestem, sororis virum

ἐπεισέφρησε — δίῳ] Ita emendavit Dawesius Miscell. Crit. in fine, citans Hercul. Fur. v. 1258. Vulgo ἐπεισέφρηκε — δίῳ. Nescio, qua incogitantia composita verbi φρεῖν Tragicis ignota dixerim ad Troad. v. 649. Ἐπεισφρεῖν occurrit etiam Alcest. 1075. *Seidl.*

δίῳ, ed. Victor.

1034. κατείχομεν.] Probabiliter R. Dawesius, κατεῖχ' ἐμοῦ, Miscell. Crit. p. 348. Ne tamen nimium huic emendationi fidamus, faciunt loca aliqua, in quibus parem fere potestatem obtinet κατέχω. Sic ἐν ᾗ Ἀμόργης κατεῖχε, Thucyd. VIII. 28. vid. et 100. In initio versus Ed. Victor. habet ἐν τοῖς αὐτοῖσιν, quod, Barnesio præeunte, mutavi. *Musg.*

Ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δώμασιν κατείχομεν.] Attice activum pro passivo, κατειχόμεθα. Ita Æmilius Portus. Sed et ἡμᾶς potest subaudiri. Sic στιψάμενος (subaudi ἑαυτὸν) pro στιφθεὶς, et μεταστρέψας (i. e. ἑαυτὸν) pro μεταστρεφθεὶς, Homer. Ita Virgil. Æn. Lib. XI. v. 707. *Pugnæque accinge pedestri*, pro *accingere*, vel *accinge te*. De Attico autem hoc usu vide plura ad Heraclid. v. 884. *Barnes.*

Edd. Victor. ἐν τοῖς αὐτοῖσι. Emendavit Canterus.

κατεῖχ' ἐμοῦ.] Vulgo κατείχομεν. Musgravii loci (vid. ejus not.) nihil probant. Nam de navibus quidem et equis verbum illud in usu est, ut nos dicimus *anhalten*, sed nostri loci alia ratio est. Quare Dawesii emendationem probandum puto. *Seidl.*

1036. ὑπόντος τοῦδ',] Legendum ἀπόντος τοῦδ'. *Musg.*

ὑπόντος] Male Musgravius conjicit ἀπόντος. Sensus: Jam temeritatem mulieribus inesse concedo. Quando itaque, quum hoc vitium mulieribus subsit, maritus peccat, etc. Hugo Grotius:

Sumus, fatebor, feminæ stultum genus.
Quod cum se ita habeat, cum vir externo vagus
Amore thalamum spernit, imitari hoc sibi
Permittit uxor, quærit et Venerem novam.
Quæ culpa cum nos maxima invidia premat,
Duces malorum rumor absolvit viros.

Seidl.

1039. λαμπρύνεται,] *Fortiter se gerit*, vel *se ostentat*. vid. ad Heraclid. v. 281. Potest etiam metaphora esse a vento forti et secundo, qui λαμπρὸς Græcis audit. vid. Dorvill. ad Chariton. p. 114. *Musg.*

λαμπρύνεται,] Verto *se jactat*. *Seidl.*

Μενέλαον ὡς σώσαιμι; σὸς δὲ πῶς πατὴρ
Ἠνέσχετ' ἂν ταῦτ'; εἶτα τὸν μὲν οὐ θανεῖν
Κτείνοντα χρῆν τἄμ', ἐμὲ δὲ πρὸς κείνου παθεῖν;
Ἔκτειν', ἐτρέφθην, ἥνπερ ἦν πορεύσιμον,
Πρὸς τοὺς ἐκείνῳ πολεμίους· φίλων γὰρ ἂν
Τίς ἂν πατρός σου φόνον ἐκοινώνησέ μοι;
Λέγ' εἴ τι χρῄζεις, κἀντίθες παρρησίᾳ,
Ὅπως τέθνηκε σὸς πατὴρ οὐκ ἐνδίκως.

Menelaum ut servarem? tuus autem pater quomodo
Tulisset ista? deinde illum quidem non mori
Conveniebat, qui mea occidisset, me vero ab illo pati?
Occidi; converti me *ad viam*, quam licebat ire
Ad ipsius hostes: Amicorum enim
Quis patris tui cædem mecum communicâsset?
Dic, si quid cupis, et oppone libere,
Quod tuus parens injuste perierit.

1042. MSS. β, γ. κτανεῖν μ'. In Ed. Victor. deest μ'. *Musg.*

1046. s. Ἔκτειν', ἐτρέφθην, ἥνπερ ἦν πορεύσιμον, Πρὸς τοὺς ἐκείνῳ πολεμίους.] Ἐτράπην ἐς τὴν ὁδὸν, ἥνπερ ἦν ἐμοὶ πορευτέον, δηλονότι πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ ἐχθρῶς αὐτῷ διακειμένους, οἷος ἦν Αἴγισθος, ὃν ὁ Θυέστης ἐκ τῆς αὐτοῦ θυγατέρος, Πελοπείας, ἔσπειρε τιμωρὸν, ὧν ὑπ' Ἀτρέως ἔπαθεν, τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἑστιαθείς. Ὑβρισθεῖσα δὲ ὑπὸ Ἀγαμέμνονος, ἠναγκάσθην οὐ μὲν τοῖς αὐτοῦ φίλοις, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἐχθροῖς, φιλιωθῆναι, ἵνα οὕτως αὐτὸν τῆς ὕβρεως τιμωρῶ. Joh. Miltonus ἐστρέφθην legit nulla necessitate, cum ἐτρέφθην saltem æque bene stabit, certe prima corripi debet. *Barnes.*

ἥνπερ] Accusativus ἥνπερ pendet ab ἐτρέφθην. Plene ἐτρέφθην ἐκείνην ὁδὸν, ἥπερ ἦν πορεύσιμον, scil. πρὸς τοὺς ἐκ. πολ. *Seidl.*

1047. Malim φίλων γὰρ αὖ, aut φίλων γὰρ οὖν. *Reisk.*

1051. ἨΛ. Δίκαι' ἔλεξας· ἡ δίκη δ' αἰσχρῶς ἔχει.
Γυναῖκα γὰρ χρὴ πάντα συγχωρεῖν πόσει
Ἥτις φρενήρης· εἰ δὲ μὴ, δοκεῖ τάδε,
— εἰ δὲ μὴ, ΝΟΣΕΙ ΤΑΔΕ.

Verba sunt Electræ ad Clytæmnestram, quæ Agamemnonis cædem excusare studens, filiæ quæcunque vellet obloquendi potestatem fecerat. Primum autem scribendum puto:

Uxorem autem decet conjugi in omnibus morem gerere, si sanæ mentis est; quod si non fecerit, hac quidem parte sanæ mentis non est habenda. Sic loquuntur Veteres. Hippol. 293.

Κ' εἰ μὲν νοσεῖς τι τῶν ἀπορρήτων κακῶν.

Andromachæ, 898. τοῦτ' αὐτὸ καὶ νοσοῦμεν. Verbum νοσεῖν de turbato perversoque rei cujusque statu usurpari Abreschius animadvertit ad Æschylum, Lib. III. p. 179. — Deinde vero hos tres versus Choro tribuo, Electræque orationem sequenti demum versu incipere arbitror. Hic autem sic scribendus:

Ὅτ' εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν ἥκεις λόγων.

Quandoquidem dignaris mecum in certamen descendere. Jacobs.

1052. χρῆν, ed. Victor.

1053. Ἥτις φρενήρης] Ἥτις φρεσὶν ἀρτίως χρῆται, i. e. σώφρων. Quare autem φρενήρης habeat accentum in penultima, quanquam sit primæ contractorum, vide ad Ion. v. 1154. ubi tamen pro ἀκὴς legendum ἀκὴ, quod jam nunc video, doleoque, et (nisi homo essem) misere puderet, etiam tot leviculas erratiunculas omnem nostram diligentiam effugisse. *Barnes.*

ΗΛ. Δίκαι' ἔλεξας· ἡ δίκη δ' αἰσχρῶς ἔχει.
Γυναῖκα γὰρ χρὴ πάντα συγχωρεῖν πόσει,
Ἥ τις φρενήρης· εἰ δὲ μὴ δοκεῖ τάδε,
Οὐδ' εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν ἥκει λόγων.
Μέμνησο, μῆτερ, οὓς ἔλεξας ὑστάτους
Λόγους, διδοῦσα πρὸς σέ μοι παῤῥησίαν.
ΚΛ. Καὶ νῦν γε φημὶ, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι, τέκνον.
ΗΛ. Ἆρα κλύουσα, μῆτερ, εἶτ' ἔρξεις κακῶς;

Ele. Juste dixisti, sed hoc jus turpiter habet.
Uxorem enim debebat omnia concedere marito,
Quæ mentis compos *esset;* si vero hæc non videntur tibi,
Neque mei sermonis in censum veniunt,
Memineris, O mater, quæ dixeris novissima
Verba, quibus mihi loquendi ad te dedisti copiam.
Cly. Etiam nunc dico, neque denego, filia.
Ele. Anne ubi audies, mater, deinde *me* afficies maleficio?

Leg. ᾗ δὲ μὴ, *cui vero id non videtur, illa penes me ne in censum quidem venit,* ἥκει. Aut servato εἰ, legendum ἥκῃς. *hæc autem nisi probes, nolim mecum in verborum contentionem descendas. Reisk.*

1054. εἰς ἀριθμὸν ἥκειν valet, quod Latine dicitur *in numerum* vel *in censum venire.* Sic εἰ τοὐμὸν ἔχθος ἐναριθμῇ, Orest. 616. Legendum igitur:

— εἰ δὲ μὴ δοκεῖ τάδε,
Οὐδ' εἰς ἀριθμὸν τύμμ' ἐμῶν ἥκει λόγων,
Μέμνησο, μῆτερ, —

τύμμα ἐμῶν λόγων, *ictus meorum sermonum.* Sic πέρι δ' αὖ Πολυδεύκεα τύψεν ὁμοκλὴ, Apollon. Rhod. II. 20. νόθυμος αὐλὸς ἔτυψεν ἐρυμανίος Διονύσου Tryphiodor.

ἥκει habent Ed. Victor. et MSS. quod enim vulgo dant ἥκεις, quodque hic male restat, sine auctore est.

Æschylus: ἔτυψεν — ὄνειδος. Eumenid. 155. *Musg.*

Locus difficillimus et a nemine satis explicatus. Ἥκεις est lectio vulgata, quam primum reperio in Brubachiana. Victorius et MSS. ἥκει. Idem habet Hervag. Præterea post λόγων Brub. Hervag. Canter. ponunt punctum, quod ita tantum ferri potest, ut ante μέμνησο sumas lacunam. Sed si isto loco cum Stiblino comma ponas et ἥκεις legas, quod profecto verius videtur, difficultas maxime eo redit, quid significent ista: εἰς ἀριθμὸν τῶν ἐμῶν λόγων ἥκεις. Vox ἀριθμὸς interdum ita occurrit, ut idem fere significare videatur, quod ἁρθμὸς sive ῥυθμός. Possis igitur explicare: *si vero tibi hæc secus videantur, neque tu in congruentiam orationis meæ venis,* i. e. si mecum non congruis, consentis, *memento,* etc. Ita dicimus εἰς ταὐτὸν ἥκειν, *consentire,* et similia. Possis etiam, *si verborum meorum rationem non habes, si ea contemnis.* Verum tali modo expectes potius μέντοι pro οὐδέ. Si pro οὐδ' legas σὺ δ', sensus possit esse hic: *quodsi tibi hæc secus videantur, tu vero in censum orationis meæ venis,* i. e. tu vero cupis, ut sententiam de te meam dicam, memento. Hoc modo Electra, quæ jam matris jussu sententiam suam de factis ejus latura est, veniam rogabit, si forte judicium suum paulo gravius videatur ac durius. Ἀριθμὸν ποιεῖν certe dicitur de censu et lustratione exercitus. Verbi autem ἥκειν similis usus est in Nostri Med. 928. εἰς ἐμοὺς ἥκεις λόγους. *Seidl.*

1057. Καὶ νῦν γε φημὶ, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι, τέκνον.] Est emphatica hæc, nec inelegans, nec otiosa repetitio; ita D. Johann. c. i. v. 20. Καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο. Vide quæ nos supra ad Cyclop. v. 211. *Barnes.*



ΚΛ. Οὐκ ἔστι· τῇ σῇ δ' ἡδὺ προσθήσω φρενί.
ΗΛ. Λέγοιμ' ἄν· ἀρχὴ δ' ἥδε μοι προοιμίου.
Εἴθ' εἶχες, ὦ τεκοῦσα, βελτίους φρένας.
Τὸ μὲν γὰρ εἶδος αἶνον ἄξιον φέρει,
Ἑλένης τε καὶ σοῦ, δύο δ' ἔφυτε συγγόνω
Ἄμφω ματαίω, Κάστορός τ' οὐκ ἀξίω.
Ἡ μὲν γὰρ ἁρπασθεῖσ', ἑκοῦσ' ἀπώλετο·
Σὺ δ' ἄνδρ' ἄριστον Ἑλλάδος διώλεσας,
Σκῆψιν προτείνουσ' ὡς ὑπὲρ τέκνου πόσιν
Ἔκτεινας· (οὐ γὰρ, ὡς ἔγωγ', ἴσασιν εὖ·)

Cly. Non; at si quid excogitaveris, gratum animo habebo.
Ele. Dicam *igitur*: hoc autem *erit* mihi principium procemii.
Utinam habuisses, O mater, meliorem mentem:
Nam forma quidem laudem commodam affert,
Helenæ, et tua; duæ vero estis sorores
Ambæ dementes, Castoreque non dignæ.
Nam hæc quidem rapta periit volens.
Tu vero virum Græciæ præstantissimum perdidisti,
Prætextum prætexens, quod pro filia maritum
Occideris: haud enim *alii rem*, ut ego, bene sciunt:

1058. ἐρεῖς scribit Reisk. *Barnes*.

Ἄρα κλύουσα,] Fugit hic locus Erfurdtium meum ad Soph. Aj. 1109. ubi Porsoni regulam (ad Orest. 64.) de non producenda brevi vocali ante mutam cum liquida vocabuli sequentis studet defendere. Fateor quidem, multos locos Erfurdtium egregie correxisse, sed de aliis non assentior, atque ipsa illorum locorum multitudo criticum debet paululum morari. Ac videor mihi aliquanto plures hujus generis locos offendisse, quam quos Erfurdtii disputatio tangit. Neque illud satis perspicio, cur, quod in mediis, atque adeo compositis vocabulis, ut ἐπίδρομος, κατάκλυσιν, &c. licuit, non idem in diversis vocabulis potuerit ferri. Sunt etiam aliæ epicæ poëseos licentiæ, quibus rarissime tragici in senariis utuntur, sed utuntur tamen. Ita supra v. 598. habuimus formam ἤλυθον, ita nonnumquam dicunt πολλὸν, μέσσος, alia. Potes quidem etiam nostro loco corrigere ἆρά με sive ἆρά γε, sive cum Hermanno ἆρ' ἄν. Sed dubito librorum lectionem mutare. *Seidl*.

1059. Οὐκ ἔστι·] Non temere movenda hæc phrasis, quam ad Ion. 344. frustra suspectam habui. Exstat enim Soph. Ajac. 470. Nostri Med. 390. et Alcestid. 561. Videtur esse præsens pro futuro, ut πάρεστιν, Soph. Œd. Tyr. 776. πέρνανται, Aristoph. Equit. 176. γίνει, ibid. 1085. Νηρεΐδων μία γίνεαι, Nonn. p. 164. ἐξανίστανται, Pind. Pyth. IV. Stroph. 3. ἁλίσκεται, Olymp. VIII. Epod. 2. ne alia, quæ in promtu sunt, accumulem.

Pro τῇ σῇ legi potest τῇ 'μῇ, i. e. τῇ ἐμῇ: quo posito, ἡδὺ cum τόδε (sic nunc malim pro τάδε, v. 1059.) concordabit. *Musg*.

Reisk. conjicit: τῇ σῇ δ' ἧκα προσθήσω φρένα, *tuæ sententiæ meam placide apponam*, h. e. assentiar tibi sine contradictione. *Beck*.

Οὐκ ἔστι· τῇ σῇ, &c.] Heathius vertit: "Non ita est; immo quod animo tuo gratum erit, insuper tibi retribuam." *Seidl*.

1062. Τὸ μὲν γὰρ εἶδος αἶνον ἄξιον φέρει,] Lege, φέρειν. *Por*.

ἄξιον] Itidem absoluto, i. e. nullo casu subjecto, legitur Thucyd. I. 142. ubi



Ἡ τῆς θυγατρὸς πρὶν κεκυρῶσθαι σφαγὰς,
Νέον τ' ἀπ' οἴκων ἀνδρὸς ἐξωρμημένου,
Ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης.
Γυνὴ δ', ἀπόντος ἀνδρὸς ἥτις ἐκ δόμων
Εἰς κάλλος ἀσκεῖ, διάγραφ' ὡς οὖσαν κακήν.
Οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύραισιν εὐπρεπὲς
Φαίνειν πρόσωπον, ἤν τι μὴ ζητῇ κακόν.
Μόνην δὲ πασῶν οἶδ' ἐγώ σ' Ἑλληνίδων,
Εἰ μὲν τὰ Τρῴ' ἦν εὐτυχῆ, κεχαρμένην,
Εἰ δ' ἥσσον' εἴη, ξυννεφοῦσαν ὄμματα,

Quæ priusquam filiæ cædes esset decreta,
Cumque recens ab ædibus vir recessisset,
Ad speculum flavos comæ cincinnos componebas.
Mulier autem, quæ absente viro ex ædibus
Ad formam *se* ornat, *eam* ut malam depinge:
Haud enim ipsam oportet foris decoram
Ostendere faciem, nisi malum aliquod quærat.
Ego vero te solam ex omnibus Græcanicis mulieribus scio,
Siquidem *res* Trojanæ felices essent, lætari solitam,
Si vero inferiores, contrahere frontem,

ἄξιον-τι δρᾷν. Iterum: ἀξίους ἐς τὰ ναυτικὰ, VIII. 106. *Musg.*

1063. s. δύο—Ἄμφω recte se habet. Duæ estis sorores, demens utraque, i. e. quarum una non minus demens est quam altera. Nullus hic est pleonasmus. *Seidl.*

1065. ἀπώλετο·] Piersono placet ἀπήχετο. Mihi hoc tenuius videtur, quam pro rei turpitudine. *Musg.*

Etiam Reisk. defendit ἀπώλετο, semetipsa perdidit. Opponitur sequens διώλεσας. *Beck.*

ἀπήχετο·] Ita bene Piersonus Veris. p. 247. Vulgo ἀπώλετο, quod miror nactum esse defensores. *Seidl.*

Ἡ μὲν γὰρ ἁρπασθεῖσ', ἑκοῦσ' ἀπώλετο·] Comma aut omnino delendum aut post ἑκοῦσ' ponendum, ut sensus sit non, quod versio dicit: Nam hæc quidem rapta, periit volens, sed: Nam hæc quidem *volens rapta*, periit, i. e. ipsa se prædam obtulit nec rapta est invita, sed sua sponte. *Fachse.*

1068. οὐ γὰρ, ὡς ἔγωγ', ἴσασιν εὖ·] Lege, ἴσασι σ' εὖ. *Pors.*

ἴσασιν] Nos: *man weiss*, qui usus tertiæ personæ pluralis frequentissimus est. Quare non intelligo, cur viri docti in isto Sophoclis loco offendant, Œd. Col. 658.

πολλαὶ δ' ἀπειλαί· πολλὰ δὴ μάτην ἔπη
θυμῷ κατηπείλησαν· ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν
αὐτοῦ γένηται, φροῦδα τἀπειλήματα.

In nostro loco non hærebis, si, quod res ipsa postulat, ad σκῆψιν προτείνουσ' intelligis πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. *Seidl.*

ἰσᾶσιν est dativ. plur. *scientibus*, et construitur cum προτείνουσα, *obtendens, obtrudens, non tam bene, atque ego, scientibus*; jactans apud minus me gnaros. *Reisk.*

1069. Ἡ τῆς θυγ. &c.] Similem orationis conversionem deprehendes Hec. 1187. ubi vide Porsonum. Quare non est, quod cum Bothio legatur ᾗ, *quomodo*. *Seidl.*

1074. s. Οὐδὲν γὰρ αὐτὴν δεῖ θύραισιν εὐπρεπὲς Φαίνειν πρόσωπον,] Lege θυραίοις. Confer Hippol. 414. (*Hæc emendatio juvenis erat Porsoni*; *a qua, etsi ipsa haud*

Ἀγαμέμνον' οὐ χρῄζουσαν ἐκ Τροίας μολεῖν.
Καίτοι καλῶς γε σωφρονεῖν παρεῖχέ σοι.
Ἄνδρ' εἶχες οὐ κακίον' Αἰγίσθου πόσιν,
Ὃν Ἑλλὰς αὑτῆς εἵλετο στρατηλάτην.
Ἑλένης δ' ἀδελφῆς τοιάδ' ἐξειργασμένης,
Ἐξῆν κλέος σοι μέγα λαβεῖν· τὰ γὰρ κακὰ
Παράδειγμα τοῖς ἐσθλοῖσιν, εἴσοψιν τ' ἔχει.
Εἰ δ', ὡς λέγεις, σὴν θυγατέρ' ἔκτεινεν πατὴρ,
Ἐγὼ τί σ' ἠδίκησ', ἐμός τε σύγγονος;
Πῶς οὐ, πόσιν κτείνασα, πατρῴους δόμους
Ἡμῖν προσῆψας, ἀλλ' ἀπηνέγκω λέχη
Τἀλλότρια, μισθοῦ τοὺς γάμους ὠνουμένη;

Quod Agamemnonem ex Troja redire non cuperes.
Atqui præclaram pudice vivendi occasionem tibi præbuerat:
Virum *enim* habebas non inferiorem Ægistho maritum,
Quem Græcia sibi ipsi elegerat imperatorem.
Cum autem Helena soror talia patrâsset,
Licebat magnam gloriam *inde* referre: nam mala
Exemplum habent bonis *propositum*, quod intueantur.
Si vero, ut dicis, tuam filiam interfecit pater,
Ego qua injuria te affeci, meusque frater?
Quomodo marito cæso paternas ædes non
Nobis dedisti: sed transtulisti *ad* lectos
Alienos, precio nuptias emens?

vera lectio sit, vera tamen sponte nascitur, θύραιον.) *Por. Advers.*

1075. ἢν τὶ ed. Victor.

1076. μόνη δ' ed. Victor.

1077. Εἰ μὲν πατρῷ' ἢν εὐτυχῆ,] Emendat Canterus εἰ μὲν τὰ Τρῷ' ἢν εὐτυχῆ. Mihi verum videtur: εἰ μὲν τὰ Τρώων εὐτυχοῖ. Legendum εὐτυχοῖ indicat, quod sequitur, εἴη. *Musg.*

τὰ Τρῷ'] Cum olim πατρῷ' scriberetur, Canterus recte τὰ Τρῷ' legendum putabat, cum illo autem putat Joseph. Scaliger, Æmilius Portus, &c. *Barnes.*

τὰ Τρῷ' ἢν εὐτυχῆ,] Ita Canterus. Edd. Victor. πατρῷ' ἢν εὐτυχῆ. Eleganter Musgravius τὰ Τρώων εὐτυχοῖ, ob sequens εἴη, quem secutus est Schæferus. Nec tamen illam lectionem, a libris minus recedentem, damnandam puto. *Seidl.*

1080. Καίτοι καλῶς γε σωφρονεῖν παρεῖχέ σοι.] Subaudi ὁ Θεὸς, vel etiam Ἀγαμέμνων, vel certe καλῶς παρεῖχέ σοι sumendum est pro ἐξῆν, *licebat*, ut notat Æmil. Portus. *Barnes.*

παρεῖχέ σοι, i. e. in promtu tibi erat, facile erat, sive, ut Æm. Portus, ἐξῆν. De hoc impersonali παρέχει disputat jam Henr. Steph. Thes. I. p. 1350. b. *Seidl.*

1085. εἴσοψιν] Ita bene Scaliger conjunctim. Ed. Victor. εἰς ὄψιν. *Musg.*

εἰς ὄψιν] Τὰ γὰρ κακὰ τοῖς ἐσθλοῖς ἔχει παράδειγμα, καὶ εἰς ὄψιν ἑαυτὰ ἔχει, ἀντιφωνεία. Scaliger legit unico vocabulo εἴσοψιν, ut idem significaret, quod εἰσοπτρον, sed vox ista suspicione non caret. *Barnes.*

Heath. εἴσοψιν scribit: *rem in quam intueantur, et inde document sibi utilia hauriant. Beck.*

εἰς ὄψιν τελεῖ, aut potius τρέχει, *sunt exemplum, demonstratio bonorum in oculos incurrens. Reisk.*

Κοὔτ' ἀντιφεύγει παιδὸς ἀντὶ σοῦ πόσις,
Οὔτ' ἀντ' ἐμοῦ τέθνηκε, δὶς τόσως ἐμὲ
Κτείνας ἀδελφῆς ζῶσαν· εἰ δ' ἀμείψεται
Φόνον δικάζων φόνος, ἀποκτενῶ σ' ἐγὼ,
Καὶ παῖς Ὀρέστης πατρὶ τιμωρούμενοι.
Εἰ γὰρ δίκαι' ἐκεῖνα, καὶ τάδ' ἔνδικα.
Ὅστις δὲ πλοῦτον ἢ 'υγένειαν εἰσιδὼν,
Γαμεῖ πονηρὰν, μῶρός ἐστι· μικρὰ γὰρ
Μεγάλων ἀμείνω σώφρον' ἐν δόμοις λέχη.
ΧΟ. Τύχη γυναικῶν εἰς γάμους· τὰ μὲν γὰρ εὖ,
Τὰ δ' οὐ καλῶς πίπτοντα δέρκομαι βροτῶν.
ΚΛ. Ὦ παῖ, πέφυκας πατέρα σὸν στέργειν ἀεί.

Nec pro filio tuo maritus exulat,
Neque pro me periit, qui me duplo magis
Vivam occidit, quam sororem pater: porro si rependi debet
Cædes cæde ultrice, te ego cecidero,
Et filius Orestes, paternam cædem ulciscentes:
Nam si justa *sunt* illa, et hæc æqua *sunt*.
Quisquis vero spectans opes, aut clarum genus,
Ducit uxorem improbam, stultus est: parva enim
Et casta magnis præstantiora *sunt* connubia in ædibus.
Cho. Fortuna in mulierum connubiis *dominatur*; nam alia quidem bene,
Alia vero mortalium *connubia* non bene cadere video.
Cly. O filia, natura hoc inditum est tibi, ut patrem ames semper.

1086. *ἔκτεινε* ed. Victor.

1088. *Πῶς οὐ, πόσιν κτείνασα, πατρῴους δόμους*] Ita Canterus, conjectura certissima. Ed. Victor. *πῶς οὖν πόσιν κτείνασ' οὐ πατρῴους δόμους.* *Musg.*

Πῶς οὐ, πόσιν κτείνασα, πατρῴους δόμους] Olim erat: *Πῶς οὖν πόσιν κτείνασ' οὐ πατρῴους δόμους.* Quod nullo modo ferendum erat, ob spondæum in quarto loco. Cum Cantero itaque et Scaligero loco *οὖν* lego *οὐ*, et *κτείνασα* sine elisione ultimæ extendo, *πόσιν κτείνασα* vero inter duo commata sunt locanda. *Barnes.*

Πῶς οὐ paulo inferius recurrit, v. 1113. *Seidl.*

1089. *ἀπηνέγκω*] Heathius vertit: "Sed mercedem reportasti alienum torum, nuptiis pretio emtis." Pretio intellige *regno.* Paulo post *παιδὸς ἀντὶ σοῦ* recte Barnesius de Oreste intelligit. *Seidl.*

1091. *Οὔτ' ἀντιφεύγει παιδὸς ἀντὶ σοῦ πόσις,*] Cum olim Latina Versio hæc de *filia* sumebat, nos correximus et *filio* scripsimus; omnino enim hæc de Oresta dicuntur, in hunc sensum: *Σὺ λέγεις, εἰ πεφονευκέναι τὸν Ἀγαμέμνονα ἀντὶ τῆς θυγατρὸς, Ἰφιγενείας δηλονότι· Καὶ πῶς οὖν οὐκ Αἴγισθος φεύγει, ἀντὶ τοῦ παιδὸς σοῦ, Ὀρέστου, ὃς νῦν ὑπ' αὐτοῦ τῆς πατρίδος ἐξελαύνεται; ἢ μᾶλλον οὐ τέθνηκεν ἀντ' ἐμοῦ, ἢ ζῶσα οὐχ ἁπλῶς ἔθανον· Δὶς γὰρ τόσον ἐμὲ καὶ ζῶσάν περ ἔκτεινεν Αἴγισθος, ὅσον ἀδελφὴν Ἀγαμέμνων ἔκτεινε.* Hæc autem Electra dissimulanter loquitur, ut quæ sciebat, jam rediisse Orestem, et ab eo cæsum Ægisthum, et jam nunc ipsam matrem ad cædem exspectari. *Barnes.*

1092. *Δὶς τόσως,* &c.] Bene explicat Barnesius. *Seidl.*

Ἔστιν δὲ καὶ τόδ᾽· οἱ μὲν εἰσὶν ἀρσένων,
Οἱ δ᾽ αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός.
Ξυγγνώσομαί σοι· καὶ γὰρ οὐχ οὕτως ἄγαν
Χαίρω τι, τέκνον, τοῖς δεδραμένοις ἐμοί.
Σὺ δ᾽ ὧδ᾽ ἄλουτος καὶ δυσείματος χρόα,
Λεχὼ νεογνῶν ἐκ τόκων πεπαυμένη;
Οἴμοι τάλαινα τῶν ἐμῶν βουλευμάτων,
Ὡς μᾶλλον, ἢ χρῆν, ἤλασ᾽ εἰς ὀργὴν πόσιν.
ΗΛ. Ὀψὲ στενάζεις, ἡνίκ᾽ οὐκ ἔχεις ἄκη.
Πατὴρ μὲν οὖν τέθνηκε· τὸν δ᾽ ἔξω χθονὸς

Ita autem et hoc fit: nonnulli quidem sunt marium amantes:
Alii vero contrà matres magis quam patres amant.
Ignoscam tibi; etenim non usque adeo
Lætor, O filia, iis, quæ patrata sunt a me.
Sed tu sicne illota, et male amicta corpore,
Puerpera recenti e partu liberata manes?
Heu me miseram ob mea consilia:
Nam vehementius, quam oportuit, ad iram instigavi virum.
Ele. Sero gemis, quando non habes remedium;
Pater quidem mortuus est: illum vero, qui extra *patriam* solum

1097—1099. Citat quasi ex Cress. Stob. Grot. 72. 295. *Burn.*

1097. Ὅστις δὲ πλοῦτον, &c.] Hunc locum ita vertit Grotius: *Quicunque nuptam moribus ducit malis Ob genus opesve, desipit: nam maximis Conjugia præstant parva, si adsit castitas. Barnes.*

1100. s. Vertit Grotius:

> Fortuna varia nuptiis; video cadant
> Quibus secundæ, video quibus improsperæ.
>
> *Seidl.*

1102. Ὦ παῖ, πέφυκας πατέρα σὸν στέργειν ἀεί.] Naturaliter constituta es. Ita Anaximander apud Plutarch. in Philosophorum Placitis: Πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν. *Fortiori Igne naturaliter debiliorem obscurante. Barnes.*

1102. ss. ὦ παῖ, πέφυκας πατέρα σὸν στέργειν ἀεί.
ἔστιν δὲ καὶ τόδ᾽· οἱ μὲν εἰσιν ἀρσένων,
οἱ δ᾽ αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός.

Nonnihil offendor in hemistichio — ἔστιν δὲ καὶ τόδ᾽. quod quomodo cum reliquis coeat, non satis video. Putabam:

σκῆψιν δ᾽ ἔχει τόδ᾽. —

In eo quod patrem præ matre amas, speciosum prætextum habes; nam alii liberorum patrem magis colunt, alii matrem præcipue amant. Sic in Ione. v. 721. στυγόμενα γὰρ ἂν πόλις ἔχοι σκῆψιν. et in hac Tragœdia, v. 29. εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα σκῆψιν εἶχ᾽ ὀλωλότα. *Jacobs.*

πέφυκας — στέργειν] Vid. Matthiæ Gramm. Gr. §. 531. p. 760. *Seidl.*

1103. οἱ μὲν εἰσὶν ἀρσένων,] Εἶναι τινὸς est *totum se tradere alicui.* Soph. Œd. Tyr. 917.

ἀλλ᾽ ἔστι τοῦ λέγοντος, ἢν φόβους λέγῃ,

ubi Brunckius comparat Aristoph. 860. μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι. Hinc verbum εἰσὶ accentu donavi. In versus initio Thierschius mavult ἔστω pro ἔστιν. Non opus, ut opinor. *Seidl.*

1107. δυσείματος illustrat Abresch. ad Æschyl. I. p. 179. *Beck.*



Πῶς οὐ κομίζει παῖδ' ἀλητεύοντα σόν;
ΚΛ. Δέδοικα· τοὐμὸν δ', οὐχὶ τοὐκείνου, σκοπῶ.
Πατρὸς γὰρ, ὡς λέγουσι, θυμοῦται φόνῳ.
ΗΛ. Τί δαὶ πόσιν σὸν αγριον εἰς ἡμᾶς ἔχεις;
ΚΛ. Τρόποι τοιοῦτοι· καὶ σὺ δ' αὐθάδης ἔφυς.
ΗΛ. Ἀλγῶ γάρ· ἀλλὰ παύσομαι θυμουμένη.
ΚΛ. Καὶ μὴν ἐκεῖνος οὐκ ἔτ' ἔσται σοὶ βαρύς.
ΗΛ. Φρονεῖ μέγ'· ἐν γὰρ τοῖς ἐμοῖς ναίει δόμοις.
ΚΛ. Ὁρᾷς, ἃ νῦν σὺ ζωπυρεῖς νείκη νέα;
ΗΛ. Σιγῶ· δέδοικα γάρ νιν, ὡς δέδοικ' ἐγώ.

Vagatur, filium tuum quomodo non reducis *in patriam?*
Cly. Metuo: meum enim, non autem illius *commodum* specto.
Patris enim, ut ferunt, irascitur ob cædem.
Ele. Cur vero maritum tuum *adeo* sævum in nos habes?
Cly. Tales *sunt ipsius* mores: quin et tu præfracto es ingenio.
Ele. Doleo enim: sed indignari desinam.
Cly. Atqui ille non amplius erit tibi gravis.
Ele. Animum nimis effert: in meis enim habitat ædibus.
Cly. Vides, quas nunc tu suscitas lites novas?
Ele. Sileo: timeo enim ipsum, prout ego timeo.

1108. Pro νεογνῶν Pierson. ad Mœr. p. 247. mavult νεοχμῶν. *Beck.*

νεογνῶν] Piersoni emendatio νεοχμῶν, quantumvis elegans, non necessaria videtur. Protulit illam ad Mœr. p. 247. Ἐκ τόκων νεογνῶν est, ex partu, quo recens peperisti. *Seidl.*

Vulgo κομίζῃ. [Ita ed. Victor.]

1114. Aliter interpunxit locum, atque ita reddidit Prev.: "Je le crains .... non pour moi, mais pour lui même." In Not. addit, Clytæmnestram videri eosdem sensus exprimere, quos Amphitryo in Hercule Fur., qui timeat, ne filius committat parricidium atque furiis ultricibus tradatur. Cæterum monet, si ἐκείνου ad Ægisthum referatur, itidem duplicem tribui posse verbis sensum. *Beck.*

1116. Τί δαὶ] De vocula δαὶ vide supra ad v. 987. et 244. *Barnes.*

1117. Τρόποι τοιοῦτοι· scil. αὐτοῦ.

καὶ σὺ δ'] Vid Schæf. ad Loug. p. 350. Porsoni sententiæ, qui ad Orest. 614. hanc particularum compositionem improbat, obstat etiam Æschyl. Eum. 65. et quem supra ad v. 672. tetigimus Prometh. 981. Καὶ in talibus valet *etiam* et δὲ nectit sententias. In Comici Ran. v. 276. bene Cod. Venetus habet καὶ νὴ Δί' ὁρῶ. *Seidl.*

1118. Ἀλγῶ γάρ·] Plena oratio foret: ἔφυν αὐθάδης· ἀλγῶ γάρ. *Seidl.*

1119. ἔσται σοὶ] Pronomen accentu privavi auctore Porsono Præfat. ad Hec. p. clxxiii. *Seidl.*

1121. ἃ νῦν σὺ] Ita bene Barnesius ex Scaligeri emendatione. Ed. Victor. ἂν αὖ σύ. *Musg.*

ζωπυρεῖς νείκη νέα;] Ζωπυρεῖν proprie de igne ex scintillis excitato dicitur: Metaphorice ζωπυρεῖν νεῖκος, πόλεμον, κακά. Cum vero olim ἂν αὖ, recte Scaliger ἃ νῦν. *Barnes.*

Reisk. emendat: ὁρᾷς. νῦν αὖ σὺ ζωπυρεῖς. *Beck.*

Edd. Victor. ὁρᾷς ἂν αὖ σὺ, quam lectionem mutare religio fuit. Vulgo legunt cum Scaligero ὁρᾷς, ἃ νῦν σύ. Similiter nostrates, *siehst du wohl?* Bis Noster dixit οὐκ αὖ ἄν, Alcest. 49. et Med. 937. His exemplis alia hujusmodi ad-

ΚΛ. Παῦσαι λόγων τῶνδ'· ἀλλὰ τί μ' ἐκάλεις, τέκνον;
ΗΛ. Ἤκουσας, οἶμαι, τῶν ἐμῶν λοχευμάτων·
Τούτων ὑπέρ μου θῦσον, οὐ γὰρ οἶδ' ἐγὼ,
Δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς, ὡς νομίζεται·
Τρίβων γὰρ οὐκ εἴμ', ἄτοκος οὖσ' ἐν τῷ πάρος.
ΚΛ. Ἄλλης τόδ' ἔργον, ἥ σ' ἔλυσεν ἐκ τόκων.

Cly. Mitte istos sermones: sed cur me vocas, O filia?
Ele. Audivisti, opinor, meum puerperium:
Ob hoc meo nomine sacrifica (non enim scio *ritum* ego)
Decimam lunam pueri, ut moribus est receptum:
Perita enim non sum *horum*, quia nunquam ante peperi.
Cly. Alterius hoc munus *est*, quæ te partu liberavit.

junxit Matthiæ Gramm. Græc. p. 882. §. 598. c. *Seidl.*

1122. Reisk. scribit: ὡς δέδοικε νῷ, *ille nos ambos* (me et Orestem) *timuit. Beck.*

Male Reiskius. Formula illa uberiorem rei explicationem declinamus. Fit hoc, ut sponte apparet, maxime tum, ubi de rebus injucundis loquimur, sed formulam non solis injucundis rebus propriam esse, quam Schæferi opinionem esse forte aliquis credat ex nota ad Œd. Col. 273. ipse hic noster locus ostendit. Ænigmatice enim significat Electra, se non amplius Ægisthum metuere. *Seidl.*

1125. Restitui lectionem Ed. Victorii principis τούτων ὕπερ μοι θῦσον. Vulgo ὑπὲρ μοῦ, quod qui præferat, proximo versu cum Musgravio leget δεκάτην σελήνην, ut conjungantur τούτων, scil. λοχευμάτων, δεκάτην σελήνην παιδός. Sacrificium enim ipsum vocabatur δεκάτη σελήνη et hoc sacrificium erat puerperii, i. e. solenne in puerperiis. Accusativum δεκάτην σελήνην profecto commendat infra v. 1132. et Aristoph. Av. 922.

οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ.

coll. v. 494. quos locos cum Scholiis afferunt Interpretes. Conf. etiam Brunckius ad priorem Comici et Musgravius ad nostrum locum. Servandam tamen putavi lectionem Edd. Principis et Hervag. δεκάτῃ σελήνῃ παιδὸς ὡς νομίζεται. Sic Noster Iph. Aul. 33. τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται. Henr. Steph. Thes. II. p. 1030. a. H. ex Plutarcho affert νενόμισται δέ πως ἡ τοιαύτη τῶν ὀνομάτων ὁμιλία. Vulgo legitur δεκάτῃ σελήνῃ, quod non minus bene habet. *Seidl.*

1126. Δεκάτῃ σελήνῃ] Legendum δεκάτην σελήνην. Aristoph. Av. v. 923.

οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην αὐτῆς ἐγώ.

Sic δεκάτην ἑστιάσαι apud Suidam in voce, et Scholiast. Aristoph. ad Av. 494. σελήνην dicit, quia noctu, teste Suida, ad hoc sacrificium convenire solebant. vide locum citatum. Eubul. ap. Athen. Lib. XV. c. 2. Σελήνη pro *Nocte*, ut in Epigrammate Antholog. p. 310. ubi τῇ τρισελήνῳ νυκτὶ sonat Noctem illam trinoctialem, qua Jupiter Herculem procreavit. Morem hunc peperisse videtur opinio de Luna, lucem ejus infantibus inimicam esse, et spasmos, quibus ea ætas obnoxia est, efficere. Plutarch. Sympos. III. c. 10. τὰ μὲν νήπια παντάπασιν αἱ τιτθαὶ δεδοίκασι πρὸς τὴν σελήνην φυλάττονται· πλήρη γὰρ ὑγρότητος ὄντα, καθάπερ τὰ χλωρὰ τῶν ξύλων, σπᾶται καὶ διαστρέφεται. Hinc, inquam, ortum videtur sacrificium, sive id Lunæ placandæ, sive gratiis agendis destinatum erat, quod jam infans decem primos dies incolumis transegisset. Aliam interea rationem suggerit locus Porphyrii in libello de Antro Nympharum: σελήνην τε, οὖσαν γενέσεως προστατίδα, μέλισσαν ἐκάλουν.

σελήνη, *una nox.* Clem. Alex. σελήνη πεντεκαιδεκάτη πλησιφαὴς γίνεται, p. 695. A. *Musg.*

Δεκάτῃ σελήνῃ] Vide Suidam in Δεκάτην ἑστιάσαι. Aristophanes in Avibus, fol. 388. Ἐς δεκάτην γάρ ποτε παιδαρίου κληθεὶς, ἐπίνετον ἐν ἄστει. Scholiastes: ὅτι τὴν Δεκάτην εἰστίων ἐπὶ τοῖς γεννηθεῖσι, καὶ ἐν



ΗΛ. Αὐτὴ 'λόχευον, κἄτεκον μόνη βρέφος.
ΚΛ. Οὕτως ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων;
ΗΛ. Πένητας οὐδεὶς βούλεται κτᾶσθαι φίλους.
ΚΛ. Ἀλλ' εἶμι· παιδὸς ἀριθμὸν ὡς τελεσφόρον
Θύσω θεοῖσι· σοὶ δ' ὅταν πράξω χάριν
Τήνδ', εἶμ' ἐπ' ἀγρὸν, οὗ πόσις θυηπολεῖ

Ele. Ipsa enixa sum, et sola *sine obstetrice* infantem peperi.
Cly. Adeo remota ab amicis domum incolis?
Ele. Nemo pauperes amicos sibi conciliare cupit.
Cly. Ergo ibo, ut *pueri* perfectam genituram
Immolem Diis: tibi vero postquam dedero gratiam
Istam, ibo in agrum, ubi maritus sacra facit

αὐτῇ τὰ ὀνόματα ἐτίθεντο τοῖς παισὶ, καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ· Τίς σε, μῆτερ, ἐν Δεκάτῃ τόκου Ὠνόμασεν; Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἑβδόμαις φησὶν ἐπιτίθεσθαι τὰ ὀνόματα, γράφων οὕτω· Τὰ πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸς τὴν Ἑβδόμην· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες τότε τῇ σωτηρίᾳ. Idem fol. 405. *Οὐκ ἄρτι θύω τὴν Δεκάτην ταύτης ἐγώ;*] Scholiastes: *σαφὲς, ὅτι τὰ ὀνόματα τῶν παίδων ἐτίθεσαν τῇ Δεκάτῃ.* Quare apud Græcos vel septimo die, vel decimo, nominabant infantulos, ut apud Judæos octavo, quando circumcisio agebatur, apud Christianos baptismus, circa idem tempus ut plurimum. Hoc die apud Græcos ipsa mulier puerpera, si sana esset et rituum perita, per se sacrificabat Dianæ, sin aliter, per obstetricem; maritus autem nymphis, ut videmus in hac Fabula Ægisthum, quem putabat ideo Orestes, vel ob puerum natum, aut certe nascendum, sacrificare, v. 626. *Τροφεῖα παίδων, ἢ πρὸ μέλλοντος τόκου;* De puerperarum purificationibus diximus supra ad v. 654. *Τεσσαρακοστὸς* autem est festum aliud puerperarum, de quo Johann. Meursius, in Libro de Puerperio, c. VII. et Censorinus de Die Natali, c. XI. Et quadragesimo die deferuntur infantes a matribus et susceptoribus in templum; quando *Ἐκκλησιάζειν* dicuntur. *Barnes.*

1128. *Ἄλλης τόδ' ἔργον, ἥ σ' ἔλυσεν ἐκ τόκων.*] De hac re vide ad notam præcedentem. *Barnes.*

1129. *Αὐτὴ 'λόχευον* emendat Heath. *Beck.*

λόχευον, ed. Victor.

1130. *ἀγείτων οἶκος*] MSS. β, γ. *ἀγείτον' οἶκον*: unde suspicor legendum:

οὕτως ἀγείτον' οἶκον ἵδρυσαι φίλων.

Musg.

Vulgo:

οὕτως ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων;

Sed Musgravius: "MS. β. γ. *ἀγείτον' οἶκον*: unde suspicor legendum:

οὕτως ἀγείτον' οἶκον ἵδρυσαι φίλων;"

Bene. Sic noster Hel. 46. *τόνδ' ἐς οἶκον Πρωτέως μ' ἱδρύσατο*, coll. Alcest. 857. Hippol. 635. Fragm. Inc. CXCVI. Tertia persona *ἵδρυται* ferri quodammodo possit, si Clytæmnestram putes rem secum ipsam mirari, atque ita de præsente Electra tertiam personam adhibere. *Seidl.*

1131. Hunc versum legimus apud Stobæum Floril. p. 399. Tit. XCVII. *Seidl.*

1132. *ἀριθμὸν τελεσφόρον* quid sit, nemo dixerit. Legendum, ni fallor, *ἄρσεν' τελεσφόρον*, *genituram perfectam*, i. e. partum. Neque offendere quenquam debet, quod ita *θύειν ἄρσεν* dicat, non autem *θύειν ὑπὲρ ἄρσενος*. Sic enim *θύειν γάμους* dicere solent, pro *θύειν ὑπὲρ γάμων*. Plutarch. Parall. p. 1185. et p. 189. Ed. Steph. Ælian. Var. Histor. Lib. VIII. c. 7. Philostrat. Vit. Apollon. Tyan. Lib. VI. c. 17. et Lib. VII. c. 3. *Musg.*

Locus sanissimus. Sacrificium, ut supra dictum est, vocabatur *δεκάτη σελήνη*, sive simpliciter *δεκάτη*. Hæc *δεκάτη* ipsa igitur est *numerus pueri plenus* scil. die-

Νύμφαισιν· ἀλλὰ τούσδ' ὄχους, ὀπάονες,
Φάτναις ἄγοντες πρόσθεθ'· ἡνίκ' ἂν δέ με
Δοκῆτε θυσίας τῆσδ' ἀπηλλάχθαι θεοῖς,
Πάρεστε· δεῖ γὰρ καὶ πόσει δοῦναι χάριν.
ΗΛ. Χώρει πένητας εἰς δόμους· φρούρει δέ μοι,
Μή σ' αἰθαλώσῃ πολύκαπνον στέγος πέπλους·
Θύσεις γὰρ, οἷα δαίμοσιν θύειν σε χρή.
Κανοῦν δ' ἐνῆρκται, καὶ τεθηγμένη σφαγὶς,
Ἥπερ καθεῖλε ταῦρον, οὗ πέλας πέσει
Πληγεῖσα· νυμφεύσει δὲ κἀν ᾅδου δόμοις,

Nymphis. At hæc vehicula, ministri,
Deducentes, ad præsepia reponite, cum autem me
Putabitis hoc sacrificio Diis *facto* defunctam esse,
Adeste. Oportet enim et marito gratificari.
Ele. Subi pauperem casam: cave autem mihi,
Ne tibi fuligine oppleat fumosum tectum peplos:
Sacrificabis enim, ut diis te sacrificare convenit.
Canistrum autem ad sacra auspicanda est paratum, et acutus culter,
Qui sustulit taurum, quem prope concides
Percussa. In Plutonis vero ædibus nubes ei,

rum sive noctium. Ideoque, si dici potest *διχάστην θύειν*, recte etiam dicetur *ἀριθμὸν τελεσφόρον θύειν*. *Seidl.*

1137. Conjunge θυσία θεοῖς. Vid. ad Iph. Taur. 174. *Seidl.*

1141. *Θύσεις γὰρ, οἷα χρή σε δαίμοσιν θύειν.*] Tollendus est spondeus ex *sexto loco* vocabula transponendo:

Θύσεις γὰρ, οἷα χρή σε θύειν δαίμοσιν.

Burn.

Θύσεις γὰρ οἷα χρή σε δαίμοσιν θύειν.] Hæc omnia ænigmatice in matrem torquet, illius necem designans, *ταῦρον* autem vocat Ægisthum; cætera per se patent. *Barnes.*

Θύσεις γὰρ, οἷα, etc.] Dum hæc loquitur Electra, Clytæmnestra domum ingreditur, ita ut postremam Electræ orationem non amplius audiat. *Seidl.*

οἷα χρή σε δαίμοσι θύειν, ed. Victor.

1142. *ἐνῆρκται,*] MS. *a. ἀνῆκται,* et in margine *ἐνῆρκται.* *Musg.*

ἐνῆρκται,] Ita Victorius. Male MS. *a.* in textu *ἀνῆκται.* Cf. Abresch. Miscell. Obs. VI. 277. *Seidl.*

1144. *νυμφεύσῃ*] Ita tres MSS. Ed. Victor. *νυμφεύσει.* *Musg.*

Reisk. scribit: *νυμφεύσεις, geres, præstabis te sponsam illi, cui.* *Beck.*

νυμφεύσει] Atticam formam refert Ed. Victorii Flor. sed MSS. omnes *νυμφεύσῃ.* Eandem formam restituimus versu antecedente. *Seidl.*

1146. Electra domum intrat, et quæ inde a v. 1142. leguntur, ea ipsam ad Chorum, remota jam Clytæmnestra, dixisse censet Prev. *Beck.*

Antiquæ editiones omnes *σὺ δ' ἐμοί.* Tacite correxit Barnesius. *Seidl.*

1147. Reisk. corrigit: *ἀμοιβὰς κακῶν μετάτροποι πνέουσιν αὖραι δαιμόνων, retributiones malorum spirant auræ deorum nunc in alteram plagam conversæ.* *Beck.*

Hoc et proximum carmen descripsimus de Verss. Dochm. a p. 570. unde, quæ necessaria videbuntur, hic repetemus.

Reiskius conjicit *ἀμοιβὰς* et *δαιμόνων* pro *δόμων*, distinctione post *κακῶν* deleta. Præstat multo lectio librorum. *Seidl.*

Ὥ,περ ξυνηῦδες ἐν φάει· τόσηνδ' ἐγὼ
Δώσω χάριν σοι, σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός.
ΧΟ. Ἀμοιβαὶ κακῶν· μετάτροποι πνέου- στροφή.
σιν αὖραι δόμων· τότε μὲν λουτροῖς
Ἔπεσεν ἐμὸς ἐμὸς ἀρχέτας,
Ἰάκχησε δὲ στέγεα, λάϊνοί
Τε θριγκοὶ δόμων, τάδ' ἐνέποντος· ὦ
Σχετλία τί με, γύναι, φονεύεις, φίλαν
Πατρίδα δεκέτεσιν ἐν σποραῖ-
σιν ἐλθόντ' ἐμάν;

Cum quo dormiebas in luce, tantam vero ego
Rependam gratiam tibi: tu vero mihi pœnas patris *cæsi dabis*.
Cho. Retributio fit malorum, mutatæ *vero* spirant
Auræ domus. Tunc quidem *in* balneis
Occubuit meus meus princeps,
Insonuere autem tecta, et lapideæ
Ædium pinnæ, dum hæc loqueretur: O
Scelerata quid me mulier cædis, charam *in*
Patriam, decimam post sementem,
Reversum meam?

1147. s. Hi versus in quatuor descripti sunt in ed. Victor.

ἀμοιβαὶ κακῶν μετά-
τροποι πνέου-
σιν αὖραι δόμων
τότε μὲν λουτροῖς

1148. Metrum postulare videtur δωμάτων et λουτροῖς. *Musg.*

τότε μὲν λουτροῖς] Quomodo Agamemnon fuerit cæsus, vide Scholiasten ad Euripid. Orest. v. 25. Ἡ πόσιν ἀπείρῳ περιβαλοῦσ' ὑφάσματι. Item quæ nos supra in hac Fabula ad v. 9. et v. 157. *Barnes.*

Versus antistrophici causa Heath. h. l. reponit λουτρείοις. Versus est asynartetus ex duobus dochmaicis. *Beck.*

Post μὲν adjeci ἐν metri causa, absorptum illud ab ipso vocabulo præcedente. Heathius proponit λουτρείοις, quæ vox vereor ut Græca sit. *Seidl.*

1149. ἀρχέτας,] An ob metrum ἀρχέτας? *Musg.*

Vid. de Vers. Dochm. p. 153. coll. ad Troad. v. 1228. *Seidl.*

1150. στέγεα,] Lege ob metrum στέγεα plurali a στέγος. *Musg.*

Scripsi ἰάκχησε pro ἰάχησε. Musgravius pro στέγα conjicit στέγεα, vere fortasse, sed alterum στέγα metro certe neutiquam adversatur. *Seidl.*

Ἰάχησε secundam hic producit. Versus enim asynartetus est ex duobus dochmaicis, uterque dochmaicus ex antispasto et syllaba. *Heath.*

Ἰάχησε δὲ στέγα, ed. Victor.

1151. ἐνέποντος·] Scribe cum simplici ν ob metrum. *Musg.*

Vulgo duplici ν ἐννέποντος. Vitium jam castigavit Musgravius. Ceterum ad ἐνέποντος subaudi αὐτοῦ. Vid. Schæf. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 50. seq. *Seidl.*

1152—1154. Hos versus disponit Heath. sic:

Σχετλία τί με, γύναι, φονεύεις, glyconius ex epitrito quarto et ditrochæo.
Φίλαν πατρίδα δεκέτεσιν ἐν iambicus dimeter.

Παλίρρους δὲ τάνδ᾽ ὑπάγεται δίκα
Διαδρόμου λέχους μελέαν· ἃ πόσιν
Χρόνιον ἱκόμενον εἰς οἴκους,
Κυκλώπειά τ᾽ οὐράνια τείχε᾽, ὀ-
ξυθήκτῳ βέλει ἔκανεν αὐτόχειρ,
Πέλεκυν ἐν χεροῖν λαβοῦσα· τλάμων
Πόσις, ὅτι ποτὲ τὰν τάλαι-
ναν ἔσχεν κακόν.

Nunc refluens hanc in fraudem perlicit Vindicta
Permutati thori, miseram, quæ virum
Sero reversum in *suas* ædes,
Adque Cyclopea aëria mœnia,
Acuto telo percussit propria manu,
Securim manu corripiens: miser
Maritus, quod unquam istam infelicem
Habuerit pestem;

Στερεαῖσιν ἐλθόντ᾽ ἐμάν; periodus catal. et antistrophicos ita:

Πέλεκυν ἐν χεροῖν λαβοῦσα.
Τλάμων πόσις γ᾽ ὅτι ποτὲ τὰν
Τάλαιναν ἔσχεν κακόν.

Beck.

Pro ὦ σχετλία scripsi ὦ σχέτλια. Cf. Soph. Ajac. 888. Usus neutrius σχέτλια admodum frequens est nostro et mox recurrit, v. 1169. Aristoph. Ran. 612. σχέτλια μὲν οὖν καὶ δεινά. Præterea verborum etiam collocatio emendationem nostram quodammodo commendat. *Seidl.*

1153. δεκέτεσιν] Ita tres MSS. ut jam, auctore Scaligero, Barnesius. Ed. Victor. δεκέταισιν. *Musg.*

δεκέτεσιν ἐν σπορᾶισιν] Ita Josephus Scaliger legit pro corrupto illo δεκέταισιν: sit enim a δεκέτης pro δεκαέτης. Et sane hæc lectio optime cum versu quadrat, alias legendum censerem δεκάταισιν. Σποραῖσιν autem pro ἐνιαυτοῖς. Notum est vero, Trojanum bellum per decimam æstatem durasse. *Barnes.*

δεκέτεσιν ἐν σποραῖσιν, i. e. decimo anno, post decimum annum. Δεκέτῃ χρόνῳ dixit Soph. Philoct. 715. Audacius etiam Noster Hel. 628. ἐν μακρᾷ φλογὶ φαεσφόρῳ, i. e. longo post tempore. De pleonastico usu præpositionis ἐν cf. Brunck. ad Soph. Œd. Reg. 1112. Ceterum δεκέτεσιν restituit Scaliger, confirmatum postea e tribus Musgravii MSS. Edd. Victor. δεκέταισιν. *Seidl.*

1156. Διαδρόμου λέχους] *Vulgivagæ Veneris.* Idem sc. διάδρομος, quod περίδρομος, Theognidi v. 582. et περίφοιτος Callimacho Epigr. 30. et 40. Lege vero ob metrum πόσιν ἅ. *Musg.*

Forte, διάδρομος, *quæ ab uno ad alterum* (ab Agamemnone ad Clytæmnestram) *discurrit justitia.* Si vulgatam serves, erit λέχος διάδρομον *conjugium desultorium* ab Agamemnone ad Ægisthum. *Reisk.*

μελέαν·] Si vera lectio est, μελέαν pro disyllabo habendum est. Sed meo judicio præstat, commate posito post λέχους, legere μέλεον ἃ πόσιν. Sic πόσις μέλεος, Hel. 339. Λέχος διάδρομον recte Reiskius explicat *conjugium desultorium* ab Agamemnone ad Ægisthum. Pendet autem genitivus διαδρόμου λέχους a δίκα. *Seidl.*

1158. Κυκλώπειά τ᾽ οὐράνια τείχη,] Argos urbem et Mycenas notat, a Cyclopibus mœnibus munitas. Vid. quæ nos ad Iphig. Aulid. v. 152. et v. 1500. Iphig. Taur. v. 845. Troad. v. 1078. Herc. Fur. v. 15. et v. 939. Vide ad Orest. v. 955. et infra ad Danaën, v. 1. *Barnes.*

1159. ἔκανεν] Omnes MSS. ᾽καν᾽. *Musg.*

κατέκαν᾽] Hanc emendationem suadent

Ὀρεί' ἅτις ὡς λέαιν' ὀργάδων ἐπῳδός.
Δρύοχα νεμομένα, τάδε κατήνυσεν.
ΚΛ. Ὦ τέκνα, πρὸς θεῶν μὴ κτάνητε μητέρα.
ΧΟ. Κλύεις ὑπώροφον βοάν;
ΚΛ. Ἰώ μοι μοι.
ΧΟ. Ὤιμωξα κἀγὼ πρὸς τέκνων χειρουμένης.
Νέμει τοι δίκαν θεὸς ὅταν τύχῃ.
Σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀνόσια δ' εἰργάσω,

Quæ veluti montana leæna, lucorum
Querceta depascens, hæc *facinora* patravit.
Cly. O liberi, per deos ne matrem occidite.
Cho. Audis sub tecto vocem?
Cly. Eheu, hei mihi.
Cho. Deploro et ego ipsam a liberis suis oppressam.
Tribuit profecto jus Deus, quum res tulerit.
Gravia quidem *mala* es passa: sed impia *patrâsti*,

MSS. qui omnes habent 'καν'. Editt. Victor. ἔκανεν. Quod olim conjiciebam βέλει 'καν' ἔκαν' jam improbo ob causas, quas alibi exponam. *Seidl.*

1160. ἐν] Lege ob metrum ἐνί. *Musg.* Producitur ultima in λαβοῦσα sequente muta cum liquida, quam productionem ipsa exclamatio videtur aliquanto fecisse ad aures leniorem. Vid. de Vers. Dochm. p. 21. Possis tamen conjicere λαβοῦσ'. ἆ τλάμων. *Seidl.*

1161. Leg. ὅτι γαμετὰν τάλαιναν ἔσχ' ἀγκαλᾶν, *quod sceleratam conjugem ulnis tenuit.* ὀρεί' ἅτις ὡς (i. e. ἢ ὡς ὀρεία τις) λέαιν' Ὑρκανῶν δρύοχα, *quæ ut leæna sylvas Hyrcanorum depascens*, vel *incolens*. *Beck.*

Ab initio versus deest syllaba, fortasse articulus ὁ ante πόσις hoc sensu: τλάμων ἐστὶν ὁ πόσις. Quod olim conjeceram ὅτι ποτ' ἄρα jam displicet, nec debebam in eam rem afferre Rhesi v. 135. *Seidl.*

1162. κακόν.] Cf. Med. 1327.

ὅτ' ἐκ δόμων σε βαρβάρων τ' ἀπὸ χθονὸς
Ἕλλην' ἐς οἶκον ἠγόμην, κακὸν μέγα.

Fragm. Archel. XXXII.

τὰ γὰρ οὐκ ὀρθῶς πραττόμεν' ὀρθῶς
τοῖς πράσσουσιν κακὸν ἦλθεν.

Fragm. Inc. XXVIII. ὁ δόκησις ἀνθρώποις κακόν. Pro ἔσχεν ed. Princ. ἔσχε. *Seidl.*

1163. Ὀρεί' ἅτις ὡς λέαιν'] Ita optime Reiskius. Vulgo ὀρεία τις ὡς λέαιν'. [Ita ed. Victor.] *Musg.*

Ὀρεία τις ὡς] Musgravius auctore Reiskio ὀρεῖ' ἅ τίς ὡς. Quasi vero longum α elidi possit. Neque scribi potest ὄρει' ἅτις. Nam epitheton ad δρύοχα ὀργάδων supervacaneum est, ad λέαινα non est. *Seidl.*

1164. Δρύοχα] Vid. Miscell. Obss. V. 3. 97. *Seidl.*

1165. Hic actus quinti initium esse jussit Prev. *Beck.*

1166. Dimetrum dochmiacum habebis, si legas:

κλύεις ὑπώροφον βοάν ;—ἰώ μοί μοι.

Forma ὑπώροφος legitur Orest. 147. Monendum quoque est, si sumas in stropha unum dochmium excidisse, versus 1163. 1164. fortasse olim respondisse versibus 1169—1171. ut versus 1166. et 1167. cum duobus senariis faciant mesodum. Certam lacunam etiam paulo post notabimus, v. 1138.

1168. χειρουμένης.] Non pendet ab ᾤμωξα, sed absolute sumendum est omisso αὐτῆς. *Seidl.*

1170. a. Heath. ita constituit:

Τάλαιν', εὐνέταν.
Ἀλλ' οἵδε μητρὸς νεοφόνοις ἐν αἵμασι
Πεφυρμένοι, βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα·
Τρόπαια δείγματ' ἀθλίων προσφθεγμάτων.
Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οἶκος ἀθλιώτερος
Τῶν Ταντάλειων, οὐδ' ἔφυ ποτ', ἐκγόνων.

Misera, in maritum.
Sed ecce hi, matris recenti sanguine
Imbuti, ex ædibus efferunt pedem:
Dira indicia repensæ cædis.
Haud est ulla domus calamitosior,
Neque fuit unquam, quam nepotum Tantali.

Σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀνόσια δ' iambicus dimeter.

Εἰργάσω τάλαιν' εὐνέταν. periodus.

Beck.

1173. Constructionem sic instituo: πεφυρμένοι πόδα (vel πόδας) νεοφόνοις ἐν αἵμασι μητρὸς βαίνουσιν ἐξ οἴκων. *Musg.*

Βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα] Vide supra ad v. 94. *Barnes.*

1174. Nihil hic ad sensum facit προσφθεγμάτων. Sed neque commode retineri potest ἀθλίων propter ἀθλιώτερος in proximo versu. Lego:

τρόπαια δείγματ' ἀντίτων προσφαγμάτων.

Specimen vel *documentum nefandum compensatæ cædis.* δεῖγμα exstat eodem sensu Eurip. Suppl. v. 364. ἄντιτος autem Hom. Odyss. XVII. v. 51. et 60. *Musg.*

Pro ἀθλίων προσφθεγμάτων Musgravius conjicit ἀντίτων προσφαγμάτων. Προσφαγμάτων quidem non male. Vulgatum tamen explicat Hermannus: "Afferunt victricia documenta miseræ allocutionis, i. e. sanguine victoriam præ se ferentes ostendunt veram fuisse matris vocem occidi se clamitantis." *Seidl.*

τροπαῖα, *spectacula vultus aversione digna, averruncanda documenta alloquiorum luctuosorum, quibus nos jamjam compellabunt.* Olim δόμων ἀποτρόπαια cogitabam, non male. *Reisk.*

1175. Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, etc.] De miseriis et calamitatibus Tantali, illiusque domus, vide Euripidem ad Orestæ principium et Senecæ Thyestem in principio, item Agamemnonem in principio. *Barnes.*

1177. ss. Antistrophicam hujus loci rationem retexi de Versu. Dochm. a p. 372.

1177. Vulgo ordine inverso παιδοφόνα βροτῶν. *Seidl.*

1178. Ἴδετ' ἴδετε] Prius ἴδετ' in libris abest. *Seidl.*

1179. s. Heath. disponit versus sic:

Δίγονα σώματ' ἐν χθονὶ Euripideus.

Κείμενα, πλαγᾷ χερὸς ὑπ' ἐμᾶς, hephthemimeris anapæstica.

Ἄποιν' ἐμῶν πημάτων. periodus catal.

Beck.

1180. Lacunam post hunc versum indicat antistropha. *Seidl.*

1181. Δακρύτ'] Pro δακρυτὰ: ita Hesych. δακρύτατον, ἀτυχέστατον. Ita enim corrigo illius δακρυώτατον. An δακρυτί'. *Barnes.*

Reisk. conjicit: δάκρυ νυν ἄγαν, ὦ σύγγονε, *plora igitur, O frater*; quia in vet. ed. est δάκρυ τ' ἂν ἄγαν. *Beck.*

Δάκρυτ' est a δακρυτὸς, *lacrymabilis*, quod eadem analogia fit, qua λυτὸς a λύω.

Heath.

Δακρύτ' ἄγαν,] Ed. Brubach. δακρύ τ' ἂν ἄγαν. Sed illud Ed. Princ. et Hervag. *Seidl.*

1182. Διὰ πυρὸς] Confer Andromach. v. 487. *Musg.*

Διὰ πυρὸς ἔμολεν] Vide Erasmi Adag. Per ignem incedis. Unde lux aliqua fiet illi πολυθρυλλήτῳ loco D. Pauli, 1 Cor. c. iii. v. 15. Εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται, ζημιωθήσεται· αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτω δὲ, ὡς διὰ πυρός. *Barnes.*

ARGUMENTUM ACTUS QUINTI.

Orestes et Electra, peracta matris cæde, in gravissimos cruciatus incidunt, pœnitentia nempe tanti sceleris ducti, et misericordia moti, mutuo plorant. Apparentes itaque ex improviso avunculi inter Deos relati, Castor et Pollux, quid jam factu opus sit, ostendunt, et mœstitiam tollunt sedantque. Orestes et Electra sibi invicem et patriæ, quam relicturi sunt, pathetico valedicunt.

ΟΡ. Ἰὼ Γᾶ, καὶ Ζεῦ πανδερκέτα βροτῶν·
Ἴδετε τάδ' ἔργα φόνια μυσαρά.
Δίγονα σώματ' ἐν χθονὶ κείμενα, πλαγᾷ
Χερὸς ὑπ' ἐμᾶς, ἄποιν' ἐμῶν πημάτων.
ΗΛ. Δακρύτ' ἄγαν, ὦ ξύγγον'· αἰτία δ' ἐγώ.
Διὰ πυρὸς ἔμολον ἁ τάλαινα ματρὶ τᾷ 1191
δ', ἅ μ' ἔτικτε κούραν.
Ἰὼ τὰς σᾶς τύχας, μάτερ τεκοῦ-
σ'· ἄλαστα, μέλεα,
Καὶ πέρα γε παθοῦσα σῶν τέκνων ὕπαι· 1195

Ore. Io Tellus, et Jupiter cuncta-cernens mortalium:
Aspicite hæc facinora cruenta, detestanda,
Gemina corpora humi prostrata ictu
Mea a manu, compensationem mearum calamitatum.
Ele. Admodum flebilia, O frater: ego vero causa.
Per ignem veni ego misera matri huic,
Quæ me puellam peperit.
Heu calamitatem tuam, O mater, quæ peperisti
Scelestos; O misera
Et plusquam misera perpessa tuis a liberis.

Διὰ πυρὸς ἔμολον] De his verbis quærit Abresch. ad Æschyl. I. p. 20. ss. Sallierius (Hist. Acad. Inscr.) διὰ πυρὸς (vel, ut legit, διάπυρος) vertit *ardemment*, et addit: cette expression διὰ π. μ. est usitée pour marquer la violence d' une resolution. Cum eo facit Abresch. in Add. Monet, διὰ πυρὸς μολεῖν significare, igni ferroque grassari, deinde vero, aut alicujus gratia caput periculis objicere, aut alicui periculorum auctorem esse. Sed quid periculum ad Clytæmnestram, quæ perierat per Electram? igitur esse posse vel fratrem instigavi, ut matrem necaret, vel suo cum periculo me mater peperit. Neutrum tamen ei placet. *Beck.*

Pro ματρὶ dedi ματρί. Hanc formam in hoc carmine librarii ter servarunt, quater neglexerunt. De locutione διὰ πυρὸς μολεῖν disputat Abresch. ad Æschyl. I. p. 20. sqq. *Igni contra aliquem grassari* nihil amplius est, quam *exitioso sive crudeli modo aliquem tractare. Seidl.*

1184. τύχας σᾶς, τύχας,] MSS. omnes τᾶς σᾶς τύχας. *Musg.*

1184. ss. Tollenda distinctio post μᾶτερ, et paullo plenius distinguendum post τεκοῦσ'. Constructio est: Ἰὼ, μᾶτερ τεκοῦ-

Πατρὸς δ᾽ ἔτισας φόνον δικαίως.
ΟΡ. Ἰὼ Φοῖβ᾽, ἀνύμνησας δίκαν,
Ἄφατα φανερὰ δ᾽ ἐξέπρα-
ξας ἄχεα, φόνια δ᾽ ὤπασας λέχε᾽ ἀπὸ γᾶς
Τᾶς Ἑλλανίδος.
Τίνα δ᾽ ἑτέραν μόλω πόλιν; τίς ξένος;
Τίς εὐσεβὴς ἐμὸν κάρα προσόψεται,
Ματέρα κτανόντος;

At patris *nostri* ultus es cædem jure.
Ore. Io, Phœbe, vindictam excitasti:
Infandos autem manifestos fecisti
Dolores, funestaque amovisti connubia e terra
Græcanica.
Quam igitur aliam *in* urbem ibo? quis hospes?
Quis pius meum caput aspiciet,
Qui matrem occidi?

σα, σᾶς τύχας, τύχας· μέλεα παθοῦσα ἄλαστα καὶ πέρα γε ὑπὸ σῶν τέκνων. *Heath.*

1184—1187. Hæc Oresti tribuenda esse monet antistropha. Vulgo continuantur Electræ. *Seidl.*

1184. *Τᾶς σᾶς τύχας ἰὼ τεκοῦσα μᾶτερ.*] Vulgo *μᾶτερ τεκοῦσ᾽*. Numeros restituimus, qui sunt in antistropha. *Seidl.*

Ἰὼ τύχας σᾶς. τύχας, ed. Victor.

1186. Vulgo *πέρα γε παθοῦσα*. Accusativos *ἄλαστα* et *μέλεα* pendere a participio *παθοῦσα* recte monet Heathius. *Seidl.*

1186. s. In versus quatuor distribuit Victor.

καὶ πέρα γε παθοῦσα τῶν
τέκνων ὕπαι·
πατρὸς δ᾽ ἔτι-
σας φόνον δικαίως.

1187. Ita edidit Beck.

Πατρὸς δ᾽ ἔτι-
σας φόνον δικαίως.

Hi duo versus unum constituere debent iambicum scil. dimetrum. *Heath.*

1188. *Ἰὼ Φοῖβ᾽,*] Desiderantur duæ syllabæ. Defectum quomodo expleam, ambigo. Potuit scribere Euripides:

ἰὼ Φοῖβ᾽, ὦ Φοῖβ.

Metro, si quidem dochmiacum est, etiam satisfaceret:

ἰὼ Φοῖβ᾽ ἄναξ,

quæ ultima vox librarium eo facilius poterat fallere, quod proximum vocabulum *ἀνύμνησας* iisdem litteris incipit. Quod olim conjeceram *ἰὼ ἰώ μοι Φοῖβ᾽* sive *ἰώ μοί μοι Φοῖβ᾽*, id jam minus placet. *Seidl.*

ἀνύμνησας δίκαν,] Legendum videtur: *ἀνέμνησας*. *Fecisti, ut Justitia memor esset facinorum Clytæmnestræ.* Reticetur nonnunquam post hoc verbum genitivus rei, quam quis in memoriam revocat; supra v. 504.

μῶν τἀμὰ διὰ χρόνου σ᾽ ἀνέμνησαν κακά;

Musg.

1190. *ὤπασας*] Legendum *ἄπωσας*, *removisti*. vid. Herc. Fur. v. 1143. Incertus in Antholog. Reisk.

— τἀμὰ δὲ λυγρὸν
Ὀστέα πεφθείη κληδόν᾽ ἀπωσαμένης.

Musg.

φόνια] Editiones *φοίνια*.

ὤπασας, i. e. *ἐδίωξας*, *exterminasti*, ut recte admonet Heathius. Hom. Iliad. θ᾽. 341.

ὣς Ἕκτωρ ὤπαζε καρηκομόωντας Ἀχαιούς.

coll. Iliad. ι᾽. 334. ρ᾽. 462. Cum Eustathio, qui explicat *κατόπιν διώκει*, faciunt veteres enarratores omnes, Hesych. vv. *ὀπάζει*, *ὤπαζε*, *κατοπάζων*, *ὤπαζεν*, Suid. v. *ὀπάζει*, Zonaras v. *ὤπαζε*, p. 1889. Pho-

ΗΛ. Ἰώ μοι, μοι ποῖ δ' ἐγώ;
Τίν' εἰς χόρον;
Τίνα γάμον εἶμι; τίς πόσις με δέξεται
Νυμφικὰς ἐς εὐνάς;
ΟΡ. Πάλιν πάλιν φρόνημα σὸν
Μετεστάθη πρὸς αὔραν·
Φρονεῖς γὰρ ὅσια νῦν, τότ' οὐ φρονοῦσά γ' εὖ.
Δεινὰ δ' εἰργάσω, φίλα,

Ele. Io, ah, ah, quid autem ego?
Quem in chorum,
Quas *ad* nuptias ibo? Quis vir me recipiet
Conjugalia in cubilia?
Ore. Rursus, rursus mentis tuæ sensus
Mutatus est secundum auram:
Nunc enim sancte cogitas, tum non cogitans bene.
Dira enim patrâsti, O chara, in

tius v. ὀπάζω, Etym. M. vv. ὀπαδὸς et ὀπάζω. — Musgravius conjicit ἄπωσας, *removisti*, quod metrum non admittit.

Metra non congruunt. Legendum fortasse:

λέχε' Ἑλλάδος ἐκ γᾶς

vel:

λέχε' Ἑλλάδος αἴας.

Hom. Odyss. σ'. 8.

ὅς ῥ' ἐλθὼν Ὀδυσῆα διώκετο οἷο δόμοιο.

Ita φεύγειν cum genitivo construitur. Vid. Schæf. ad Apollon. Rhod. Schol. IV. v. 86. Nisi potius vitium quærendum est in stropha. Certe trochaici numeri aptissime decurrunt, si uno articulo τᾶς deleto legas:

ἄχεα φόνια δ' ὤπασας λέ-
χε' ἀπὸ γᾶς Ἑλλανίδος.

Seidl.

1190. s. ὤπασας] Hic idem significare videtur, quod δίωξας, *exterminasti sanguinaria connubia e terra Græcanica.* Quod si cui forte significatio hæc verbi ὀπάζειν insolentior videri possit, ita hi versus corrigi et constitui possunt:

Ἄφατα φανερὰ δ' ἐξέπραξας ἄχεα, trochaicus trimeter brachycatalectus.

Φόνια δ' ἀπώσας λέχε' ἀπὸ γᾶς idem dimeter hypercatalectus.

Τᾶς Ἑλλανίδος. basis anapæstica.

Heath.

Aut ὤλισας, aut ὤχμασας, *abstulisti*, aut ὤστασας, *detrusisti, extrudendo arcuisti.* *Reisk.*

1192. Heath. reponit: τίς δὲ ξένος, ut sit senarius iambicus. *Beck.*

1193. ἐμὸν κάρα προσόψεται, Ματέρα κτανόντος;] Quod sæpe possessiva primitiva sua includant, diximus satis ad hujus fabulæ, v. 366. Οὗτος κέκληται πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας. *Barnes.*

1196. χορόν;] Ita MSS. β. γ. [et Reisk. ex conjectura.] Ed. Victor. χῶρον. *Musg.*

1197. Τίνα γάμον εἶμι; τίς πόσις με δέξεται] Hæc dicit, quia colonus, ex poëtæ œconomia, nunquam ausus est virginis regiæ nuptias perficere; quare etiam nunc innupta manebat et virgo intacta; quam tamen historia testatur postea Pyladæ traditam esse, et ex eo filios habuisse, Medonta et Strophium, ut refert Pausanias ex Hellanico, Corinth. fol. 59. lin. 11. *Barnes.*

1201. φρονοῦσά γ' εὖ.] Ex conjectura suppleverat Barnesius γ' εὖ, quod in Victoriana deest. Feliciter sane; habent enim MSS. β. γ. *Musg.*

Κασίγνητον οὐκ ἐθέλοντα.
Κατεῖδες οἷον ἁ τάλαιν' ἰῶν πέπλων
Ἔβαλεν, ἔδειξε μαστὸν ἐν φοναῖς;
Ἰώ μοι, μοι· πρὸς πέδῳ
Τιθεῖσα γόνιμα μέλεα, τὰν κόμαν δ' ἐγὼ —
ΗΛ. Σάφ' οἶδα, δι' ὀδύνας ἔβας,
Ἰήϊον κλύων γόον
Μητρὸς, ἅ σ' ἔτικτε.
ΟΡ. Βοὰν δ' ἔλασκε τάνδε, πρὸς γένυν ἐμὰν
Τιθεῖσα χέρας·

Fratrem non volentem.
Vidistine ut misera *ex* suis peplis
Exeruerit, ostenderit mammas in cæde?
Hei mihi, mihi, humi
Ponens genetalia membra: comam vero ego—
Ele. Certo scio: dolorem sensisti,
Luctuosum audiens clamorem
Matris, quæ te peperit.
Ore. Vocem porro hanc emisit, ad mentum meum
Ponens manus,

Reisk. malebat versum ita suppleri: φρονοῦσα πάν — Δεινά. *Beck.*

φρονοῦσά γ' εὖ.] Conf. Orest. 99.

ὀψέ γε φρονεῖς εὖ, τότε λιποῦσ' αἰσχρῶς δόμους.

Seidl.

1202. Reisk. scribit: φίλον, i. e. σὸν, tuum. *Beck.*

1203. οὐ θέλοντα.] Male libri οὐκ ἐθέλοντα. *Seidl.*

1204. ἁ τάλαιν' ἰῶν πέπλων Ἔβαλεν, ἔδειξε μαστὸν ἐν φοναῖς;] Lege ἄνω (*pro* ἰῶν, *ut videtur.*) *Por. Advers.*

ἰῶν πέπλων] Subaudi ἐξ, vel διὰ, vel tale quid. *Barnes.*

Reisk. conjicit: τάλαιν' ἐκ τῶν πέπλων. *Beck.*

ἰῶν πέπλων] Vid. Herm. de Ellips. et Pleonasmo, p. 142. Pro ἰῶν in mentem venerat legendum ἔξω aut saltem ἰόν; nam languere certe videtur ἰῶν. *Seidl.*

1205. φοναῖσιν;] Vulgo φοναῖς. *Seidl.*

1207. τὰν κόμαν δ' ἐγὼ] Subaudi ἐδραξάμην. *Barnes.*

μέλεα; τανκόμαν] Emendavimus hunc locum in Epist. ad Lobeck. p. 438. Vulgo inepte μέλεα τὰν κόμαν. *Seidl.*

Forte, τὰν κόμαν δὲ πρὸς, *et præterea quoque comam:* vel potius ab ἐγὼ incipit Electræ sermo. *Reisk.*

1210. Ματρὸς,] Legebatur ματρός. *Seidl.*

1211. πρὸς γένυν ἐμὰν] Lege γένυσθ' ἐμῇ. *Por.*

ἔλασκε] Vox Euripidea λάσκω pro λακέω, dico. Ita Andromach. v. 669. Τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους. Ita Rhes. v. 720. Τί λάσκων, etc. Æschyl. Theb. v. 192. pro eodem λακάζειν habet, et λακίζειν idem sonat. De fonte autem horum omnium, λακέω, quod et ληκέω scribitur, notandum, illud potius de incondito aliquo sono a Veteribus usurpari et de crepitu cum collisione quadam aut conflictu facto. Ita Homer. Iliad. ν'. v. 621. λάκε δ' ὀστέα. Ita Act. c. I. v. 18. de Juda proditore dicitur, ἐλάκησε μέσος, i. e. *Diffractus crepuit.* Et διαλακέω Aristophanes in Nubibus utitur pro *dirumpor.* Tragici sane hoc λακέω ad sonum articulatum referunt; ut et λάσκω. De qua voce Hesych. Λάσκειν, λέγειν, φθέγγεσθαι. *Barnes.*

1212. χεῖρας·] Libri χέρας. Si puros iambos desideres, possis etiam scribere χεῦρα, sive voces transponere χέρας τιθεῖ-



Τέκος ἐμὸν, λιταίνω,
Παρηΐδων τ' ἐξ ἐμᾶν
Ἐκρήμναθ'· ὥστε χέρας ἐμὰς λιπεῖν βέλος.
ΧΟ. τάλαινα, πῶς ἔτλας φόνον
Δι' ὀμμάτων ἰδεῖν σέθεν
Μητρὸς ἐκπνεούσας;
ΟΡ. Ἐγὼ μὲν ἐπιβαλὼν φάρη κόραις ἐμαῖ-
σι, φασγάνῳ κατηρξάμαν,
Ματέρος ἔσω δέρας μεθείς.
ΗΛ. Ἐγὼ δέ γ' ἐπεκέλευσά σοι,

O fili mi, supplex oro:
Meisque a genubus
Pendebat, ut manibus meis telum excideret.
Cho. Misera, quomodo ausa es cædem
Oculis tuis aspicere
Matris *animam* efflantis?
Orc. Ego quidem, pallium objiciens oculis meis,
Ense *cædem* sum auspicatus, *eum*
Matris in cervicem demittens.
Ele. Ego vero te sum hortata,

σα· τέκος ἐμὸν, vel τιθεῖσα χέρας· ἐμὸν τέκος, λιταίνω. *Seidl.*

1213. λιταίνω,] Est vox rara, ideo hic notanda. Λίτομαι autem dicitur et λίσσομαι, et λιτάζομαι, et λιταίνω, et λιτανεύω, quam tamen ultimam a λιτάνω deducit Eustathius, si vere scribitur. *Barnes.*

1214. Παρηΐδων] Vulgo παρηΐδων. *Seidl.*

1215. Ἐκρήμναθ'·] Cum olim legeretur ἐκριμνᾶθ', nullo negotio nos in ἐκρήμναθ' vertimus: hæc est enim vera et authentica vox, Attica nempe et Euripidea: Κρήμναμαι, pro κρέμαμαι: sic Ion. v. 1613. Ἡδέως κεκρημνάμεσθα etc. Sic Hercul. Fur. v. 519. Δεῦρ', ὦ τέκν', ἐκκρήμνασθε πατρῴων πέπλων, in quem posteriorem locum vide quæ nos. Si vero a κρήμναμαι recte deducitur, ut quovis pignore contenderem, scribendum est Ἐκρήμναθ', ut nos scripsimus, cum olim male ἐκριμνᾶθ' legebatur, quasi a κριμνάομαι, quæ vox suspecta est; et præterea sic versus sibi haud constaret, qui certe iambus est. *Barnes.*

Ἐκρήμναθ'·] Ita recte Barnesius. Victorius ἐκριμνᾶθ'. *Seidl.*

1216. Male hæc Choro tribuuntur. (Electr. dedit Seidl.)

Τάλαινα,] Conf. Soph. Œd. Col. 318. 1683. Aristoph. Eccles. 90. Nostr. Phœniss. 1529. *Seidl.*

1218. Ματρὸς] Etiam hic vulgo μητρός. *Seidl.*

1219. ἐμαῖς] Libri ἐμαῖσι. *Seidl.*

1222. Ἐγὼ δ'] MS. γ. ἔγωγε δ'.

ἐπεκέλευσα] Legendum ἐπεγκέλευσα. vid. Orest. v. 1235. Cyclop. v. 645. *Musg.*

1222. s. Ἐγὼ δ' ἐπεκέλευσά σοι, ξίφους τ' ἐφαψάμην ἅμα.] Hic locus inter centum alios, ut ne quid de duabus præcedentibus notis hic dicam, aperte Euripidem auctorem fatetur; ita enim ille Orest. v. 1234. Ἔκτεινα μητέρ'· ΠΥΛ. ἡψάμην δ' ἐγὼ ξίφους. ΗΛ. Ἐγὼ δέ τ' ἐπεκέλευσα, κἀπέλυσ' ὄκνου. Sed parum nos sollicitii sumus de hac re, cum probe sciamus, facile apud doctos homines hanc fabulam Euripidi concessum iri et propriam fore. Vide quæ nos supra ad v. 1215. 1211. 843. 399. 259. et 50. *Barnes.*

Vulgo ἐγὼ δ' ἐπεκέλευσά σοι, sed, quod dedimus, habet MS. γ. Musgravii. Ceterum vid. Pors. ad Orest. v. 1234. qui etiam hic ἐγὼ δέ γ' prætulerit. *Seidl.*

Ξίφους τ' ἐφηψάμην ἅμα.
ΧΟ. Δεινότατον παθέων ἔρεξας.
Λαβοῦ, κάλυπτε μέλεα ματέρος·
Πέπλοις καθάρμοσον σφαγάς.
Φονίας ἔτικτες ἄρα σοι.
ΗΛ. Ἰδοὺ, φίλαι τε, κοὐ φίλαι,
Φάρεά γ' ἀμφιβάλλομεν,
Τέρμα κακῶν μεγάλων δόμοισιν.
ΧΟ. Ἀλλ' οἵδε δόμων ὕπερ ἀκροτάτων
Φαίνουσι τινὲς δαίμονες, ἢ θεῶν
Τῶν οὐρανίων· οὐ γὰρ θνητῶν
Γ' ἥδε κέλευθος· τί ποτ' εἰς φανερὰν
Ὄψιν βαίνουσι βροτοῖσιν;

Enseque simul attrectavi.
Cho. Indignissimum patrâsti facinus.
Prehende, tege membra matris;
Peplis compone vulnera.
Interfectores sane peperisti tibi.
Ele. En, amicæ, et non amicæ,
Vestes circumponimus,
Finem magnorum malorum *nostræ* domus.
Cho. At hi summo super domus culmine
Apparent nescio qui dæmones, aut Dii
Cælestes: non enim mortalium
Hæc *est* via. Cur tandem in manifestum
Conspectum prodeunt mortalibus?

Deest γ' in ed. Victor.

1223. Scripsi ἐφηψάμαν, ut paulo ante legimus κατηρξάμαν. Vulgo ἐφαψάμην. *Seidl.*

1224. Etiam hic versus cum tribus proxime sequentibus (quos Orest. dedit Seidl.) Chori personæ assignantur. In fine hujus versus fortasse legendum est ἔρεξα. Nisi verior est Hermanni sententia, qui hunc versum non minus quam antistrophicum ejus τέρμα κακῶν μεγάλων δόμοισιν Oresti tribuendum esse censet. *Seidl.*

1225. Orestis hæc esse, sententiæ ipsæ demonstrant. Post ματέρος plerique male interpungunt. *Seidl.*

1226. Ante καθάρμοσον addidi καί. Versu proximo Victorius ἄρα. *Seidl.*

1227. Reisk. corrigit: φίλᾳ τε κοὐ φίλᾳ, *circumjicimus vestes amicæ non amicæ*, familiari non caræ. *Beck.*

1228. φίλαν τε κοὐ φίλαν,] Vulgo φίλαι τε κοὐ φίλαι, quum paulo post margo Victorii offerat φάρεα δέ γ', hoc ipsum mutavimus in φάρεά σέ γ', et φίλαι τε κοὐ φίλαι in φίλαν τε κοὐ φίλαν. Pro φάρεά σέ γ' vulgo legitur φάρεά γ', quam lectionem si præferas, in stropha transpone ἅμα τ' ἐφηψάμαν ξίφους. *Seidl.*

1228. ss. ἀναπαιστικὰ, MS. not. ed. Victor. *Seidl.*

1232. Φαίνουσι] Wunderlichius in Ob-



ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.

Ἀγαμέμνονος παῖ, κλῦθι· δίπτυχοι δέ σοι
Καλοῦσι μητρὸς ξύγγονοι Διόσκοροι,
Κάστωρ, κασίγνητός τε Πολυδεύκης ὅδε.
Δεινὸν δὲ ναυσὶν ἀρτίως πόντου σάλον
Παύσαντ᾽ ἀφίγμεθ᾽ Ἄργος, ὡς εἰσείδομεν
Σφαγὰς ἀδελφῆς τῆσδε, μητέρος δὲ σῆς.
Δίκαια μὲν νῦν ἥδ᾽ ἔχει· σὺ δ᾽ οὐχὶ δρᾷς.
Φοῖβός τε, Φοῖβος· ἀλλ᾽, ἄναξ γάρ ἐστ᾽ ἐμὸς,
Σιγῶ· σοφὸς δ᾽ ὢν, οὐκ ἔχρησέ σοι σοφά.
Αἰνεῖν δ᾽ ἀνάγκη ταῦτα· τοὐντεῦθεν δὲ χρὴ
Πράσσειν, ἃ Μοῖρα, Ζεύς τ᾽ ἔκρανε σοῦ πέρι.

GEMINI.

O Agamemnonis fili, audi; Gemini enim te
Matris vocant fratres, Jovis filii,
Castor, et hic Pollux frater *meus:*
Gravem enim navibus modo maris æstum
Postquam sedavimus, venimus Argos, ubi vidimus
Cædem sororis hujus, matris vero tuæ.
Justa quidem hæc habet; tu vero non fecisti;
Phœbus vero, Phœbus. — Sed (rex enim est meus)
Taceo: cum autem sit sapiens, non *tamen* sapiens oraculum tibi reddidit.
Probare tamen hæc *est* necesse. Posthac vero oportet
Facere, quæ fatum Jupiterque de te decrevit.

serv. Crit. in Æschyl. Trag. p. 99. ad τίνες δαίμονες supplet ὄντες. Mihi φαίνουσι cum Æm. Porto dictum videtur pro φαίνονται. Ita supra bis habuimus καταλάμπει, v. 586. et v. 464. Conf. Brunck. ad Soph. Ajac. 40. Matthiæ Gramm. Gr. sect. 496. 4. 5. Apte etiam comparaveris verba contrariæ significationis κεύθειν et κρύπτειν, quorum idem usus est. *Seidl.*

1236. δέ σε] Typothetæ vitio in Edd. Paulli Steph. et Barnes. δέ σοι. *Seidl.*

δέ σε ed. Victor.

1239. ναυσὶν] Sequor Barnesium ita ex conjectura legentem. Ed. Victor. ναὸς, quod ex ναυσ᾽ depravatum esse crediderim, illud vero ex ναυσίν. *Musg.*

1239. s. Δεινὸν δὲ ναυσὶν ἀρτίως πόντου σάλον Παύσαντ᾽ ἀφίγμεθ᾽ Ἄργος,] Cum olim ναὸς legeretur, quia male aderat duplex genitivus, et Castorum curæ non una aliqua navis, sed plurimæ, si non omnes, committuntur, et dativus hic videbatur desiderari, ego ναυσὶν scripsi, qua lectione nihil tutius, aut apertius; nec tamen veterem reprimo prorsus, aut supprimo. Judicent docti. *Barnes.*

ναύταις mavult Reisk. *Beck.*

ναὸς] Barnesius ex conjectura ναυσὶν, quem sequitur Musgravius. Sed πόντου σάλον unam efficiunt notionem, quasi dixisset πόντιον σάλον. *Seidl.*

1242. μὲν νῦν] Ita Ed. Princ. et antiquissimæ omnes. Barnesius μέν νυν. In fine versus post δρᾷς antiquæ editiones

Πυλάδῃ μὲν Ἠλέκτραν δὸς ἄλοχον εἰς δόμους,
Σὺ δ' Ἄργος ἔκλιπ'· οὐ γάρ ἐστί σοι πόλιν
Τήνδ' ἐμβατεύειν, μητέρα κτείναντα σήν.
Δειναὶ δὲ Κῆρες, αἱ κυνώπιδες θεαὶ,
Τροχηλατήσουσ' ἐμμανῆ πλανώμενον.
Ἐλθὼν δ' Ἀθήνας, Παλλάδος σεμνὸν βρέτας
Πρόσπτυξον· εἵρξει γάρ νιν ἐπτοημένας
Δεινοῖς δράκουσιν, ὥστε μὴ ψαύειν σέθεν,
Γοργῶφ' ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον.

Pyladæ quidem Electram da uxorem in sedes *ducendam*.
Tu vero relinque Argos: haud enim tibi licet urbem
Hanc ingredi, quia tuam matrem occidisti.
Terribiles autem Parcæ, Deæ caninis oculis præditæ, *te*
Furore correptum agitabunt errantem.
Profectus autem Athenas, Palladis venerandum simulachrum
Complectens adora: arcebit enim ipsas metu perculsas,
Sævis draconibus, ne te tangant,
Terribilem *Ægidis* orbem obtendens tuo capiti.

ponunt punctum. Proximo versu Edd. Princ. Hervag. Stibl. Cant. τι. Una Brub. δὲ, quod recentiores prætulerunt. Post τι posui punctum. Ita Orest. v. 28.

Φοίβου δ' ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν;

Cf. Iph. Taur. 1368. sq. Hermannus conjungi mavult Φοῖβός τι Φοῖβος, hoc sensu: Phœbus esto Phœbus, i. e. Phœbum mitto, de Phœbo nolo loqui. *Seidl.*

1243. Φοῖβος τι Φοῖβος·] Lege Φοῖβός σι. *Por.*

1245. τἀντεῦθεν, ed. Victor.

1247. Πυλάδῃ μὲν Ἠλέκτραν δὸς ἄλοχον, etc.] Eadem fere peroratio Orestæ, si quis accurate conferat, etiam ut hic iterum confirmetur, quod toties probatum volui, hanc esse fabulam genuinam Euripidis nostri. Et sane illa Orestæ suspicio, quod Apollo malus quidam dæmon esset, quia matricidium jubebat, de qua re supra nos egimus ad v. 979. Ἆρ' αὖτ' Ἀλάστωρ εἶπ' ἀπεικασθεὶς θεῷ, ad Orestæ fabulam ipse matricida fatetur, v. 1685. Καίτοι μ' ἐσῄει δεῖμα, μή τινος κλύων Ἀλαστόρων, δόξαιμι σὴν κλύειν ὄπα. Adeo qui plura Euripidis vestigia in hac Electræ fabula quæsierit, quam quæ a nobis et hic et alias aperte monstrantur, is sane nec ipsum Euripidem vivum, præsentem et loquentem, vel agnoverit, vel intellexerit, puto. Vid. quæ nos supra ad v. 1222. etc. *Barnes.*

1249. κτείναντα] Enallage est constructionis, de qua vide ad Troad. v. 119. Scaligero placet κτείναντι. *Musg.*

μητέρα κτείναντα σήν.] Scaliger legit κτείναντι, quia σοι præcessit, parum cautus, etiam σὲ posse eleganter intelligi, ut sit hic loci sensus et ordo: οὐ γάρ ἐστι σοὶ, ἤγουν ἔξεστι σοὶ, πόλιν ταύτην ἐμβατεύειν σε, καὶ εἰσιέναι, κτείναντα τὴν μητέρα σοῦ. Sic Xenophon: ἐξῆν τοῖς κρατίστοις συνθεμένους ἐπὶ χεῖρους ἰέναι. Ita Latine, nobis non licet esse tam *disertos*, æque bene, ac *disertis*, ut pueris notum. *Barnes.*

1250. Κῆρες,] Male vertunt Parcæ. Hic et Hercul. Fur. 866. ut Soph. Œd. R. 472. Κῆρες sunt Furiæ. *Seidl.*

1255. Γοργῶφ' ὑπερτείνουσά σου κάρᾳ κύκλον.] Pro Γοργῶπα, Γοργῶφ' scripsimus ob sequens asperum, licet haud ignoro, qui, superstitione quadam territi, talia Veterum errata ad regulam reducere non ausint; cum tamen certo constet, εἶφ' pro εἶπε ante asperum scribi, et ἀνάχθ', pro ἄνακτα, æque ac alia vocabula in iisdem



Εστιν δ' Ἄρειός τις ὄχθος· οὗ πρῶτον θεοὶ
Ἕζοντ' ἐπὶ ψήφοισιν αἵματος πέρι·
Ἁλιῤῥόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης,
Μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων,
Πόντου κρέοντος παῖδ', ἵν' εὐσεβεστάτη
Ψῆφος, βεβαία τ' ἐστὶν ἔκ τε τοῦ θεοῖς.
Ἐνταῦθα καὶ σὲ δεῖ δραμεῖν φόνου πέρι,
Ἴσαι δέ σ' ἐκσώζουσι μὴ θανεῖν δίκῃ
Ψῆφοι τεθεῖσαι· Λοξίας γὰρ αἰτίαν

Est autem Martis quidam tumulus, ubi primum Dii
Consederunt ad suffragia de sanguine *ferenda*,
Halirrhothium quum interfecit crudelis Mars,
Ob iram *propter* impia filiæ sponsalia,
Filium *Neptuni* regis maris. Ubi sanctissimum
Judicium et firmum est ab illo *tempore* Diis,
Hic te quoque oportet *subire judicium* de cæde.
Paria vero te servabunt, ne judicio moriaris,
Suffragia *a judicibus* lata. Phœbus enim culpam

circumstantiis. Κύκλον δὲ γοργῶπα vocat Palladis ægidem, quod is clypeus sit κυκλοτερὴς et Gorgonis capite terribilis. *Barnes.*

γοργῶφ'.] Ita Barnesius. Ed. Princ. γοργῶπ'. *Seidl.*

κάρα, ed. Victor.

1256. Ἀρέιος] Fortasse rectius scribimus Ἄρειος. Vid. tamen supra v. 298. *Seidl.*

1258. Ἁλιῤῥόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης,] Apollodorus Biblioth. Lib. III. c. 13. §. 2. Ἀγλαύρου μὲν οὖν καὶ Ἄρεος Ἀλκίππη γίνεται· ταύτην βιαζόμενος Ἁλιῤῥόθιος, ὁ Ποσειδῶνος καὶ Νύμφης Εὐρύτης, ὑπὸ Ἄρεως φωραθεὶς κτείνεται. Ποσειδῶν δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίνεται, δικαζόντων τῶν δώδεκα θεῶν Ἄρει, καὶ ἀπολύεται. Vid. Schol. Eurip. ad Orest. v. 1667. et quæ nos ad v. 1668. Item ad Iphig. Taur. v. 947. *Barnes.*

1259. ἀνοσίων νυμφευμάτων,] Halirrhothius Alcippen, Martis filiam, violaverat. Pausan. p. 19. l. 19. Ed. Sylburg. Apollodor. Lib. III. c. 13. *Musg.*

Notetur accusativus μῆνιν. Genus est appositionis, quod ita explica, ὅ, (scil. ὅτι αὐτὸν ἔκτανεν,) ἦν μῆνις, etc. Cf. Matthiæ ramm. Græc. sect. 426. 1. coll. sect. 432. 4. Hermannus de Ellips. et Pleon. p. 174. monet, μῆνιν hic idem esse quod μήνιμα. *Seidl.*

1261. ἔκ τε τοῦ] Optime Piersonus ἐκ τούτου: nempe χρόνου. Verisim. p. 248. *Musg.*

ἔκ τε τοῦ θεοῖς.] Si ita veterem lectionem retineamus, exponendum: καὶ ἐκ τούτου τοῦ χρόνου, ὅθεν δηλονότι ὁ Ἄρης ἐκρίθη. Scaliger autem legit: ἔκ τέ του θεῶν, hoc est: ἔκ τε τινὸς τῶν θεῶν, δηλονότι Ἀθηνᾶς, αὕτη ἡ ψῆφος δικαιοτάτη γίνεται καὶ εὐσεβεστάτη. Vid. J. Meursium de Areopago, et historiam quandam apud A. Gellium in hanc rem, Lib. XII. c. 7. *Barnes.*

Reisk. vulgatum defendit, quod censet idem valere, ac ἐκ τούτου. *Beck.*

ἔκ γε τοῦ] Ita optime Schæferus. Editiones omnes ἔκ τε τοῦ, ex quo Piersonus fecerat ἐκ τούτου, Veris. p. 248. Idem valet ἐκ τοῦ. *Seidl.*

1262. δραμεῖν, intellige ἀγῶνα vel κίνδυνον. Vid. Lamb. Bos. de Ellips. p. 222. *Schæf.*

1263. Ἴσαι δέ σ' ἐκσώζουσι—] Lege ἐκσώσουσι. *Por.*

1263. s. Ἴσαι δέ σ' ἐκσώζουσι μὴ θανεῖν δίκῃ Ψῆφοι] De absolvendo per æqualia suffra

Εἰς αὐτὸν οἴσει, μητέρος χρήσας φόνον.
Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται,
Νικᾷν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.
Δειναὶ μὲν οὖν θεαὶ τῷδ' ἄχει πεπληγμέναι,
Πάγον παρ' αὐτὸν χάσμα δύσονται χθονὸς,
Σεμνὸν βροτοῖσιν εὐσεβὲς χρηστήριον.
Σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
Οἰκεῖν, Λυκαίου πλησίον σηκώματος.
Ἐπώνυμος δέ σου πόλις κεκλήσεται.
Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· τόνδε δ' Αἰγίσθου νέκυν

In se ipsum transferet, qui matris tuæ cædem oraculo suo tibi suaserit.
Et reliquis hæc lex feretur,
Ut reus paribus suffragiis semper vincat.
Ac diræ quidem Deæ hoc dolore perculsæ,
Rupem ad ipsam, subibunt hiatum terræ,
Venerandum mortalibus piis oraculum.
Te vero ad Alphei fluenta oportebit Arcadum terram
Habitare, prope Lycæum delubrum:
De tuo vero nomine vocabitur regio.
Tibi quidem hæc dixi. Ægisthi vero cadaver hoc

gia vide quæ nos ad Iph. Taur. v. 1471. et v. 966. vide Erasmum in Adagio, æquales calculi. *Barnes.*

Exspectes ἐκσώσουσι. Sed vide, ne in præsenti lateat hoc, ratam jam esse apud Deos Orestis absolutionem. Sic Soph. Œd. Col. 589.

κεῖνοι κομίζειν κεῖσ' ἀναγκάζουσί με,

i. e. volunt perficere, ut illuc me conferam. *Seidl.*

1266. s. Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται, Νικᾷν ἴσαις ψήφοισι] Vide quæ nos ad Iphigen. Taur. v. 1471. ubi hæc de Themistocle quoque dicuntur. *Barnes.*

1268. Reisk. scribit: τῷ λάχει, *sorte*, eventu judicii. *Beck.*

1270. εὐσεβὲς] Legendum εὐσεβέσι. monuit ut jamdudum Clarkius ad Homer. Il. Υ'. 242. *Musg.*

Reisk. conjicit: ἀστιβὲς, *quod calcare pedibus nemini licet* præter supplices illuc confugientes. *Beck.*

Σεμνὸν — εὐσεβὲς] Musgravius cum Clarkio ad Hom. Il. Υ'. 242. mavult εὐσεβέσι, numeris inconcinnis, Reiskius ἀστιβὲς pro εὐσεβές. Sed conjunge σεμνὸν χρηστήριον, βροτοῖσιν εὐσεβές. Si quid mutandum censerem, legerem

σεμνὸν βροτοῖσί τ' εὐσεβὲς χρηστήριον.

Seidl.

1271. s. Σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς οἰκεῖν] Ita Orest. v. 1664. Ἀζᾶσιν, Ἀρκάσιν τ' Ὀρέστειον καλεῖν, in quem locum vide Scholiasten et Stephanum περὶ πόλεων in Ἀζανία et in Ὀρέσται et Ὀρεστία. *Barnes.*

1274. τὸν δὲ, ed. Victor.

1276. Ἄργει Ναυπλίαν παρὼν] Scaliger hic ingenioso errore scribit ναυπλοίᾳ, cum hæc vox sit proprium nomen loci: vide ad Orest. v. 236. Ἐν Ναυπλίᾳ δὲ σέλμαθ' ὥρμισται νεῶν. Item v. 363. ἐπεὶ δὲ Ναυπλίας ψαύω χθονός. *Barnes.*

Ναυπλίαν] Vid. ad v. 453. Ceterum noli corrigere Ναυπλίᾳ. Nam, ut dicit Noster Orest. v. 1307. εἰς μόνον φόνον ἦδ' Ἑρμιόνη πάρεστι, ita etiam omisso εἰς dicere potuit Ναυπλίαν παρεῖναι, i. e. venisse in portum Nauplieum: Ναυπλίᾳ παρεῖναι contra significaturum esset, esse

Ἄργους πολῖται γῆς καλύψουσιν τάφῳ·
Μητέρα δὲ τὴν σὴν, ἄρτι Ναυπλίαν παρὼν,
Μενέλαος, ἐξ οὗ Τρωϊκὴν εἷλεν χθόνα,
Ἑλένη τε θάψει· Πρωτέως γὰρ ἐκ δόμων
Ἥκει λιποῦσ' Αἴγυπτον, οὐδ' ἦλθεν Φρύγας.
Ζεὺς δ', ὡς ἔρις γένοιτο καὶ φόνος βροτῶν,
Εἴδωλον Ἑλένης ἐξέπεμψ' εἰς Ἴλιον.
Πυλάδης μὲν οὖν κόρην τε καὶ δάμαρτ' ἔχων,
Ἀχαιΐδος γῆς οἴκαδ' εἰσπορευέτω,
Καὶ τὸν λόγῳ σὸν πενθερὸν κομιζέτω

Argivi cives terræ sepulchro tegent.
Matrem vero tuam, modo Naupliam appellens
Menelaus, ex quo Trojanum cepit agrum,
Et Helena sepelient. Protei enim ex ædibus *illa*
Rediit, relicta Ægypto, nec ivit *ad* Phrygas:
Sed Jupiter, ut lis, et cædes fieret mortalium,
Simulachrum Helenæ misit ad Ilium.
Pylades igitur lætus et conjugem habens
In Achaicæ terræ domum introducat,
Et verbis, tituloque tuum affinem *(sororis maritum)* deducat

in portu Naupl., quasi jam diu ibi fuisset. *Seidl.*

1279. οὐδ' ἦλθε Φρύγας.] En! iterum Euripidis characteristicam notam. Quis in hac fabula non videt, ipsum Eurip. non agnoscit, non amplectitur, ut diximus supra ad v. 1247. Quod Helena non venerit Trojam, vide argumentum Græcum ad fabulam Helenæ et ejusdem fabulæ, v. 33. *Barnes.*

1279. ἦλθε ed. Victor.

1282. κόρην τε καὶ δάμαρτ' ἔχων,] Lege χαίρων τε καὶ δάμαρτ' ἔχων. Conf. v. 1329. *Barnes.*

κόρην τε καὶ δάμαρτ' ἔχων,] *Virginem et uxorem.* Virgo enim adhuc erat, sed uxor putabatur. Male Musgravius pro κόρην conjicit χαίρων. *Seidl.*

1283. Reisk. emendat: ἐκπορευέτω, *ex Achaia deducat in suam patriam.* *Beck.*

Ἀχαΐδος] Vulgo Ἀχαιΐδος. Vid. ad Troad. v. 659. Pro εἰσπορευέτω Reiskius ἐκπορευέτω. Non male. Vid. tamen supra ad v. 1195. *Seidl.*

1284. πενθερὸν] Paullo insolentius est πενθερὸς de sororis marito dici. Sed omnino voces γαμβρὸς et πενθερὸς vagæ parumque adstrictæ significationis sunt. Vide Suidam in πενθερὸς, Polluc. Lib. III. sect. 31. *Musg.*

1284. s. Καὶ τὸν λόγῳ σὸν πενθερὸν κομιζέτω Φωκέων ἐς αἶαν, καὶ δότω πλούτου βάρος.] Omnino πενθερὸς in hoc loco sonat *sororis maritum*, et rusticum illum colonum Argivum notat, cui Electra desponsata fingitur. Quem prudentissimus poëta (adeo semper sibi constat) ob ingenuam castitatem, et pietatem, quibus Electram honorifice excepit, jam nunc Diis ipsis curæ facit; utpote qui hoc in loco Pyladæ in mandatis dent, ut secum illum in Phocida deducat et auro locupletet. Πενθερὸν itaque eum vocat, at λόγῳ, hoc est nomine tantum tenus, ut qui mariti officium nequaquam gessit, at custodis potius et tutoris. Quod autem πενθερὸς et γαμβρὸς latius, quam pro communi usu, aliquando usurpentur, diximus nos ad Rhes. v. 256. Et Eustathius præterea consulendus. *Barnes.*

πενθερὸν] Αὐτουργὸν dicit. Vid. Rhes. v. 256. *Seidl.*

Φωκέων ἐς αἶαν, καὶ δότω πλούτου βάρος.
Σὺ δ' Ἰσθμίας γῆς αὐχέν' ἐμβαίνων ποδὶ,
Χώρει πρὸς οἶκον Κεκροπίας εὐδαίμονα·
Πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας φόνου,
Εὐδαιμονήσεις τῶνδ' ἀπαλλαχθεὶς πόνων.
ΧΟ. Ὦ παῖδε Διὸς, θέμις εἰς φθογγὰς
Τὰς ὑμετέρας ἡμῖν πελάθειν;
ΔΙ. Θέμις, οὐ μυσαροῖς τοῖσδε σφαγίοις.

Phocensium in terram, et det auri pondus.
Tu vero Isthmiæ terræ cervicem pede ingrediens,
Perge ad fortunatam Cecropiæ domum:
Fatalem enim cædis sortem cum expleveris,
Felix eris his liberatus laboribus.
Cho. O filii Jovis, *estne* fas ad colloquia
Vestra nobis accedere?
Gem. Fas *est*; cum non sitis execrabiles ob has cædes.

1286. Σὺ δ' Ἰσθμίας γῆς αὐχέν' ἐμβαίνων ποδὶ,] Αὐχένα γῆς Ἰσθμίας periphrastice Ἰσθμὸν vocat, quia similitudinem cum collo habet Isthmus. De qua re nos ad Herc. Fur. v. 953. *Barnes.*

1288. φόνου quid hic faciat, non video. Legendum forte: μοῖραν ἐκπλήσας μόγου. *Musg.*

1288. s. Πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας φόνου Εὐδαιμονήσεις τῶνδ' ἀπαλλαχθεὶς πόνων.] Ita sane ex historiæ veritate dicitur Orestes, postquam a matris cæde expiatus esset, felici et diuturno regno floruisse; Qui enim brevissimum illius regni spatium dicunt, viginti octo annos assignant; alii autem 50, alii denique 70 numerant, quibus summa pace, honore et opulentia fruebatur. Creditur enim ad nonagesimum vitæ annum et ultra perdurasse; de cujus statura septem cubitorum et ossibus Tegeæ inventis consule Herodotum Histor. Lib. I. c. 67, 68, 69. et Natal. Com. Mytholog. Lib. IX. c. 2. *Barnes.*

Πεπρωμένην μοῖραν φόνου, id est, fata, quæ ad cædem, quam fecisti, spectant, sive sortem, quæ tibi fatalis est ob cædem. Musgravius conjicit μόγου pro φόνου. Facilius certe fuerit φόβου. *Seidl.*

1289. τῶν δ' ed. Victor.

1290. Sensus est: *num fas nobis vobiscum sermones miscere. Musg.*

1291. πελάθειν;] Πελάθω et per syncopen πλάθω, qua voce scenici poëtæ familiariter utuntur, idem quod πελάζω. Vide quæ nos ad Rhes. v. 553. et v. 14. *Barnes.*

1292. σφαγίοις.] Si vera est lectio, non concordat cum μυσαροῖς, sed ab eo regitur. Recte enim vertit interpres: *Fas* est vobis, *cum non sitis exsecrabiles ob has cædes.* Hoc autem cum invenustam ambiguitatem efficiat, malim levi mutatione:

Θέμις, οὐ μυσαροῖς τοῖσδε σφαγίων.

Fas, vobis, *qui quidem binis his cædibus non contaminati estis.* Barnesius capit, quasi θέμις iterum post οὐ supplendum esset, hoc modo: θέμις ὑμῖν, οὐ θέμις μυσαροῖς: unde Euripidem, ut secum pugnantem, arguit. *Musg.*

Θέμις, οὐ μυσαροῖς τοῖσδε σφαγίοις.] Cum Gaspar Stiblinus multa, quæ vere admiranda erant in hac fabula, pro sua, qua pollebat, sagacitate condemnaret, ut frigida et indecora, et a tragica gravitate abhorrentia, quamobrem nos illum perstrinximus supra ad v. 1249. et 896, &c. hunc tamen locum, qui defensione sane maxime egere videbatur, oculatissimus ille talpa inobservatum præterivit. Quanquam enim etiam hic doctrina illa de impurorum pollutionibus, et Deorum sanctitate summa, abunde patet, importune tamen omnino



ΟΡ. Κἀμοὶ μύθου μέτα, Τυνδαρίδαι;
ΔΙ. Καὶ σοί· Φοίβῳ τήνδ' ἀναθήσω
Πρᾶξιν φονίαν.
ΧΟ. Πῶς ὄντε θεὼ, τῆσδέ τ' ἀδελφὼ
Τῆς καταφθιμένης,
Οὐκ ἠρκέσατον κῆρας μελάθροις;
ΔΙ. Μοίρας ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεὼν,
Φοίβου τ' ἄσοφοι γλώσσης ἐνοπαί.

Ore. Et mihi sermonis copia concessa est, O Tyndaridæ?
Gem. Et tibi. Hanc *enim* Phœbo tribuam
Actionem cruentam.
Cho. Quomodo, cum sitis Dii, hujusque fratres
Extinctæ
Non avertistis *clades* ab ædibus?
Gem. Fati necessitas *huc eas* ducebat,
Et Phœbææ linguæ non sapientes voces.

hoc in loco memorari videtur. Quomodo enim Dii illi se dicant ad horum matricidarum colloquia nolle descendere, et Chorum tantum responsionibus et quæstionibus honorare, quod sanguine pollutus non esset; cum ex ipso facto constet, illos prius ad Orestem et Electram collocuturos venisse et diu collocutos esse, et etiam proximo post versu utrumque in colloquium secum admittere. Quare hac in parte Euripides non est mihi defendendus: quanquam nemo hactenus criticorum de hoc loco questus est. Sin commodus ullus sensus hinc elici potest, est hujusmodi: Ὑμῖν ἔξεστι πελάθειν εἰς φθογγὰς, οὐ μυσαροῖς οὖσιν ἐκ τούτων τῶν σφαγίων· Οὐδὲ γὰρ ἄλλως αὐτῷ Ὀρέστῃ τοῦτο συγκεχωρήκαμεν, εἰ μὴ διὰ τὸν Φοῖβον, ὃς ἀληθῶς τούτων αἴτιός ἐστι. Vid. v. 1294. *Barnes.*

οὐ μυσαροῖς.] Subint. ἐστί. mallem tamen *οὐ μυσαροὶ*, scil. *ὑμεῖς ἐστὲ, exsecrandi non estis ob has cædes. Beck.*

οὐ μυσαροῖς scil. *οὖσιν ὑμῖν*. Ita bene hæc cum sequentibus concordant. Dicit enim: Vobis utrum fas sit, dubitatio esse non potest, quippe quæ his cædibus non estis contaminatæ, sed etiam Oresti et Electræ fas est; culpam enim eorum transfero in Apollinem. Musgravius mavult τοῖσδε σφαγίοις. Ceterum σφάγια cædem denotat etiam Iph. Taur. 40. *Seidl.*

1293. Margo Victor. hunc versum tribuit Electræ. *Seidl.*

1294. Conf. Orest. 76. sqq. *Seidl.* τὴν δ' ed. Victor.

1295. Πρᾶξιν, ed. Victor.

1297. Καὶ καταφθιμένης,] Malim τῆς καταφθιμένης. [Heath.] *Musg.*

Legebatur καὶ καταφθιμένης metro et sententia invita. Heathii et Musgravii emendatione τῆς καταφθιμένης nihil ad metrum lucramur. Atque illud ipsum τῆς pro καὶ jam habent ed. princ. et Hervag. Optime Erfurdtius ad Ajac. 1066. p. 620. not. reponit κῆρα φθιμένης, *ut* κῆρα *inferatur post participium, quemadmodum in locis ab Heindorfio ad Plat. Gorg. p. 37. excitatis. Seidl.*

1298. MS. κῆρας μελάθροις — Μοίρας. ΔΙ. ἀνάγκης ἡγεῖτο — Ed. Victor. totum versum Διοσκόροις assignat. κῆρας μοίρας ut κῆρες θανάτοιο, Hom. Iliad. Π. v. 302. *Musg.*

Conf. Pors. ad Phœniss. 938. et supra ad v. 841. *Seidl.*

1299. Vulgatum Heath. vertit: *Parcæ præibat, et eam quasi manu ducebat, necessitatis fatum. Beck.*

Legebatur:

μοίρας ἀνάγκης ἡγεῖτο χρεὼν,

quod nec metrum fert nec lingua. Neque enim ἀνάγκης mediam corripere potest, nec ad χρεὼν abesse articulus. Facilis est emendatio:

ΗΛ. Τί δὲ μ' Ἀπόλλων; ποῖοι χρησμοὶ
Φονίαν ἔδοσαν μητρὶ γενέσθαι;
ΔΙ. Κοιναὶ πράξεις, κοινοὶ δὲ πότμοι·
Μία δ' ἀμφοτέρους
Ἄτη πατέρων διέκναισεν.
ΟΡ. Ὦ ξύγγονέ μοι, χρονίαν σ' ἐσιδὼν,
Τῶν σῶν εὐθὺς φίλτρων στέρομαι,
Καί σ' ἀπολείψω σου λειπόμενος.
ΔΙ. Πόσις ἐστ' αὐτῇ καὶ δόμος· οὐχ ἥ-

Ele. **Quid autem me Phœbus? quæ oracula**
Jusserunt me autorem maternæ necis esse?
Gem. **Communes** ***sunt*** **actiones, et fata communia.**
Una vero vos ambos
Noxa ***vestrorum*** **parentum perdidit.**
Ore. **O soror mea, longo post tempore cum te viderim,**
Protinus tuo amore privor,
Teque deseram, a te desertus.
Gem. **Maritus est ipsi, et domus; hæc non**

μοῖραν ἀνάγκας ἦγεν τὸ χρεών.

Hec. v. 43. ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει Θανεῖν ἀδελφήν. coll. Hel. 243.— Ceterum male Musgravii MS. vocem μοίρας ad antecedentem Chori orationem refert. *Seidl.*

Forte, μοίρας ἀνάγκῃ (in dat.) σφ' ἡγεῖτο. *Reisk.*

1301. Legendum metri gratia τί δέ μ' Ἀπόλλων; Hoc autem Electra non ut excusationem affert, sed queritur contra, se Orestis excusatione carere. *Musg.*

Reisk. scribit: τί κἀμ' (καὶ ἐμὲ) Ἀπόλλων οἱ σοὶ χρησμοὶ, *tua oracula. Beck.*

Τίς δ' ἐμ' Ἀπόλλων, &c.] Ita emendavimus. Male vulgo τί δαί μ' Ἀπόλλων; et proximo versu μητέρι, quod alterum jam alii emendarunt. *Seidl.*

Ἀπόλλων mediam corripit. *Heath.*

1302. μητέρι] Metrum postulat μητρί. *Musg.*

μητέρι, ed. Victor.

1305. διέκναισεν,] Eodem sensu κατέγναψε, vel κατέκναψε, dixit Troad. v. 1242. In quem locum vide quæ nos; licet et ibi Latinis interpretibus placuit exponere paulo aliter: ibi enim κατέγναψε exponi potest, paulatim imminuendo perdidit, ut hic certo certius διέκναισεν sonat. *Barnes.*

1306. Ὦ σύγγονέ μοι,] Vel hinc Euripidis se genius prodit; quanquam enim et alii, præsertim Attici, μοὶ pro μοῦ sæpe usurpent, at id quidem Euripides præ cæteris facere gaudet: sic Iphigen. Taur. v. 871. Ὦ μοι σύγγονε. Vide plura ad Herc. Fur. v. 95. *Barnes.*

1308. Καί σ' ἀπολείψω σοῦ λειπόμενος.] Ita non raro Tragici, ut Bacch. 1374.

μήτε Κιθαιρὼν μιαρός μ' ἐσίδοι,
μήτε Κιθαιρῶν' ὄσσοισιν ἐγώ.

Seidl.

1309. αὐτὸς] Optime Barnesius αὐτῇ. *Musg.*

Πόσις ἐστ' αὐτῇ καὶ δόμος·] Ego αὐτῇ in textum admisi, et αὐτὸς quod male olim aderat, in marginem rejeci, de qua re judicent docti. Textus autem, margo et glossa, sunt metaphoricæ voces, ab artificiosis textorum picturis sumtæ; in quibus ipsum ὕφασμα *textus* dicitur, ornamenta et appendices, glossa, quod lucem quandam texturæ afferant et decus, limbus et ora, margo dicitur. Adeo ipsa Euripidis (sive alius alicujus auctoris) ac proinde S. Scripturæ verba, sive omnia simul sumta, sive pars quævis, aut portio, sunt textus; Interpretationes vero, sive Scholia, sive



δ' οἰκτρὰ πέπονθεν, πλὴν ὅτι λείπει
Πόλιν Ἀργείων.
ΟΡ. Καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους,
Ἢ γῆς πατρῴας ὅρον ἐκλείπειν;
Ἀλλ' ἐγὼ οἴκων ἔξειμι πατρὸς,
Καὶ ἐπ' ἀλλοτρίαις ψήφοισι φόνον
Μητρὸς ὑφέξω.
ΔΙ. Θάρσει· Παλλάδος ὁσίαν ἥξεις
Πόλιν· ἀλλ' ἀνέχου.

Tristia patitur, nisi quod relinquit
Urbem Argivorum.
Ore. Et quinam alii gemitus graviores,
Quam *si cogaris* patriæ fines relinquere?
Sed ego patris ex ædibus exibo,
Et apud externos judices cædem
Matris sustinebo.
Gem. Bono sis animo. Palladis *enim ad* sacram venies
Urbem: quare tolera.

conciones vocantur, glossa, vel glossemata, a γλῶσσα dicuntur; lacinia et fimbria, vacansque utrinque spatium, margo appellatur. Hæc præter textum et propositum, sed fidei carissimo amico, Domino Michaëli Batte de Bury St. Edmundi, datæ memor, lusi inter opus. Et hujus nomen jure hic ego pono, sine cujus jussu et hortatu ne meum nomen his Scholiis apposueram. *Barnes.*

αὐτὸς ed. Victor.

1310. Reisk. conjicit: πρὶν ὅτ' ἐκλείπῃ. *Beck.*

Vulgo πέπονθε. Statim post Brub. ὅτι, Hervag. ὅ, τι. *Seidl.*

1312. s. Καὶ τίνες ἄλλαι στοναχαὶ μείζους, Ἢ γῆς πατρίας ὅρον ἐκλιπεῖν;] Ita semper sui similis Euripides in Phœniss. v. 399. Τί, τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἦ κακὸν μέγα; Μέγιστον· ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον, ἢ λόγῳ. Huc refer illud Senecæ in Consol. ad Helviam: *Primum illud intueri volo, quid acerbi afferat ipsa loci commutatio. Carere patria intolerabile est.* Et Oppianus, elegans et pius poëta, qui ingenii sui mercedis loco a Caracalla obtinuit, ut pater ab exsilio revocaretur, sic canit Halieut. Lib. I. v. 277. Οὐδ' ἀλιγυιότερον καὶ κύντερον, ὅς κεν ἀνάγκη Φυζίπολιν πάτρης τελέσῃ βίον ἀλγινόεντα, Ξεῖνον ἐν ἀλλοδαποῖσιν ἀτιμίης ζυγὸν ἕλκων. *Barnes.*

1313. τρῳ in πατρῴας corripitur hic, ut δῃ in δηώσας. vid. supra ad v. 497. In fine versus pro ἐκλιπεῖν lege ἐκλείπειν. [Ex Heath.] *Musg.*

πατρῴας] Schæferus ad Porsoni regulam πατρίας et infr. v. 1321. πατρίων. Paulo post vulgo ἐκλιπεῖν, quod emendavit Heathius. *Seidl.*

1314. Ἀλλ' ἐγὼ οἴκων ἔξειμι, &c.] Exaggerat suam Orestes miseriam, qui non modo solum vertere sit coactus, sed etiam inter exteros judicium subiturus de nece materna. *Barnes.*

1316. μητρὸς] Ed. Victor. μητέρος. *Musg.*

1317. Vulgo ὁσίαν ἥξεις. Mirum enim, ni poëta, quum tam facile posset, proceleusmaticum vitaverit. Nec offensione caret ille proceleusmaticus, qui paulo post legitur φίλτατε· διὰ γάρ. Excusandus tamen fortasse hic est propter alloquium. Hermannus monet, facilius ferri proceleusmaticum, si in cæsuræ locum incidat. *Seidl.*

ΗΛ. Περί μοι στέρνοις στέρνα πρόσαψον,
Σύγγονε φίλτατε·
Διὰ γὰρ ζευγνῦσ' ἡμᾶς πατρῴων
Μελάθρων μητρὸς φόνιοι κατάραι.
ΟΡ. Βάλε, πρόσπτυξον σῶμα, θανόντος
Δ' ὡς ἐπὶ τύμβῳ καταθρήνησον.
ΔΙ. Φεῦ, φεῦ· δεινὸν τόδ' ἐγηρύσω
Καὶ θεοῖσι κλύειν.
Ἔνι γὰρ κἀμοὶ, τοῖς τ' οὐρανίδαις
Οἶκτοι θνητῶν πολυμόχθων.

Ele. Pectus tuum pectori meo applica,
O frater charissime.
Disjungunt enim nos a paternis
Ædibus matris cruentæ imprecationes.
Ore. Age, complectere corpus; et mortui
Ut ad tumulum luge.
Gem. Heu, heu. Triste hoc dixisti,
Vel diis auditu:
Insunt enim et mihi, atque cælitibus
Commiserationes ærumnosorum mortalium.

1321. Διὰ γὰρ ζευγνῦσ'] Pro διαζευγνῦσι per Τμῆσιν. *Barnes.*

1322. κατάραι.] Thema κατάρα ab ἀρὰ, exsecratio. Circumflectitur autem recte in penultima, longa nempe syllaba, quia ultima brevis est, et tamen distinguitur a verbo καταῖραι ab αἴρω, ex ἰῶτα subscripto, quam distinctionem criticorum Coryphæi etiam extra augmentorum tempora aliquando agnoscunt. *Barnes.*

Male hic circumflectitur penultima vocis κατάραι, cum natura brevis sit, ut et antepenultima in κατάρατος, Aristoph. Lysist. 530. Quanquam non ignoro verba ἀράομαι et ἀρὰ *supplicationis* sensu primam semper apud Hom. producere. v. Clark. ad Odyss. X'. v. 208. Apud Tragicos autem Atticos longe aliter res se habet. v. Phœn. v. 61. 484. Soph. Œd. Col. 1440. 1449. 1454. 1472. 1515. *Heath.*

κατάραι.] Ita Editt. Vett. cum Ed. Princ. Recentiores quædam male κατᾶραι. Cf. Heathii nota. *Seidl.*

1323. s. Βάλε, πρόσπτυξον σῶμα, θανόντος Δ' ὡς ἐπὶ τύμβῳ καταθρήνησον.] *Frigidius,* inquit omnium bipedum frigidissimus, Gaspar Stiblinus, *fortasse et hoc videri potest dictum esse. Minus enim illa videntur decere tam generosum adolescentem.* Sed cur minus videntur decere, *O Gasparille Stiblinule?* An non generosi animi solent actis divinitus calamitatibus frangi? Nonne generosus ille Œdipus apud Sophoclem animo fractus oculos sibi eruit? Nonne omnium hominum generosissimus ille Hercules ante Thesei amici adventum, fere animo fractus est. Et tamen hic Orestes non desperat; sed se pæne mortuum judicat; et, ut συμπάθειαν moveat, hortatur illam sibi, tanquam mortuo et sepulto, lacrymas profundere. *Barnes.*

1331. De hiatu, quem faciunt voces σου — ὦ, vid. de Verss. Dochm. p. 81. *Seidl.*

1332. ss. Hoc ordine edidit Victor.

ὦ χαῖρε πόλις
χαίρετε δ' ὑμεῖς



ΟΡ. Οὐκ ἔτι σ' ὄψομαι.
ΗΛ. Οὐδ' ἐγὼ εἰς σὸν βλέφαρον πελάσω.
ΟΡ. Τάδε λοίσθιά μοι προσφθέγματά σου.
ΗΛ. Ὦ χαῖρε πόλις·
Χαίρετε δ' ὑμεῖς πολλὰ πολίτιδες.
ΟΡ. Ὦ πιστοτάτη, στείχεις ἤδη;
ΗΛ. Στείχω, βλέφαρον τέγγουσ' ἀπαλόν.
ΟΡ. Πυλάδη, χαίρων ἴθι· νυμφεύου
Δέμας Ἠλέκτρας.
ΔΙ. Τοῖσδε μελήσει γάμος. ἀλλὰ κύνας

Ore. Non amplius te videbo.
Ele. Nec ego *posthac* in tuum conspectum veniam.
Ore. Hæc ultima mihi tecum colloquia.
Ele. O vale, civitas,
Vale et vos longum, mulieres concives.
Ore. O fidissima, jam abis?
Ele. Abeo, teneras humectans palpebras.
Ore. Pylades, lætus abi, *tibique* desponsum abduc
Corpus Electræ.
Gem. Hisce curæ erunt nuptiæ: sed canes

πολλὰ πολίτιδες.
ΟΡ. ὦ πιστοτάτη,
στείχεις ἤδη;

χαίρετε — ἤδη;] Quatuor sunt bases anapæsticæ, [ut sunt in ed. Victor. ita edidit Beck.] e quibus dimetri duo constitui debent. *Heath.*

1336. s. στείχεις ἤδη; ΗΛ. Στείχω, βλέφαρον τέγγουσ' ἀπαλόν.] Quod supra sæpe dixi, Euripidem, ut semper sui similem, sic in hac fabula, quasi de illius legitimatione criticorum objectiones prævidisset, præcipue characterem suum impressum habere, id nunc ex unico hoc loco (καὶ τοῦτο ἐκ περιουσίας) indicabo. Ita enim ipse hic auctor in Medea ad finem v. 1391. ΜΗ. Στεῖχε πρὸς οἶκον, καὶ θάπτ' ἄλοχον. ΙΑ. Στείχω, δισσῶν γ' ἄμορος παίδων. *Barnes.*

1337. Δέμας Ἠλέκτρας.] i. e. Ἠλέκτραν. Vide ad Iphigen. Aul. v. 417. *Barnes.*

1338. ss. Τοῖσδε μελήσει γάμος· ἀλλὰ κύνας
Τάσδ' ὑποφεύγων, στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.
Δεινὸν γὰρ ἴχνος ΒΑΛΛΟΥΣ' ἐπὶ σοὶ
χειροδράκοντες, χρῶτα κελαιναὶ
δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΠΟΝ ἔχουσαι.

Canes illas Furias esse satis apparet; *Stygias canes Lucani*, Lib. VI. 733. sic vocatas, quia hominum sceleribus invigilant, tanquam *speculatrices et vindices facinorum et sceleris*, ut Cicero ait de Natur. Deor. III. 18. vide Pindar, Ol. II. 73. Rhunken. Epist. Crit. I. p. 59. Schneider, Pericul. Crit. p. 86. sqq.—In his versibus primum ἴχνος βάλλουσ' ἐπὶ σοὶ insolentius dictum, neque forsitan ab Euripide profectum est. Musgravius quidem vitium in hac voce latere suspicans tentavit: στέλλουσ' ἐπί σοι. Equidem malim:

Δεινὸν γὰρ ἴχνος ΠΑΛΛΟΥΣ' ἐπὶ σοί.

Troades, v. 326. Πάλλε πόδ' αἰθέριον. et simili metaphora in Bacchis. 654.

λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν.

Pro χειροδράκοντες Reiskius conjecit sive σειροδράκοντες sive σπειροδράκοντες quæ *Dra-*

Τάσδ' ὑποφεύγων, στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.
Δεινὸν γὰρ ἴχνος βάλλουσ' ἐπὶ σοὶ
Χειροδράκοντες, χρῶτα κελαιναί,
Δεινῶν ὀδυνῶν καρπὸν ἔχουσαι.
Νὼ δ' ἐπὶ πόντον Σικελὸν σπουδῇ
Σώσοντε νεῶν πρώρας ἐνάλους·
Διὰ δ' αἰθερίας στείχοντε πλακὸς,

Has vitaturus, ito Athenas.
Terribili enim gradu in te contendunt
Manus-draconibus-armatas-habentes, corpore nigræ,
Dirorum dolorum stimulos moderantes.
Nos vero ad mare Siculum celeri studio,
Servaturi proras proborum in mari:
Per æthercam vero meantes plagam,

cones circum se in spiras convolvunt, ut apud Apollodor. I. 6. 3. *τὰ δὲ ἀπὸ μηρῶν σπείρας εἶχεν ἐχιδνῶν*, et Virgil. Æn. XII. 879. *Megæram — paribus revinxit serpentum spiris ventosque attulit alas.* Sed vulgata præstat. Quæ enim manus serpentibus armatas habebant Eumenides haud male *χειροδράκοντες*, *dracones pro manibus habentes* appellari poterant. Sed nævus hæret in verbis

δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΠΟΝ ἔχουσαι.

prorsus enim ignoro quis hic sit *dolorum fructus*, quem Furiæ habere dicuntur. Musgravius præterea hanc phrasin neque notam sibi neque intellectam esse fatetur. Quare forsitan corrigendum

δεινῶν ὀδυνῶν ΚΑΡΤΟΣ ἔχουσαι.

quibus gravissimorum potestas est dolorum, quos hominibus infligant. Eurip. Helena. 68.

Τίς τῶνδ' ἐρυμνῶν δωμάτων ἔχει κράτος.

Bacchæ. 1026.

Ὁ Διόνυσος, ὁ Διόνυσος οὐ Θῆβαι
κράτος ἔχουσι ἐμόν.

Alpheus Mitylenæus. Epigr. VI. in Anal. V. P. T. II. p. 129.

Νηῶν ὠκυπόρων δ' ὃς ἔχεις κράτος, ἔσσο δαίμων
καὶ μέγαν Εὐβοίης ἀμφιπεριπλεῖ σκόπελον.

Jacobs.

1339. στεῖχ' ἐπ' Ἀθηνῶν.] Ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. Sic et Thucydides et Herodotus passim usurpant τὸ ἐπὶ cum genitivo loco accusativi, qui communiter usurpatur. Vid. Æmil. Portum in hunc locum. *Barnes.*

1340. βάλλουσ'] An στέλλουσ' ἐπὶ σοί. *Musg.*

βάλλουσ'] Nihil mutandum. Verbo fortiori utitur poëta de horrendo Furiarum impetu, quæ ταχύποδες dicuntur a Sophocle διὰ τὸ οἷον μακροσκελὲς καὶ οὕτω πλατὺ τῆς διαβάσεως καὶ ταχὺ καὶ εὐκίνητον, ut explicat Eudocia, p. 152. citante Lobeckio ad Ajac. v. 834. *Seidl.*

1341. Χειροδράκοντες,] Ita Furiæ vocantur, ob manus flagellis ex tortis serpentibus factis armatas. De qua re, ut et de omni Furiarum apparatu, et graphica earum descriptione, vide quæ nos ad Herc. v. 873. *Barnes.*

Χειροδράκοντες non debet tentari. Serpentes enim Furiæ manu gestabant. *Seidl.*

Num *σειροδράκοντες, quæ dracones secum et pone se trahunt, aut σπειροδράκοντες, quæ dracones circum se in spiras convolvunt.* *Reisk.*

1342. καρπὸν ἔχουσαι.] Phrasis neque



Τοῖς μὲν μυσαροῖς οὐκ ἐπαρήγομεν·
Οἷσιν δ' ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον
Φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν
Ἐκλύοντες μόχθων, σώζομεν.
Οὕτως ἀδικεῖν μηδεὶς θελέτω,
Μήδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω,
Θεὸς ὢν θνητοῖς ἀγορεύω.

Impiis quidem non auxiliamur:
Quibus vero pietas, et justitia *est*
Grata in vita, illos gravibus
Liberantes laboribus servamus.
Sic *igitur* injuste agere nullus velit,
Neque cum perjuris naviget,
Ego qui Deus sum, mortalibus *hoc* edico.

nota mihi, neque intellecta. Legendum forte κέντρα νέμουσαι, *stimulos regentes*. *Musg.*

καρπὸν ἔχουσαι.] Potest explicari *fructum capientes e doloribus*, sive *gaudentes doloribus*. Simili modo pinguntur Furiæ ab Æschylo, veluti Eum. 248.

ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ.

ibid. v. 300. καὶ ζῶν με δαίσεις, et v. 185.

ἆρ' ἀκούετε,
οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς
στέργηθρ' ἔχουσαι;

Hanc explicationem secutus est vetus Latinus interpres, qui reddit: *diris quæ pascuntur doloribus*. Verior tamen videtur altera explicatio: *a quibus qui fructus provenit sive capitur, sunt dolores*, ἀφ' ὧν ὃ καρποῦνται οἱ ἄνθρωποι, δειναὶ ὀδύναι εἰσί. Proprium enim hoc erat Furiis, dolores excitare. Male Musgravius conjicit κέντρα νέμουσαι, *stimulos regentes*. *Seidl.*

1344. Σώζοντι ναῶν] Ita Ed. Victor. MS. β. σώζειν πίτνων. MS. γ. σώζειν τὴν ναῶν. Barnesius σώζοντι νεῶν. Emendandum, ni fallor, σώζοντ' ἐνηῶν ab ἐνηής. Hesychius: ἐνηέας, προσηνεῖς, ἀγαθούς, συνετούς, ἐπιεικεῖς. De prosodia vide quæ in simili re diximus supra ad v. 497.

ἐνάλων·] Ed. Victor. et omnes MSS. ἐναύλων. *Musg.*

σώζοντι νεῶν] Ita Barnesius. Victorius σώζοντι ναῶν. MS. β. σώζειν πίτνων, MS. γ. σώζειν τὴν ναῶν, quas corruptelas Barnesii lectionem confirmare, miror Musgravium non vidisse. Etiam Hugo Grotius dudum rescripserat νεῶν.

Pro ἐνάλων corrupte Edd. Victor. et omnes MSS. ἐναύλων. Illud jam restituit Hugo Grotius. *Seidl.*

1347. ὅσιον pro τὸ ὅσιον, quod metrum non admittebat. Vide ad v. 431. *Seidl.*

Οἷσι, ed. Victor.

1350. μηδεὶς] Ita Schæferus, ut voluerat Jo. Miltonus. Vulgo μηθεὶς. [Ita ed. Victor.]

μηθεὶς] Idem quod μηδεὶς, fit autem a μήτε εἷς, μηθεὶς, ut a μηδὲ εἷς, μηδεὶς, ab οὔτε εἷς, οὐθεὶς, et ab οὔτε ἕν, οὐθέν: quare non erat, ut Jo. Miltonus corrigeret in μηδείς. *Barnes.*

1351. Μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω,] Huc refer historiam Jonæ prophetæ, cujus peccati causa tota navis periclitabatur. Huc item illud: Ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνοδίαν ἀεί. Huc denique illud Horatii Carmin. Lib. III. Od. 2. *Vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanæ, sub iisdem Sit trabibus, fragilemque mecum Solvat phaselum. Barnes.*

μὴ δ', ed. Victor.

ΧΟ. Χαίρετε· χαίρειν δ' ὅστις δύναται,
Καὶ ξυντυχίᾳ μή τινι κάμνει
Θνητῶν εὐδαίμονα πράσσει.

Cho. Valete. Valere autem quisquis potest mortalium,
Et infortunio nullo laborat,
Beate agit.

1353. Χαίρετε· χαίρειν, &c.] *Gaudete, quibus gaudere datur, vacuamque malis ducere vitam, Licet hos dixisse beatos.* Ita Grotius, excepto, quod *salvete* et *salvere* hoc in loco is dixerit pro *gaudete* et *gaudere*, χαίρετε et χαίρειν. Hæc salutandi et valedicendi formula Græcis usitatissima talem ortum habuisse fertur. Phidippides Atheniensis, 'Ημεροδρόμος, uno die a Marathone post pugnam peractam currens, magistratibus hæc tandem locutus, χαίρετε, νικῶμεν, præ fatigatione continuo mortuus in terram cadit. Hinc Cleon et Nicias post usi sunt in rebus suis lætis Atheniensibus per epistolas nuntiandis. Pythagoras et Epicurus 'Υγιαίνειν usurparunt; Plato Εὖ πράττειν prætulit, ut corpori et animæ communius. Vide Lucian. de lapsu in saltatione. Et Luciano quidem ingenii laus nequaquam deneganda. At abunde constat, Homerum hanc salutationis formam usurpasse octingentis ante pugnam Marathoniam annis: ita Iliad. α'. v. 334. Χαίρετε, κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι: et hac forma χαῖρε et χαίρετε apud hunc poëtam plus quadragies occurrit. *Barnes.*

Hæc verba videntur ad spectatores esse dicta. Continent enim usitatam salutandi formulam. *Beck.*

1355. εὐδαίμονα non accusativum singularis puto, intellecto βίον, sed neutrum pluralis loco adverbii εὐδαιμόνως. *Seidl.*

πράσσουν ed. Victor.

Apud Stobæum tit. 49. ed. Grot. ex hac Tragœdia laudantur hi versus, qui in ea non leguntur:


'Η γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τοξεύεται
Δεινοῖς ἔρωσιν, ἧς φυλακτέον πέρι.

Heath.

ΤΕΛΟΣ ΗΛΕΚΤΡΑΣ.



ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΔΑΝΑΗ.



‘ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΑΝΑΗΣ

ΥΠΟ ΙΗΣΟΥ ΤΟΥ ΒΑΡΝΕΣΙΟΥ.

Ἀκρίσιος, Ἄργους ὢν βασιλεὺς, ἐξ Εὐρυδίκης, τῆς Λακεδαίμονος, Δανάην εἶχε θυγατέρα, καλλίστην οὖσαν. Ὕστερον δὲ χρηστηριαζομένῳ περὶ ἀρσένων παίδων γενέσεως αὐτῷ ὁ Φοῖβος ἔφη, γενήσεσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτενεῖ. Δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην κατάκλειστον ἐφύλαττε. Ταύτης ἐρασθεὶς ὁ Ζεὺς, ἐπεὶ οὐκ ἄλλως εἶχεν, ὅπως μιχθείη αὐτῇ, μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν, καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς τῆς παρθένου εἰσρυεὶς κόλπους, συνῆλθεν αὐτῇ καὶ ἐγκύμονα ἐποίησεν. ἐξήκοντος δὲ τοῦ χρόνου, ὁ Περσεὺς ἐγεννήθη. Τοῦτο μαθὼν Ἀκρίσιος, καὶ μὴ πιστεύσας, αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐφθάρθαι, τὴν θυγατέρα μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν· ἰδοῦσαι δὲ ταῦθ᾽ αἱ Νηρηΐδες, καὶ κατελεήσασαι διὰ τὸ γεγονὸς, ἐμβάλλουσι τὴν κιβωτὸν εἰς δίκτυα Σεριφίων ἁλιέων· κἀντεῦθεν περιεσώθη ἥ τε μήτηρ καὶ τὸ βρέφος ὑπὸ Δίκτυος, ἀδελφοῦ τοῦ Πολυδέκτου, τῆς Σερίφου, μιᾶς τῶν Κυκλάδων, βασιλέως.

‘Η Σκηνὴ τοῦ Δράματος ἐν Ἄργει· καὶ ὁ μὲν Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων παρθένων· προλογίζει δὲ ὁ ‘Ερμῆς.

Acrisius rex Argorum, ex Eurydice, Lacedæmonis filia, natam habuit Danaën, excellenti forma. Post autem illi, oraculum de mascula prole consulenti, respondit Phœbus, puerum de filia oriturum esse, qui illum sit occisurus. Hoc Acrisius metuens, æneo sub terra cubiculo constructo inclusam Danaën custodiebat. Hujus amore captus Jupiter, cum alias nesciret, quomodo cum ea misceri posset, transmutatus in aureum imbrem, et per impluvium in virginis sinum delapsus, cum ea concubuit et gravidam fecit. Tempore autem procedente, Perseus natus est. Hoc cognito, Acrisius, minime credens, illam a Jove compressam, filiam una cum ejus puero in arca conclusam in mare projecit. Hæc Nereides conspicatæ, et ob id, quod acciderat, eorum misertæ, arcam in Seriphiorum piscatorum retia intulerunt. Et hinc servata est materque et infans a Dictye, Polydectæ, Seriphi, insulæ cujusdam ex Cycladibus, regis, fratre.

Scena Fabulæ in Argis. Et Chorus constat ex indigenis virginibus. Mercurius autem prologum agit.



ʽΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΑΝΑΗΣ.

ARGUMENTUM MUSGRAVII.

'ΑΚΡΙ΄ΣΙΟΣ Ἄργους ὢν βασιλεὺς, κατὰ χρησμὸν δή τινα τὴν παῖδα Δανάην κατάκλειστον ἐν ταῖς παρθενῶσιν ἐφύλαττε καλλίστην οὖσαν· ἧς ἐρασθεὶς ὁ Ζεὺς, ἐπεὶ οὐκ εἶχεν ὅπως μιχθείη αὐτῇ, χρυσὸς γενόμενος, καὶ ῥυεὶς διὰ τοῦ τέγους εἰς τὸν κόλπον τῆς παρθένου, ἐγκύμονα ἐποίησεν· ἐξήκοντος δὲ τοῦ χρόνου βρέφος τὸν Περσέα ἔτεκε. Τοῦτο μαθὼν Ἀκρίσιος, εἰς κιβωτὸν ἀμφοτέρους, τήν τε μητέρα, καὶ τὸ βρέφος, ἐνέβαλε, καὶ κελεύει ῥίπτειν κατὰ τῆς θαλάσσης· ἰδοῦσαι δὲ ταῦθ' αἱ Νηρηΐδες, καὶ κατελεήσασαι τὸ γεγονὸς, ἐμβάλλουσι τὴν κιβωτὸν εἰς δίκτυα Σεριφίων ἁλιέων· κἀντεῦθεν περιεσώθη ἥ τε μήτηρ καὶ τὸ βρέφος· ὅπερ ἀνδρωθὲν Περσεὺς ὠνομάσθη.



ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΔΑΝΑΗ.

ARGUMENTUM ACTUS PRIMI.

Praeter generale hujus Fabulæ Argumentum, quod supra dedimus, non est, ut quis amplius a nobis exspectet; cum enim ne scena quidem una aliqua supersit integra, ridiculum esset Actus ullius sensum hic dare velle. Quæ prologus autem nos docet, hæc fere sunt; Acrisium decrevisse, si revera filia ejus prægnans fuerit deprehensa, ut primum partum ediderit, utrumque mari exponere in arcula, infantem simul et matrem. Quare, cum jam Danaë puerpera sit facta, Mercurius a Jove missus venit, ut illi animum confirmet; ne ex dolore, ad partus infirmitatem accedente, deficeret. Chorus incerto de domina sua rumore turbatus ad fores exspectat, ut certior de illius periculo fiat; cum subito Acrisii adventu fugatur, qui mirum in modum ira effervescens diras tragœdias excitaturus videbatur; cum filum textus subito abrumpitur. Cætera, quæ infra sequuntur, Fragmenta sunt ex Stobæo, Hugonis Grotii Excerptis, Athenæo, Clemente Alexandrino, Justino Martyre, Plutarcho, Macrobio, Johanne Meursio, Strabone, Longino, Eustathio, Scholiastisque aliis.

ἙΡΜΗΣ.

Δομοι μὲν οἵδ', εὔ πυργά τ' ἐρύματα χθονὸς,
Οὐκ ἐν πολυχρύσοισιν ἤσκηνται χλιδαῖς·
Ἀρχὴν δὲ τῶνδε, καὶ θεῶν ἱδρύματα,

MERCURIUS.

Domus quidem hæ, pulchrisque turribus cincta propugnacula *hujus* agri,
Non opulentis ornata sunt deliciis.
Imperium vero horum, et Deorum templa,

Euripidis Danaës prologum et fragmenta vertit etiam Francogallice Prevostus. *Beck.*

De hujus Tragœdiæ Choro v. Polluc. Onom. IV. 3. *Heath.*

1. Valde corruptum est totum hoc fragmentum, maximeque circa initia, ubi clausulæ duæ, altera alterius locum occuparunt. Quis enim unquam regem dixit τὰ θεῶν ἱδρύματα εἰληχέναι. Locus sic forte constituendus et scribendus:

Δόμοι μὲν οἵδε, καὶ θεῶν ἱδρύματα
Λύκει', ἃ πολυχρύσοισιν ἤσκηνται χλιδαῖς·
Ἀρχὴν δὲ τῶνδ', εὔπυργά τ' ἐρύματα χθονὸς
Ἀκρίσιος εἴληχ', ὃν τύραννος τῆσδε γῆς.

Ἀγορὰν Λύκειον Argis commemorat Soph. Electr. v. 7. Sensus est: *Ædes hæ et deorum templa, quæ aureis deliciis exornantur, Lycea audiunt.* *Musg.*

Δόμοι μὲν οἵδ',] Non dicit hic poëta, Argos aut Mycenas pauperes esse urbes: adeo enim Homero contradiceret, qui expressis verbis vocat divites Mycenas, Iliad. η'. v. 180. Ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης. Sed hoc vult: *Palatii hujus et urbis mœnia non tam pul-*

Ἀκρίσιος εἴληχεν τύραννος τῆσδε γῆς.
Ἕλλησι δ' Ἄργος ἡ πόλις κικλήσκεται.
Οὗτος δ', ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθεὶς,
Πυθῶδ' ἀφῖκτο, καὶ λέγει Φοίβῳ τάδε·
Πῶς ἂν γένοιτο σπέρμα παιδὸς ἐν δόμοις,
Τίνος θεῶν, βροτῶν τε, πρευμενοῦς τυχών.
Κεῖνος δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ' ὄπα·
Ἔσται μὲν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος
Οὐκ ἐξ ἐκείνου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σπορὰν

Acrisius obtinet princeps hujus agri.
A Græcis vero Argos hæc urbs appellatur.
Hic autem, masculæ prolis *procreandæ* desiderio captus,
Pythonem adiit, et dixit Phœbo hæc:
Quonam modo semen filii in ædibus existeret,
Quem deorum mortaliumve propitium nactus?
Ille vero perobscuram edidit vocem:
Erit quidem, erit masculæ prolis fœtus
Non ex illo *susceptus*. Primum nim fœmineum semen

chra et splendida, quam durabilia sunt facta ex ferro et adamante, a Cyclopibus nempe constructa, ut sæpe supra diximus; præsertim ad Electr. v. 1158. Hercul. Fur. v. 939. et v. 15. Est autem mira et insignis ellipsis; nam versus totus videtur intelligi, in hunc sensum: Ἀλλ' ἐν τυροκμήτοισι Κυκλώπων πόνοις. *Barnes.*

4. τύραννος] Vox Τύραννος Veteribus erat nomen honestum, quamvis Homero ignotum. Ille enim de regum pessimo loquens βασιλέα vocat, Odyss. σ'. v. 84. Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων. Græci autem, qui rebuspublicis fere favebant, cum et eorum finitimi reges mali plerumque essent, paulatim hanc vocem, quæ simpliciter regem sonabat, in sequiorem partem flectebant; adeo ut tandem vel legum violatorem, vel imperii raptorem ac invasorem, vel nefarium et sanguinarium principem, significaret. Hoc in loco primitivam habet et bonam significationem. Et ita Virgilius ipse, qui Veterum erat accuratus imitator, de pio et justo rege, Ænea nempe, usurpat, Æn. Lib. VII. v. 266. *Pars mihi Pacis erit dextram tetigisse Tyranni. Barnes.*

6. s. Οὗτος δ' ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθεὶς Πυθῶδ' ἀφῖκτο,] Quomodo Acrisius oraculum de prole mascula obtinenda consultarit, vide Apollodor. Biblioth. Lib. II. c. 4. §. 1. et Græcum hujus Fabulæ argumentum, quod partim ex Apollodoro, partim ex veteri imperfecto argumento, compegimus. *Barnes.*

7. Πυθῶδ' ἀφῖκτο,] Ἡ Πυθὼ, ut ἡ Λητὼ, et ἡ Πυθὼν, antiquum nomen Delphorum, de qua re videsis Eustathium in Homer. Iliad. β'. v. 519. Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν. nempe fol. 274. lin. 11. Vel a πυνθάνομαι, ob oracula, vel a πύθω, putreo, vel a Πύθων, draco, &c. *Barnes.*

9. πρευμενοῦς] Πρευμενὴς, idem ac Πραϋμενὴς et πρηϋμενὴς, a πρᾳὺς, πρᾳεῖα, πρᾳὺ, et μένος. Dicitur et εὐμενὴς et εὐμενίων in eundem sensum pro ἵλαος. *Barnes.*

10. Κεῖνος δὲ δυσξύμβλητον ἐξήνεγκ' ὄπα·] Δυσξύμβλητος, δυσεξερεύνητος, δυσνόητος, δυστέκμαρτος, difficilis conjectu, ob ambiguitatem, qua, ut alii Gentium Dii, sic Apollo præcipue oracula sua involuta edebat. Unde et Λοξίας dicebatur, ut notabamus ad Iphigen. Taur. v. 13. *Barnes.*

14. Εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα, καὶ μὴ γνοῦσα δὴ,] Τὴν χρυσόῤῥοιαν, ἐν ᾗ Ζεὺς γάμον ἐπράξατο, γνοῦσα, ἀλλ' οὐχ, ὅτι Ζεὺς ἐν αὐτῇ ἦν, γνοῦσα. Ita paulo post v. 33. Ἡ δ' εὖν



Φῦσαι δεήσει· κᾆτα πῶς κείνη ποτὲ,
Εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα, καὶ μὴ γνοῦσα δὴ,
Ὑπόπτερον λέοντα τέξεται πατρὶ,
Ὃς τῆσδε γ' ἄρξει θατέρας πολλῆς χθονός.
Τοιαῦτ' ἀκούσας Λοξίου μαντεύματα,
Γάμων ἀπείχεθ'· ὁ μὲν δέ γε τίκτει λαθὼν,
Πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικώμενος.
Δανάην δὲ πρωνόμασε τήνδ', ὅθ' οὕνεκα
Πολὺς παρῆλθεν εἰς γονὴν παίδων χρόνος.

Procreare oportebit. Deinde vero illa *fœmina* tandem,
Cubile clandestinum cognoscens, et non cognoscens tamen,
Alatum leonem pariet patri,
Qui huic agro imperabit, et alii multo.
His Phœbi oraculis auditis,
Ab usu uxoris abstinuit: *tandem* vero oblitus gignit,
A præsenti cupiditate victus.
Danaën vero nominavit hanc, quia
Multum tempus præteriit ante liberorum genituram.

μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον, Κόλποισι τὸν Θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο. *Barnes.*

15. Bentleius, Vir summus, Epistola ad Millium, p. 14. "Cum metri ratio, tum res ipsa flagitat, ut ὑπόπτερον scribamus, non ὑπόπτερον. Quis non alatum Perseum et in libris legit, et in pictis tabulis vidit?" λέοντα, ut Lycophron. v. 33. *Musg.*

Ὑπόπτερον λέοντα] Leunculum, quasi sub alis fovendum ob infantiam. Ita lego pro ὑπόπετρον, quod versus ipse repudiabat. Hoc autem verbum, ὑπόπτερον nempe, de teneræ ætatis prole sæpissime Euripides usurpat; ut Herc. Fur. v. 71. et Androm. v. 441. Leonem autem vocat Perseum ob ferociam bellicam, et quod avo futurus esset, licet imprudens, exitio. Ita unus ex filiis Eduardi Tertii, dux nempe Clarentiæ, dictus erat Leonellus in omen bellicæ virtutis; de quo nos in Historia nostra Eduardi Tertii, præsertim Lib. IV. c. 3. fol. 718, &c. *Barnes.*

16. Pro θατέρας Heath. legit χἀτέρας. *Beck.*

18. Γάμων ἀπείχεθ'·] Subaudi δὴν, diu, vel aliquamdiu; unde etiam putatur Δανάη nomen habuisse; vid. infra ad v. 20. sed, ut apparet ex Pausania et Apollodoro, quod etiam in Græco hujus Fabulæ argumento notavimus, non prorsus in omne tempus matrimonio abstinuit Acrisius: uxorem enim habuit Eurydicen, Lacedæmonis filiam, ex qua Danaën genuit. Γάμος enim simpliciter aliquando pro τὰ Ἀφροδίσια. Mallem sane ita exponi, ut in Latina versione nunc scripsi, γάμων pro χρήσιως γάμων, ἢ γαμετῆς, ut sit sensus: γυναῖκα ἔχων, ὅμως αὐτῆς ἀπείχετο, ἕως ὑφ' ἡδονῆς ἡττώμενος ἔσπειρε θυγατέρα, &c.

ὁ δέ γε μὲν] Ita lego, cum olim ὁ μὲν δέ γε scriptum erat, insigni versus injuria.

τίκτει] Γεννᾷ. Quod τίκτω, vox mulieribus propria, aliquando et viris tribuatur, satis probavi ad Iphigen. Aul. v. 639. et 474.

Λαθὼν] Subaudi ἑαυτὸν, et ita sume, ut a λανθάνω significet, *oblitus:* solemus enim, cupiditate alicujus rei victi, monitorum salubrium oblivisci. *Barnes.*

20. πρωνόμασε] Nec metro hæc vox, nec sensui, satisfacit. Cur enim πρωνόμασε potius quam ὠνόμασε? Anne adeo Acrisius hoc ei nomen, antequam in lucem ederetur, sive mari, sive fœminæ, indidit? Legendum, ni fallor:

Ἐν παρθενῶσι δ' εὐθὺς, οἷς ἐδείματο,
Δίδωσιν Ἀργείαισιν εὔφρουρον κόραις,
Εἰς ἀνδρὸς ὄψιν εὐλαβούμενος μολεῖν.
Εἶθ' ὡς ὁ μακρὸς ηὔξανεν ταύτην χρόνος,
Καὶ κάλλος εἶχεν ἔξοχον καθ' Ἑλλάδα,
Φίλτροις ἀφύκτοις Ζεὺς κατασχεθεὶς πατὴρ
Εὐνῇ συνελθεῖν λάθρα πως ἠβούλετο.
Σαφῶς δὲ πείθειν οὐκ ἔχων, εἰς μηχανὴν

Confestim autem in virginalibus conclavibus, quæ ædificavit,
Dat Argivis custodiendam puellis,
In viri conspectum cavens ne veniret.
Deinde vero cum longum tempus hanc augeret,
Et formam haberet eximiam in Græcia,
Amore ineluctabili Jupiter pater correptus
Toris congredi clam *cum ea* cupiebat.
Aperte vero cum *ei rem* persuadere non posset, ad machinam *dolumque*

Δανάην δ' ἐπωνόμαζε τήνδ' —

Barnesius edidit πρωνόμασσε. Nec dubitari potest, quin melius hic conveniat aoristus, quam imperfectum. *Musg.*

20. s. Δανάην δὲ πρώνόμασσε τήνδ', ὅθ' οὕνεκα Πολὺς παρῆλθεν εἰς γονὴν παιδὸς χρόνος.] Ita, quod supra dixi ad v. 18. Ipse poëta huic etymologiæ videtur favere, a δὴν, Δανάη.

ὅθ' οὕνεκα] De hac locutione vide quæ nos ad Ion. v. 664. Ὅθ' οὕνεκ' ἀδύτων ἐξιόντι μοι Θεοῦ. *Barnes.*

πρωνόμαζε scribit Heath. quia Σ geminatum non est Atticæ dialecti. *Beck.*

22. s. Ἐν παρθενῶσι δ' εὐθὺς, οἷς ἐδείματο, Δίδωσιν Ἀργείαισιν εὔφρουρον κόραις,] Οἷς pro οὓς Attice: ita enim relativum eodem casu solet gaudere, quo antecedens; de qua re nos monuimus ad Ion. v. 32. De virginali autem subterraneo Danaæ cubiculo, ex ære structo, præter quod diximus in argumento, Apollodorus et alii, Horatius Carm. Lib. III. Od. 15. *Inclusam* Danaën *Turris ahenea, robustæque fores, et Vigilum canum Tristes excubiæ munierant satis Nocturnis ab adulteris: Si non Acrisium, Virginis abditæ custodem pavidum, Jupiter et Venus Risissent; fore enim tutum iter et patens Converso in pretium Deo.* Huc refer Pauli Silentiarii Epigram. Antholog. Lib. VII. fol. 453. Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας Ζεὺς, διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους· &c. Quod autem virgines caute in Παρθενῶσιν custodiri solebant, omnibus notum et nobis supra declaratum ad Iphigen. Aulid. v. 678. Παρθενῶνες autem dicuntur conclavia virginalia, sive loci, in quibus virgines asservabantur, quod et παρθενεῶνες poëtice dicitur, ut mulierum conclavia vocabantur Γυναικεῖα, et Γυναικῶνες et Γυναικωνίτιδες. Turcis appellantur *seraglia.* *Barnes.*

23. εὔφρουρον] Malim ἔμφρουρον. *Musg.*

Δίδωσιν Ἀργείαισιν εὖ φρουρεῖν κόραις,] Quod corruptum extat apud Plutarch. II. p. 1044. F. 36. F. Vulgo εὔφρουρον. Sophocl. Œd. Col. 917. Ἄγειν τὰ (Vulgo ἄγοντα) φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια. Eurip. Heraclid. 888. χαῖρε καὶ μέμνησ' ἐμοῦ Ὁ πρῶτον εἶπας, ἡνίκ' ἠρχόμην λόγου. Ἐλευθερώσειν μ'. *Por.*

27. ἀφύκτοις] Male Ed. Commel. ἀφίκτοις. *Musg.*

28. λάθρα πως] Ultima in λάθρα syllaba producitur. Ion. v. 343. et v. 360. Lego igitur λαθραίως. [Ex Heath.] *Musg.*

ἠβούλετο.] Pro ἐβούλετο, Attice: sic ἤμελλον, pro ἔμελλον. Vid. ad Helen. v. 751. *Barnes.*

30. ἄπυρος χρυσὸς] *Aurum rude et ignis expers;* nimirum quia in metallis adeo



Τοιάνδ' ἐχώρησ', ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγὼς,
Ποθεινὸν εἰδὼς τοῦτο κτῆμα τοῖς βροτοῖς,
Διὰ στέγους ῥεύσειεν ἐν χερσὶν κόρης.
Ἡ δ' οὖν, μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον,
Κόλποισι τὸν θεὸν εἰσρέοντ' ἐδέξατο.
Χρόνῳ δὲ αὐτὴν ὡς κατεῖδ' ἐγκύμονα,
Εἰς θαῦμ' ἐσῄει, κἀξεπέπληκτο σαφῶς,
Ὡς εἰς τόδ' ἦλθεν μέμψιν εὐλαβουμένη,

Talem venit, ut in aurum ignis expers conversus,
Quod hanc possessionem mortalibus optabilem *esse* sciret,
Per tectum flueret in manus puellæ.
Illa vero non cognito occulto dolo,
Sinu Deum influentem excepit.
Tandem vero cum vidisset se gravidam *esse*,
In admirationem venit, et rem miram obstupuit:
Quod in hunc statum devenit, quum reprehensiones vitare studuisset,

purum invenitur, ut metallurgorum arte non indigeat. vid. Diodor. Sic. Lib. II. c. 50. Meminit etiam Antiphilus Anthol. H. Steph. p. 46. Legendum tamen, eurhythmiæ gratia:

χρυσὸς ὡς ἄπυρος γεγώς.

Musg.

ὡς ἄπυρος χρυσὸς γεγώς,] Lege ἴν' ἄπυρος. *Por.*

ἄπυρος χρυσὸς] Ἄπυρος fit hic ab α *intensiva*, non autem negativa; ut sonet *aurum igne purgatissimum*; non autem *rude et ignis expers*; nec enim illud oculis æque blanditur. *Barnes.*

Heath. scribit: ἄπυρος ὡς χρυσὸς γεγώς. *Beck.*

33. Ἡ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον,] Ita Ed. Commel. ubi vitium metri emendari potest, legendo vel:

ἡ δ' ἀγνοοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον.

vel, ut Piersonus loco citato:

ἡ δ' οὖν δόλον μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον.

Musg.

Ἡ δ' οὖν μὴ γνοῦσα τὸν κεκρυμμένον δόλον,] Danaë novit *aureum imbrem*, *Jovem* autem in eo absconditum nequaquam putavit. Vide supra ad v. 14. Εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα, καὶ μὴ γνοῦσα δή. *Barnes.*

35. Χρόνῳ δ' ἑαυτὴν] Ita lego pro δὲ αὐτὴν, euphoniæ causa. *Barnes.*

36. κἀξεπέπληκτο σαφῶς,] Proxima nota ostendemus, σαφῶς cum sequentibus non posse connecti. Hic autem sensum conturbat. Metrum quoque deformat trochæus in quinta sede. Lego:

εἰς θαῦμ' ἐσῄει, κἀξεπλάγη σφοδρῶς.

Secum mirari cœpit, et rei obscuritate obstupuit. Sic τὸ γινόμενον ἐκπλήττεσθαι, Diod. Lib. I. c. 10.

Piersono placet κἀξεπέπληκτο σφοδρῶς, Verisim. p. 137. Sed aliud, ni fallor, est σφοδρῶς, aliud σφόδρα. Respondet huic Latinorum *valde*, illi, *violenter*, *cum impetu*. *Musg.*

κἀξεπιπέπληκται, σαφῶς] Ab ἐξεπιπλήσσω, verbo decomposito, quod multo satius legendum judico, quam quod prius male legebatur, κἀξεπέπληκτο, cum ο in fine pedis, ante simplex σ, produci commode haud possit. Comma autem post σαφῶς deleo et ante illud pono, ut sit hæc dispositio: κἀξεπιπέπληκται, ὡς ἐς τόδε σαφῶς ἦλθεν· ὡς οὐκ ἀμφιλόγως, ἀλλὰ σαφῶς, ἐγκύμων οὖσα εἴληπται. *Barnes.*

36. s. Constructio est: καὶ ἐξεπιπέπληκται εὐλαβουμένη μέμψιν, ὡς ἦλθε σαφῶς εἰς τόδε, *et animo perculsa est*, *reprehensio-*

Φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὁρμωμένην,
Μαθὼν πατήρ νιν ἐγκατάκλειστον δόμοις
Ὀργῇ χολωθεὶς καὶ σκότῳ κρύψας ἔχει,
Τἀληθὲς ὄψει προσκοπούμενος μαθεῖν,
Καὶ ταῦτ' ἀληθῆ, καὶ σαφῶς ἔχοντ' ἴδῃ,
Ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι,
Τὴν παῖδα, καὶ τὸ τεχθέν· ὧν δὲ γ' ἐστάλην,
Μύθους Δανάῃ τούσδ' εὐπροσηγόρους ἄγων
Ἐκ Διὸς, ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν.
Ὑπηρέτην γὰρ ὄντα τἀπεσταλμένα
Πράσσειν προθύμως, ὅστις ἂν γ' ᾖ νουνεχής.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ὁ καινοτρόπος οὗτος μῦθος

Fuga vero clam ex hac terra abire cogitantem,
Pater intelligens, conclusam in ædibus,
Ira percitus, et tenebris occultatam servat,
Veritatem aspectu prospiciens resciscere;
Et si hæc vera et certa esse viderit,
Decrevit ambos in mare projicere,
Et filiam, et filium *ejus*. Quorum vero *caussa* missus sum *huc*,
Sermones Danaæ hos jucundos afferens
A Jove, celerrime declaraturus perveniam.
Ministrum enim existentem imperata
Facere *oportet* alacriter, quicunque fuerit mentis compos.

CHORUS.

Quis novus hic sermo

nem metuens, quasi scienter hoc probrum admisisset. Heath.

38. Lego, mutato versuum ordine:

φυγῇ δὲ λάθρα τῆσδε γῆς ὁρμωμένην,
ὡς εἰς τόδ' ἦλθε, μέμψιν εὐλαβουμένην,
μαθὼν πατήρ νιν —

Patriæ reprehensionis metus non erat causa admirationis, de qua in v. 36. sed fugæ, de qua v. 38. Alterum tamen ex recepto ordine colligeres. *Musg.*

42. Legendum haud dubie:

κἂν ταῦτ' ἀληθῆ καὶ σαφῶς ἔχοντ' ἴδῃ.

Musg.

σάφ' ὡς ἔχοντ' ἴδῃ,] Ita disjunctim lego, pro σαφῶς, quod prius male obtinuit, ut sit hic sensus: καὶ ὡς ἴδῃ ταῦτα, ὧν ὑπόληψιν εἶχεν, ἀληθῆ, καὶ σάφα ἔχοντα. Quod autem σάφα ponitur pro σαφῶς, ostendimus ad Electr. v. 894. *Barnes.*

43. Ἔγνωκεν ἄμφω ποντίους ἀφιέναι,] Γινώσκω hic pro *censeo, decerno, statuo*. Sic Lucian. in Prometheo: ἄδικα ἔγνωκε περὶ ἐμοῦ ὁ Ζεύς. Sic Plutarch. ἔγνωσαν τοῦτο μὴ ποιεῖν. Et Xenoph. ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, νικᾷν τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιῶν, etc. Sic Chilon: τοὺς διαρπάζειν ἐγνωκότας τὴν πόλιν ἐπείθετο. Præterea ἀναγινώσκω, quod proprie *lego*, apud Ionas etiam πείθω, *suadeo*, vel κελεύω, *jubeo*, significare solet, ut Herodotus: ἀναγινώσκεις βασιλῆα στρατεύεσθαι, suades regi, ut bellum suscipiat. Ita fere Eboracenses nostri: *I read you to do so and so*, i. e. *I advise you. Barnes.*



Κατ' ἐμὰν ἥκει ἀκουάν;
Ἔνθ' ἀσπερχὲς μενεαίνουσα
Τοῖσδε δώμασι κοιράνου ἀμφίδοξος πελάζω.
Τίς δεσπότιν ἐμὴν Δανάην
Βάξις ἔχει κατὰ πτόλιν;
Ἣν μή ποτ' ὤφελ' εἰς ὦτα φέρειν
Ὁ πρῶτος τάδε φράσαι τολμήσας,
Ὡς ἐγκύμων εἴληπται, χρανθεῖσα λέκτροις
Ἀνδρός· πατὴρ δέ μιν κλήσας
Ἐν παρθενῶσι σφραγῖσι δέμας φυλάσσει.
Ταῦτ' ἐτήτυμα μαθεῖν θέλω.
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τύραννον χθονὸς τῆσδ'

Ad meas venit aures?
Unde sedulo properans,
Ad has regis ædes ancipiti animo pendens accedo.
Quis dominam meam Danaën
Rumor agitat per urbem?
Quem utinam nunquam in aures *meas* tulisset,
Qui primus hæc dicere *nobis* est ausus;
Quod gravida sit deprehensa, polluta lectis
Viri. Pater vero ipsam includens
In virginalibus conclavibus, sigillis *ejus* corpus custodit.
Hæc certo scire volo.
Sed enim video regem hujus agri

44. ss. ὧν δέ γ' ἐστάλην—ἀφίξομαι τάχιστα σημανῶν. Lege ὧν δ' ἐγὼ 'στάλην.

Apud Stobæum Florileg. 10.

Κρείσσων γὰρ οὐδεὶς χρημάτων πέφυκ' ἀνὴρ,
Πλὴν εἷς τις.

(*vulgo* εἴ τις.) Sophocl. Œd. T. 118. (Θνήσκουσι γὰρ πλὴν εἷς τις.) *Por.*

44. Ὧν δέ γ' ἐστάλην] Subaudi ἕνεκα. *Barnes.*

47. Τετηρέτην γὰρ ὄντα, etc.] Subaudias δεῖ, vel ἔοικε, vel aliquid tale. Ad hunc locum olim ego respiciens, in dramate quodam Anglico, cui nomen *The Warlike Lover*, or *The Generous Rival*, quod recens, ut vocant, composui de bello Belgico, anno 1672. Nuntio cuidam nomen affixi Thoantis, a θοὸς *celer*; quia nuntii laus præcipue in celeritate ponitur. *Barnes.*

51. μενεαίνουσα] Ἀσπερχὲς μενεαίνων prius dixit Homerus Iliad. δ'. v. 32. Illum autem avide omnes poëtæ imitantur, juxta illud Ovidii: *Adspice Mæoniden, ex quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis.* Ex hoc loco probatur, Chorum constare ex fœminis, iis autem virginibus, quia dominam Danaën vocant et ei famulantur. Neque contra facit, quod infra de hoc Choro loquens Acrisius et ad eum, masculino genere utatur, v. 64. Σὺ δ' εἰ κατ' οἴκους εὐνοῶν ἐτύγχανες: supra enim sæpe probavimus, masculinum genus recte usurpari collective etiam de fœminis. Vide ad Ion. v. 1361, etc. *Barnes.*

52. Versum ita dividi vult Heath.

Τοῖσδε δώμασι κοιράνου periodus.
Ἀμφίδοξος πελάζω idem catalect.

Beck.

57. Hunc etiam versum dividit Heath.



Ἀργείας Ἀκρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα·
Φυγῇ βαρὺς ὡς δόξαι κέαρ.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ.

Σὺ δ', εἰ κατ' οἴκους εὔνοῶν ἐτύγχανες,
Οὐκ ἄν ποτ' ἦλθες εἰς τόδε θράσους.

Argivi, Acrisium, ex ædibus prodeuntem:
Fuga, ut videtur, animum gravatur.

ACRISIUS.

Tu vero, si in ædibus benevola esses nobis,
Nunquam ad tantam audaciam progressus esses.—

[illegible] hephthemimeris spondaica.
Χρυσόδετα [illegible] penthemimeris iambica.

et v. 52. [illegible]:

Ἐν συμβολαῖς σφαγαῖσι periodus.
Αἵματος φυλάσσω. penthemimeris iambica.

Beck.

61. s. Ita disponit Heath.

Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τύραννον periodus.
Χθονὸς τῆσδ' Ἀργείας antispasticus hemiolius.
Ἀκρίσιον πρὸ δόμων στείχοντα. idem dimeter hypercatalectus.

Cl. Jacobs. Spec. Emend. in Scriptt. Vett. p. 29. observavit hæc: "Mirum est, quod legitur: Ἀλλ' εἰσορῶ — φυγῇ βαρὺς — κέαρ. Ubi de fuga cogitaverunt, quam Danaë molita fuerat. Sed quomodo hoc ex Acrisii vultu divinare poterant? Levi mutatione scribi malim:

Ὀργῇ βαρὺς, ὡ. δ'. κέαρ.

Ita v. 42. ὀργῇ χολωθείς." *Beck.*

63. φυγῇ βαρὺς] Lego: ὀργῇ βαρύς. Sic βαρύνεσθαι dicitur *animo gravari, ægre aliquid ferre.* *Musg.*

64. Σὺ δ' εἰ κατ' οἴκους εὔνοῶν ἐτύγχανες,] Εὔνοῶν, masculinum genus, collective dicitur in singulari, pro εὔνοοῦσαι παρθένοι, fœminino plurali. Vide supra ad v. 51. Quare Vossius incogitanter Euripidem ob hanc rem incogitantiæ arguit. *Barnes.*

64. s. Hæc Acrisii verba non ad Chorum spectare videntur, sed ad alium quendam, cujus nomen cum reliqua Tragœdiæ parte intercidit. *Heath.*

65. Οὐκ ἄν ποτ' ἦλθες εἰς τόδε θράσους.] Videtur ἐμοὶ deesse; certe si adesset, huic versui satis foret consultum. Sed jam hinc omnia abrupta, nec aliud Euripidis post tot secula integrum servatur, nisi quod hinc inde ex jam perditis illius fabulis antiqui scriptores citaverint, nunc fabulæ nomine indicato, aliquando auctore tantum nominato, sine ulla loci designatione; quare ego in secuturis Fragmentis describendis, quotquot ita dirigi possunt, sub titulis suis ordinabo, pro alphabeti serie, post reliqua ad hanc Danaën pertinentia, quæ huc satius visum est referre. Cætera confusim, prout ad manus venerint, et seorsim ad finem ponam, utpote quorum certos locos haud possem invenire, auctorem Euripidem fatentur omnes. Monendus est autem lector, multa nomina fabularum falso Euripidi adscripta passim apud auctores; saltem falso a nonnullis reputari. Nam ubi Veteres Hermionen loquentem inducant, aut Polydorum, aut Atreum, aut Capanea, statim Fabulas his nominibus vocatas credunt haud pauci; cum personæ tantum istæ sint, prior in Fabula Andromacha, altera in Hecuba, tertia in Oreste, quarta in Supplicibus. De qua re vide plura in Fragmentis ad Atreus et Capaneus. Non ego magna nomina lacessere volo; sufficiat hæc semel hoc in loco monuisse. De scriptoribus vero, unde ut plurimum hæc sint hausta, monuimus supra ad finem argumenti actus primi.

Barnes.

ΛΕΙΠΕΙ ΤΑ ΛΟΙΠΑ.



EURIPIDIS FRAGMENTA.





EURIPIDIS FRAGMENTA.

ÆGEUS.

I. . . . . τίς σε, μᾶτερ, ἐν δεκάτᾳ τόκου
'Ωνόμασε; —

Quis te sobolem, O mater, decimo die nominavit?

II. Ἔστι καὶ πταίσαντ' ἀρετὰν
'Αποδείξασθαι θανάτῳ.

Licet, etiam infeliciter rem gerenti, morte virtutis documentum dare.

III. Εἰ μὴ καθέξῃς γλῶσσαν, ἔστι σοι κακά.

Nisi linguam cohibes, impendent tibi mala.

IV. Τί γὰρ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός;

Quid enim homini solo natali dulcius?

V. Δειλῶν γυναῖκες δεσποτῶν θρασύστομοι.

Timidorum Patrum familias conjuges lingua procaces sunt.

VI. 'Ανδρὸς δ' ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.

Regis justi vel dominatum pati pulchrum est.

VII. Ἦ που κρεῖσσον τῆς εὐγενείας
Τὸ καλῶς πράσσειν.

Nobilitate utique melius est fortuna secunda uti.

VIII. Πέφυκέ γάρ πως παισὶ πολέμιον γυνὴ
Τοῖς πρόσθεν, ἡ ζυγεῖσα δευτέρῳ πόσει.

Mulier enim, secundo marito conjuncta, liberis prioribus inimica quodammodo esse solet.

IX. —— κατθανεῖν δ' ὀφείλεται
Καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων.

Mori autem debetur et ei, qui domi sedet, a laboribus semotus.

I. Exstat apud Suidam, v. δεκατεύειν, et Schol. in Aves, v. 494. cujus annotatio vice commentarii erit. *Musg.*

Toup. ad Suid. I. p. 86. legit sic: Τίς ὠνόμαζέ σε δεκάτῃ, μῆτερ, τόκου; vel Τίς ὠνόμαζέ σε δεκάτῃ 'πὶ τῷ τόκῳ, Μῆτερ. — qui laudat Damascium apud Photium Bibl. p. 1074. 'Η Δόμνα ἐπί γε τόκῳ πέμπτῃ ὕστερον ἡμέρᾳ ἀποθνήσκει. Idem refutat emendationem Jos. Scaligeri ad Terent. Varr. et Maussac. ad Harp. Τίς σ' ὠνόμαζεν τῇ δεκάτῃ, μῆτερ, τόκου; quia sic in quarta regione anapæstus. *Beck.*

II. Stobæus Tit. VII. *Musg.*

III. Stobæus Tit. XXXIV. *Musg.* Καθέξεις, ἔσται. (vulgo καθέξῃς et ἔστι.) *Por.*

IV. Stobæus Tit. XXXIX. *Musg.*

V. Stobæus Tit LXXIII. *Musg.*

VI. Stobæus Tit. XLVII. Apostol. III. 15. *Musg.*

VII. Stobæus Tit. LXXXVI. *Musg.*

VIII. Stobæus Tit. LXXI. *Musg.*

IX. Stobæus Tit. CXIX. *Musg.*



Λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ;
Οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά·
Ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς·
Ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος
Δίδωσιν· ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
Τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

An putatis, vos terram incolere posse, si populus universus pauper sine divitibus viveret? Segregari non possunt bona et mala, sed debet esse commixtio quædam, ut bene se habeant res. Quæ enim pauperi desunt, dives largitur: quæ autem divites non possidemus, ea, pauperibus utentes, habemus.

VII. Λαμπροὶ δ' ἐν αἰχμαῖς Ἄρεος, ἔν τε συλλόγοις,
Μή μοι τὰ κομψὰ ποικίλοι γενοίατο,
Ἀλλ', ὧν πόλει δεῖ, μεγάλα βουλεύοντες εὖ.

Clari autem in acie Martis et in conventibus, non mihi in elegantiis solertes evadant, sed in magnis rebus ea, quæ civitati utilia sunt, consulentes.

VIII. Τὰ πόλλ' ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα.

IX. Βραχύ τοι σθένος ἀνέρος,
Ἀλλὰ ποικιλίᾳ πραπίδων
Δεινὰ μὲν φῦλα πόντου
Χθονίων τ' ἀερίων τε
Δάμναται παιδεύματα.

Exiguum viri robur, sed mentis versutia diras pelagi, gentes et terrestres aëriosque alumnos domat.

conjiciebam: Θεοῖν πένησι χρώμενοι, θηρώμεθα. *Musg.*

Ver. 2. Heath. metri causa vult: Λαός γε πολιτεύοιτο. *Beck.*

δίδωσ'. (vulgo δίδωσιν.) *Por.*

VII. Stobæus Tit. XLV. Aristot. Polit. III. c. 3. *Musg.*

Forte hinc conflatus versiculus apud Barnes. Fr. Inc. Μή μοι τὰ κομψὰ λέγε σύ (σύ γ', Heath.) ἀλλ' ὧν δεῖ πόλει. *Beck.*

VIII. Stobæus Tit. L. Sine interpretatione, ut parum perspicuum, relinquimus. *Musg.*

διαφέρει Grotius mutavit in παραφέρει. *Beck.*

Τὰ πόλλ' ἀνάγκη διαφέρει τολμήματα.

Quod cum intelligi nequeat, scribendum suspicor:

Ἦ πόλλ' ἀνάγκη διαφύει τολμήματα.

Plurima sane facinora necessitas progignit. Eadem fere medela adhibenda fragmento XVI. ejusdem tragœdiæ:

Ἀεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακὸν
Τὸ δ' αὖ ἔφυσεν αὖτις ἐξ ἀρχῆς νέον.

Sensus horum verborum minime obscurus est: mala modo vigere, modo discedere, modo nova exoriri docere voluit tragicus. Secundus versus igitur numeris suis forsitan sic restituendus est:

Τὸ δ' ἐκπέφυκεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον.

Sic πόνους φῦσαι Sophocles dixit in Antigone. 646.

Τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους
φῦσαι;

et χρόνος φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται in ejusdem Ajace, 646. — αὖθις ἐξ ἀρχῆς eodem modo dictum est ut apud Aristophanem in Pluto, v. 221.

ἤν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν.

Jacobs.

IX. Sequor Valckenærium: varie enim exhibent Plutarchus περὶ τύχης, et libro de terrestrium et aquaticorum solertia. Stobæps Tit. LIV. *Musg.*

XVII. Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας
Ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός.

Laborare necesse est: Qui autem optime deorum calamitates tolerat, is demum vir sapiens est.

XVIII. Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει·
Γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο, πλὴν ὄχλος
Καὶ σχῆμ'· ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα.
Νοῦς δ' οὐκέτ' ἐστίν· οἰόμεσθα δ' εὖ φρονεῖν.

Heu, heu, vetus proverbium quam bene se habet! Senes nihil aliud sumus, nisi molestia et forma. Somniorum incedimus simulacra. Mens autem non amplius adest; opinamur autem, nos prudentia valere.

XIX. Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
Ἥ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται.

Verum senectus libidini valedicit, et Venus senibus parum favet.

XX. Ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἄῤῥεν' ἀῤῥένων,
Πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίους τυραννίδος.
Πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοῦθ' ὕπαρχον ἐν βίῳ,
Τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν.

Videam autem liberos eorum mares ex maribus, primum quidem specie externa regno dignos. Hoc enim maximum in vita decus est, ut corpus habeat dignitatem factis honestis congruam.

XXI. Οἴμοι· τίς ἀλγεῖν οὐκ ἐπίσταται κακοῖς;
Τίς ἂν κλύων τῶνδ' οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ;

Hei mihi! Quis est, qui ob mala dolere nescit? quis hæc audiens non lacrymetur?

XXII. Κλῆρος Ἑρμοῦ. Sors Mercurii.

XXIII. Ἕλλην γάρ, ὡς ἔοικε, γίνεται Διός,
Τοῦ δ' Αἴολος παῖς, Αἰόλου δὲ Σίσυφος,
Ἀθάμας τε Κρηθεύς θ', ὅς τ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
Θεοῦ μανεὶς ἔῤῥιψε Σαλμωνεὺς φλόγα.

Hellen enim, ut videtur, Jove satus est: hujus filius Æolus, Æoli vero Sisyphus, et Athamas et Cretheus, et, qui ad Alphei flumen flammam Jovis insaniens jaculatus est, Salmoneus.

XVII. Stobæus Tit. CVIII. *Musg.*

XVIII. Stobæus Tit. CXVII. *Musg.*

Pro πλὴν ὄχλος, Valck. ad Ammon. corrigit π. λόγος. *Beck.*

XIX. Stobæus Tit. CXVII. *Musg.*

Totum fragment. non disjunctive, sed interrogative, accipit Heath. et verba: Ἤ τ' Ἀφροδ. vertit: *Et Venus.* *Beck.*

XX. Stobæus Tit. LXV. *Musg.*

Ver. 2. Laudat Porphyrius, ut probet, εἶδος dici de forma corporis, quæ in oculos incurrit, monente Mureto Var. Lect. 3.2. *Beck.*

XXI. Stobæus Tit. CXV. *Musg.*

XXII. Suidas in κλῆρος. *Musg.*

XXIII. Dicæarchus, p. 22. Ed. Hudson. Strabo, p. 356. Ed. Paris. *Musg.*

Ad Sisyphum pertinere censet Valck. D. p. 209. s. Inter inc. retulit Heath. p. 189. qui v. 1. dedit — ὡς λέγουσι — Barn. in Add. tanquam ex Æolo petitos habet duos versus, qui sunt apud Aristoph. Thesm. 412. s. *Beck.*

Hos quatuor versus, Valckenarius in Distribe, p. 200. ex Sisyphi Prologo petitos non sine verisimilitudine suspicatur;

'Εσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
Κακῶν δ', ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

O fili Creontis, verum utique erat, a viris bonis bonos procreari liberos, ab improbis vero, patris ingenio similes.

IX. 'Ορᾶτε τὸν τύραννον, ὡς ἄπαις γέρων
Φεύγει· φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα.

Videte regem, ut senex orbus fugiat; mortalem autem animo efferri non oportet.

X. Ἢ τί πλέον, εἶναι παῖδας ἀνθρώποις, πάτερ,
Εἰ μὴ 'πὶ τοῖς δεινοῖσιν ὠφελήσομεν;

Aut quid refert, liberos esse hominibus, pater, nisi rebus adversis opitulamur?

XI. Καί σ', ὦ γεραιὲ, τήν τε παῖδα δοὺς ἐμοὶ
Γαμβρὸν νόμιζε, καὶ πατὴρ, σωτήρ τ' ἐμός.

XII. Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀτιμίαν
Σχεθρήν τις ὑμῶν [καταχεῇ.]

O mulieres, festinate, neque verum quisquam in vos probrum conjiciat.

XIII. — ταῦτα γὰρ σχεθρῶς ὁρᾶν
'Ημᾶς ἀνάγκη τοὺς νομίζοντας τέχνην.

Hæc enim nos, qui artem profitemur, accurate cernere necesse est.

XIV. Τί; τοῦ τεκόντος οὐδὲν ἐντρεπῇ πατρός;

Quid? patris, qui te genuit, nullam rationem habes?

XV. Ἥκω δ' ἀτενὴς ἀπ' οἴκων.

Recta autem ab ædibus venio.

XVI. Μάλιστα μέν μ' ἐπῆρ' ἐπισκήψας πατὴρ,
Ὅθ' ἅρματ' εἰσέβαινεν εἰς Θήβας ἰών.

Maxime autem me incitavit pater, tum, cum ad Thebas proficiscens, currum ingressus est, exhortans.

IX. Stobæus Tit. XXII. Apostol. Cent. XX. 38. *Musg.*

X. Stobæus Tit. LXXIX. *Musg.*

Τί πλεῖον, omisso ἤ, Valck. D. p. 150. *Beck.*

XI. Suidas v. Πενθερά. Varie emendant Kusterus et Toupius, neuter tamen satis feliciter. Phegeum alloquitur Alcmæon. *Musg.*

Toup. Em. in Suid. III. p. 29. corrigit: Σὺ δ' — παῖδα τὴν σὴν — νομίζῃ, καὶ πατὴρ — Heath. Σὺ δ', ὦ γεραιὲ — Valck. ad Phœn. p. 160. Καὶ σύ γε, γεραιὲ, τήνδε παῖδα δοὺς ἐμοὶ, Γαμβρὸς νομίζου, καὶ πατὴρ — Barnes. recepit Grotii correctionem: Καὶ σύ γε (γε male ap. Barn. deest) γεραιὲ, σήν γε παῖδ' ἂν δῷς ἐμοὶ, Γαμβρὸς νομίζῃ — *Beck.*

XII. Vulgo — μηδ' ἀθυμίᾳ Σχεθῇ τις ὑμῶν — *Beck.*

XIII. Conjuncta exstant hæc duo fragmenta apud Erotian. v. σκεθρωτέραν. Separavit ex conjectura, et sic, ut edidi, emendavit Piersonus apud Valckenær. Diatrib. p. 149. *Musg.*

XIV. Priscian. Lib. XVIII. *Musg.*

Heath. sic ex Prisciano, p. 1192. refert: Τί τοῦθ'; ἐκόντος οὐ. ἐντρέπει σ. et probat emend. Valck. ad Phœn. 576. et Diatr. p. 149. Πιθοῦ· γέροντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός; Grot. et B. dederunt: Ἐπεὶ τεκόντος — ἐντρέπῃ. *Beck.*

XV. Hesychius v. ἀτενής. *Musg.*

XVI. Eustratius ad Ethic. Nicomac. p. 39. *Musg.*

Ver. 2. Vulgo [illegible]



VIII. Σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος, ἥ τ' ἀπειρία.

Odiosa res est divitiæ cum imperitia.

IX. Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα· γενναίως ἴσως
Ἔπραξας· αἰνεῖσθαι δὲ δυστυχῶν ἐγὼ
Μισῶ· λογισμὸς τοὔργον οὐ νικᾷ ποτέ.

Non recte hæc, licet generose fortasse, egisti. Ego vero laudari infortuniis oppressus nolo. Opinio nunquam rem superat.

X. Ἀλλ' εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐγενῆ.

Generosum bene infortunia ferre oportet.

XI. Θάρσει· τάχ' ἂν γένοιτο· πολλὰ τοῖς θεοῖς
Κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει.

Bono animo sis: facile id eveniat: multa sane Deus jucunda insperato hominibus largitur.

XII. Σοφώτεροι γὰρ συμφορὰς τὰς τῶν πέλας

VIII. Stobæus Tit. XCIII. *Musg.*

IX. Stobæus Tit. XCIX. *Musg.*

Ver. 3. λογισμὸς Heath. vertit, sermocinatio. *Beck.*

X. Stobæus Tit. CVIII. *Musg.*

XI. Stobæus Tit. CXII. Primo versu lego: Πολλά τοι Θεὸς, in secundo ἐλᾷ, vel νέμει. *Musg.*

Θάρσει· τάχ' ἂν γένοιτο· πολλὰ τοῖς θεοῖς
κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἀνθρώποις πέλει.

Fortem indue animum: sæpe sunt a Dis bona
Exorta hominibus unde non speraverant.

Græca depravata sunt. In priore versu Musgravius optime correxit πολλά τοι θεός; in alterius versus emendatione minus feliciter versatus. Haud pauci procul dubio ex lectoribus nostris erunt, qui meminerint versuum in fine tragœdiarum ab Euripide positorum:

πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί,
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.

Amori hoc inprimis tribuitur, ut πόρους ἐν ἀπόροις reperiat, apud Stob. Tit. LXI. p. 385. 23. οὗτος γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὸν ἀσθενῆ σθένειν τίθησι καὶ τὸν ἄπορον εὑρίσκειν πόρους. Amantes vero Chæremon apud Athenæum, Lib. XIII. p. 562. F. esse, ait, oportere

τολμητικούς, ἰταμούς, προθύμους, εὖ πόρους
Ἐν τοῖς ἀπόροις βλέποντας.

Unde apparet verba Æschyli Εἶδες πόρον ἐν ἀμαχανίας ἄλγεσι in splendidissimis versibus apud Stobæum in Eclog. Lib. I. T. VII. p. 198. ed. Heeren. sincera neque cum cl. Heinrich in Obss. p. 23. ὄχεις corrigendum esse. In illis autem versibus corruptela inhæret gravissima, qua eos hanc opportunitatem nactus liberabo. Legitur vulgo:

Τὸ καὶ σοφίας ἄκος δρέψεις, καὶ τιμὰν
βροτίοις ἐπέθηκας ἔργοις.

Non dubito quin corrigendum sit

τὸ καὶ σοφίας θακοῦς ἕδρας.

Tu sapientiæ quoque solium tenes. i. e. fortuna sapientiæ loco habetur et numero, cum in rebus gestis adhibitam prudentiam ex eventis judicamus. Verum hoc θακοῦς ἕδρας, et scena dignum. Æschylus in Prometh. v. 389. ὃ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας. Sophocles in Œdip. Col. 1166. τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν. Idem apud Stobæum Tit. XCI. p. 371. Grot. τὰ χρήματα — τῆς ὑπερτάτης

Τυραννίδος θακοῦσιν ἀγχίστην ἕδραν.

quæ verissima est Scaligeri emendatio. Aristophanes in Thesm. v. 896. τί δὲ σὺ θοάζεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας; Euripideos igitur versus, ut huc redeam, ita refingendos esse suspicor:

Θάρσει· τάχ' ἂν γένοιτο· πολλά τοι θεὸς
κἀκ τῶν ἀέλπτων εὔπορ' ἂν βροτοῖς τίκοι.

Nemini facile, qui tragicorum orationem noverit, hic verbi τίκτειν usus insolentior videbitur. In sententia huic nostræ simili in Heraclidis, v. 898. Μοῖρα πολλὰ τίκτειν dicitur; sicuti μακρὸς αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους secundum Euripidem in Œnomai Fr. IV. *Jacobs.*

XII. Stobæus Tit. CXV. Q[illegible]

Πάντες διαιρεῖν, ἢ τύχας τὰς οἴκοθεν.

Prudentius omnes aliorum res dijudicant, quam domesticas.

XIII. Πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξεῦρες λαβών;

Undenam vero piceæ tædam comparans, detexisti?

XIV. Τὸν εὐτυχοῦντα χρὴ σοφὸν πεφυκέναι.

Sapiens sit oportet, cui fortuna arrisit.

ALEXANDRA. *

I. Καὶ χρόνου πρόβαινε πόδα.

II. Χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
Ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σέ γ', ἢ κακόν.

Tempus autem ostendet te, quo documento certior factus, aut probum te esse intelligam, aut improbum.

III. Ἄναξ, διαβολαὶ δεινὸν ἀνθρώποις κακόν·
Ἀγλωσσίᾳ δὲ πολλάκις ληφθεὶς ἀνὴρ,
Δίκαια λέξας, ἧσσον εὐγλώσσου φέρει.

O rex, dirum hominibus malum est calumnia, sæpe autem vir infantis captus, licet justa loquatur, a facundo vincitur.

IV. Ὅθεν δὲ νικᾶν χρή σε, δυστυχεῖς, ἄναξ,
Ὅθεν δέ σ' οὐ χρῆν, εὐτυχεῖς· δούλοισι γὰρ
Τοῖς σοῖσι νικᾷς, τοῖς δ' ἐλευθέροισιν, οὔ.

Qua in parte te superare oportet, O rex, infelix es, felix vero, ubi minus æquum erat. Quippe quoad servos primas tenes; non quoad libere natos.

V. Οἴμοι, θανοῦμαι διὰ τὸ χρήσιμον φρενῶν,
Ὃ τοῖσιν ἄλλοις γίγνεται σωτηρία.

Heu, peribo ob mentis probitatem, quod aliis saluti est.

VI. Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμ', ὅμως δέ σοι λέγω·
Δούλου φρονοῦντος μᾶλλον, ἢ φρονεῖν χρεὼν,

ea subjungit, ex Comœdia hausisse videtur. *Musg.*

Sequuntur apud Stob. quatuor versus, quorum tres hic addidit Barnes. *Beck.*

XIII. Jul. Pollux Lib. X. sect. 17. *Musg.*

Vulgo apud Barn. perperam φανὸν — λαβεῖν. *Beck.*

XIV. Stobæus Tit. XLV. *Musg.*

* Ad œconomiam fabulæ pertinet, quod habet Scholiastes ad Hippolyt. v. 52. Ἕτεροί εἰσι τοῦ χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξάνδρῳ ποιμένες. Ἐνταῦθα μὲν οὖν δύναται προσαποχρήσασθαι τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ, ἐπεὶ δὲ συνεστῶτος τοῦ χοροῦ ἐπισάγει τοῦτο τὸ ἄθροισμα. *Musg.*

I. Schol. in Ran. Aristoph. v. 100. *Musg.*

II. Clem. Alex. p. 742. paullo aliter. *Musg.*

III. Stobæus Tit. XLII. Clemens Alex. p. 290. duos versus subjungit, quos Stobæus Tit. LXXXII. cum fragmento Hippolyti prioris connectit, cui et melius cohærere videntur. *Musg.*


Ver. 2. apud Barn. Εὐγλωσσίᾳ — λυφθεὶς, quorum hoc est e conject. Scalig. vid. Heath. et Valck. p. 147. s. *Beck.*

IV. Stobæus Tit. IV. paullo aliter. *Musg.*

Ver. 2. s. Barn. — οὐ χρὴ — Τοῖς σοῖσιν εἴκεις. *Beck.*

V. Stobæus Tit. XXXVIII. cujus MS. in Bibl. Coll. Nov. Oxonii, θανοῦμαι et Ὃ suppeditavit. *Musg.*

Vulgo θανοῦμεν — Ἣ τοῖσιν —. *Beck.*



Οὐκ ἔστιν ἄχθος μεῖζον, οὐδὲ δώμασιν
Κτῆσις κακίων, οὐδ' ἀνωφελεστέρα.

Sapiens quidem es, Priame, tibi tamen dico: Servo plus satis acuto nullum gravius malum est, neque in domo possessio pejor, aut inutilior.

VII. Ὦ παγκάκιστοι, καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
Ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκτημένοι.

VIII. Ἤλεγχον· οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος.
Γαστὴρ ἅπαντα, τοὐπίσω δ' οὐδὲν σκοπεῖ.

* * Sic enim pessimum genus est, servi. Venter ipsis instar omnium est. Nihil futurum curant.

IX. Δούλων ὅσοι φιλοῦσι δεσποτῶν γένος,
Πρὸς τῶν ὁμοίων πόλεμον αἴρουνται μέγαν.

Quicunque servi heros amant, magnum in se bellum a paribus suis suscitant.

X. — δούλους γὰρ οὐ
Καλὸν πεπᾶσθαι κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.

Non decet servos habere, qui dominis suis praestent.

XI. Ἐκ τῶν ὁμοίων οἱ κακοὶ γαμοῦσ' ἀεί.

Mali semper apud malos uxores quaerunt.

XII. Περισσόμυθος ὁ λόγος, εὐγένειαν
Εἰ βρότειον εὐλογήσομεν.
Τὸ γὰρ πάλαι καὶ πρῶτον ὅτ' ἐγενόμεθα,
Διὰ δ' ἔκρινεν ἁ τεκοῦσα γᾶ βροτούς,
Ὁμοίαν χθὼν ἅπασιν ἐξεπαίδευσεν ὄψιν.
Ἴδιον οὐδὲν ἔχομεν· μία δὲ γονὰ
Τό τ' εὐγενὲς καὶ τὸ δυσγενές.
Νόμῳ δὲ γαῦρον αὐτὸ κραίνει χρόνος.
Τὸ φρόνιμον, εὐγένεια· καὶ τὸ συνετὸν
Ὁ Θεὸς δίδωσιν, οὐχ ὁ πλοῦτος.

Superflua est oratio, nobilitatem si mortalem laudaverimus. Olim enim cum primum nati sumus, et mater tellus homines formavit, omnibus consimilem largita est faciem. Peculiare nihil habemus. Sed una eademque progenies sunt nobiles atque ignobiles. Tempus autem legibus arbitrariis nobilitatem efficit mage gloriosam. Sed in prudentia nobilitas sita est; ac intelligentia non a divitiis, sed divinitus, datur.

VI. Stobaeus Tit. LXII. *Musg.*

VII. Stobaeus Tit. LXII. Mihi intellectu perdifficile videtur. *Musg.*

Fragmentum hoc emendavimus Lib. I. c. VII. p. 21. [Anim. in Eurip.]

Ὦ παγκάκιστοι, καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες, ἀλλὰ τῇ ΦΥΣΕΙ κεκτημένοι.

Exemplis ibi allatis [Ion. 676. Helen. 729.] adde hoc Plauti in Amphitr. Act. I. Sc. I.

Hic qui verna natus est queritur
Sum vero verna verbo.

et hoc Anacharsidis apud Stob. S. LXXXIV. p. 491. 45. Ἀνάχαρσις ὀνειδιζόμενος ὅτι Σκύθης ἐστὶν, εἶπε· τῷ γένει ἀλλ' οὐ τῷ τρόπῳ. *Jacobs.*

VIII. Stobaeus Tit. LXII. *Musg.*

IX. Stobaeus Tit. LXII. *Musg.*

X. Stobaeus Tit. LXII. *Musg.*

XI. Stobaeus Tit. LXIX. *Musg.*

XII. Stobaeus Tit. LXXXVI.

XIII. Οὐκ ἔστιν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια,
Παρ' ἀγαθοῖσι δ' ἀνδρῶν.

Nulla nobilitas inter malos est, sed apud bonos tantum viros.

XIV. Ἄδικον δ' ὁ πλοῦτος, πολλὰ δ' οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ.

Injustæ sunt divitiæ, et multa perperam committunt.

XV. Κακόν τι παίδευμ' ἦν ἄρ' εἰς εὐανδρίαν
Ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν, αἵ τ' ἄγαν τρυφαί.
Πενία δὲ δύστηνον μὲν, ἀλλ' ὅμως τρέφει
Μοχθοῦντ' ἀμείνω τέκνα καὶ δραστήρια.

Mala sane institutio est ad fortitudinem opulentia hominibus et nimiæ deliciæ. Paupertas autem infelix quidem, sed tamen educat laborantes liberos præstantiores et fortiores.

XVI. Ὥστ' οὔ τις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ.

Ut nemo felix undique est mortalium.

XVII. Πάντων τὸ θανεῖν· τὸ δὲ κοινὸν ἄχος
Μετρίως ἀλγεῖν σοφία μελετᾷ.

Moriendum est omnibus. Communem vero dolorem moderate dolere sapientia meditatur.

XVIII. Ἑκάβη, τὸ θεῖον ὡς ἄελπτον ἔρχεται
Θνητοῖσιν, ἕλκει δ' οὔποτ' ἐκ ταυτοῦ τύχας.

O Hecuba, quam insperatum accedit numen mortalibus, et casus ejusdem generis nunquam secum trahit.

XIX. A. Οἶδ', ἀλλὰ κάμπτειν τῷ χρόνῳ λύπας χρεών.
B. Χρή· τοῦτο δ' εἰπεῖν ῥᾷον, ἢ φέρειν κακά.

A. Scio: sed oportet tempore dolores flectere. B. Oportet: facilius autem est hoc dicere, quam dolores tolerare.

XX. Παλαιὰ καινοῖς δακρύοις οὐ χρὴ στένειν.

Casus veteres non deflendi sunt novis lacrymis.

XXI. Ἄρρητος κόρη. Non nominanda virgo.

XXII. Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεὸς,
Καὶ πρὸς παθόντων, κἀν κακοῖσι κειμένων
Valck. D. p. 17. dubiæ auctoritatis fabulam esse, et videri in ea Licymnii nomen latere monet. *Beck.*

Stobæus Eclog. Phys. Tit. VIII. Verti, quasi esset στέγειν. *Musg.*

† De Dictye Seriphio, qui Danaën in mari fluitantem sustulit, vid. Hygin. Fab. LXIII. Apollodor. Lib. II. c. 4. *Musg.*

I. Stobæus Eclog. Phys. Tit. XII. Idem Florileg. Tit. V. ex Theseo, cui quidem fabulæ ab Ariadna enunciata satis bene convenirent. Plut. Op. Mor. p. 19. Ed. Steph. *Musg.*

Ver. 3. s. Valckenar. p. 241. ad fragmenta inc. referebat, putabatque, latuisse Barnesium. *Beck.*

II. Θάρσει· τό τοι δίκαιον ἰσχύει μέγα.

Bono animo sis: multum valet justitia.

III. Τυραννικόν τι πόλλ' ἐφίεσθαι λέγειν.

Tyrannicum quiddam est multa velle dicere.

IV. Εἰ δ' ἦσθα μὴ κάκιστος, οὔποτ' ἂν πόλιν
Τὴν σὴν ἀτίζων, τήνδ' ἂν εὐλόγεις πάτραν·
'Ως ἔν γέ μοι κρίνοιτ' ἂν οὐ καλῶς φρονεῖν,
Ὅστις πατρῴας γῆς ἀτιμάζων ὅρους
Ἄλλην ἐπαινεῖ καὶ τρόποισιν ἥδεται.

Nisi improbus admodum fuisses, nunquam patriam tuam contemnens, hanc regionem celebrares. Quippe apud me non recte sapere existimetur, qui patriæ fines contemnens, aliam regionem laudat, ejusque moribus delectatur.

V. Μὴ νεῖκος, ὦ γεραιὲ, κοιράνοις τίθου·
Σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.

Cum dominis ne certa, senex; colere autem eos, qui imperium habent, vetus mos est.

VI. Κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾷ·
Ἂν τ' αὖ βιάζῃ, μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ.
Κᾆπειτα τίκτει πόλεμον· εἰς δ' ἀνάστασιν
Δόμων περαίνει πολλάκις τὰ τοιάδε.

Venus enim neque monitis obtemperat, et si vim adhibueris, magis intendi solet; deinde odium gignit, et talia sæpe ad domorum eversionem procedunt.

VII. Πατέρα τε παισὶν ἡδέως συνεκφέρειν
Φίλους ἔρωτας ἐκβαλόντ' αὐθαδίαν,
Παῖδάς τε πατρί· καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
Βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος.
Σκαιόν τι δὴ τὸ χρῆμα γίγνεσθαι φιλεῖ,
Θεῶν ἀνάγκας ὅστις ἰᾶσθαι θέλει.

Et patrem (æquum est) commode juvare liberorum amores, pervicacia dimissa, et liberos patris; neque enim ultro expetuntur mortalibus amores, neque morbus voluntarius est. Habet autem stultitiæ aliquid, si quis necessitatem a diis immissam sanare satagit.

VIII. Εἷς γάρ τις ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος,
Καὶ θεοῖσι τοῦτο δόξαν, ὡς σαφῶς λέγω,

II. Stobæus Tit. XIII. *Musg.*
III. Stobæus Tit. XXXVI. *Musg.*
IV. Stobæus Tit. XXXIX. πόλιν et πάτραν alterum in alterius locum migrasse videtur. *Musg.*
Ver. 3. Heath. corrigit: 'Ως ἐδ γέ μοι. *Beck.*
V. Stobæus Tit. XLIV. *Musg.*

Ver. 2. ex Menandri Adelphis profertur apud Stobæum Grotii, Tit. 44. sed in Stob. Gesn. rectius cum præced. jungitur. *Heath.*
VI. Stobæus Tit. LXIV. Galen. de Hippocr. et Platon. Lib. IV. *Musg.*
Ver. 1. Galen. οὐδὲν, quod probat Heath. *Beck.*
VII. Stobæus Tit. LXXXIII. *Musg.*

Θηρσίν τε πᾶσι, τέκνα τίκτουσιν φιλεῖν.
Τὰ δ' ἄλλα χωρὶς χρώμεθ' ἀλλήλων νόμοις.

Una enim est communis hominum lex, eademque diis recepta, ut firma sit, ferisque porro omnibus, ut parentes sobolem suam diligant. Quoad reliqua moribus alii ab aliis discrepamus.

IX. Ὄντων δὲ παίδων καὶ πεφυκότος γένους,
Καινοὺς φυτεῦσαι παῖδας ἐν δόμοις θέλεις,
Ἔχθραν μεγίστην σοῖσι συμβάλλων τέκνοις.

Cum liberi tibi sint, et proles succreverit, alios in sedibus liberos procreare cupis, inimicitias manifestas inter eos seminans.

X. Εἰς δ' εὐγένειαν ὀλίγ' ἔχω φράσαι καλά·
Ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς ἔμοιγ' ἀνήρ.
Ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς
Ζηνὸς πεφύκῃ, δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.

De nobilitatis laude pauca tantum dicere habeo. Quicunque enim virtute præstat, mihi nobilis est. At injustus, licet patrem agnoscat ipso Jove clariorem, ignobilis videtur.

XI. Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει.
Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

Ah! ah! vetus adagium quam recte se habet. Nunquam bonus vir ex improbo patre nascatur.

XII. Μή μοί ποτ' εἴη χρημάτων νικωμένῳ
Κακῷ γενέσθαι, μηδ' ὁμιλοίην κακοῖς.

Nunquam mihi contingat, muneribus corrupto, virtutem deserere, neque cum malis assuescam.

XIII. Πολλοῖς παρέστην κἀφθόνησα δὴ βροτῶν,
Ὅστις κακοῖσιν, ἐσθλὸς ὤν, ὅμοιος ᾖ,
Λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών.
Τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουστὸν, οὐδ' ἀνασχετὸν,
Σιγᾷν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων.

Multis mortalium adfui, animoque succensui, quoties bonus aliquis improbis similem se reddidit, ad sermonum inanium certamen descendens. At hoc neque auditu honestum, neque tolerabile est; tacere a deteriore conviciis lacessitum.

XIV. Δοκεῖς τὸν ᾅδην σῶν τι φροντίζειν γόων,

VIII. Stobæus Tit. LXXXIII.—Ver. 2. verti, quasi esset σαφῶς ἔχειν. *Musg.*

Ver. 2. Pro τοῦτο Heath. mavult τ' αὐτό. *Beck.*

IX. Stobæus ibid. *Musg.*

Ver. 3. Barnes. συμβαλῶν. *Beck.*

X. Stobæus Tit. LXXXVI. *Musg.*

XI. Stobæus Tit. XC. *Musg.*

Ver. 2. Apud Antonium Melissam c. 217. est — οὐ καλῶς ἔχει. *Beck.*

XII. Stobæus Tit. XCIII. (et XCIV.) *Musg.*

Barnes. in Frag. Cresphontis. *Beck.*

XIII. Stobæus Tit. CVI. v. 1. Φθονεῖν *succensere* est et in Telepho. *Musg.*

Ver. 4. 5. non eidem personæ, cui præ-

Καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σὸν, εἰ θέλεις στένειν;
Παῦσαι· βλέπουσα δ' εἰς τὰ τῶν πέλας κακὰ
Ῥάων γένοι' ἂν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις,
Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν,
Ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων,
Τούς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
Τὸ μηδὲν ὄντας· ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.

Putasne, Orcum tuorum ploratuum rationem habere, et puerum tuum dimissurum, si gemere pergis? Desine ergo; aliorum enim mala intuens tranquillior fias, si considerare volueris, quot homines vinclis consumantur, quot etiam senescant liberis orbi; denique alios ex prapotenti et beata tyrannide ad nihilum redactos: haec te cogitare oportet.

XV. * * τί μ' ἄρτι πημάτων λελησμένον
Ὀρθοῖς;

Quid me erigis nuper admodum miseriarum?

XVI. Νέος, πόνοισι δ' οὐκ ἀγύμναστος φρένας.

Juvenis adhuc, sed animum curis non inexercitatus.

XVII. Ἀνὴρ γὰρ, ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ,
Λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.

Quisquis multa loquendo delectatur, is non intelligit, se praesentibus esse molestum.

ERECHTHEUS. *

I. Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται,
Ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν· οἳ δὲ δρῶσι μὲν,
Χρόνῳ δὲ δρῶσι, πολλῷ δυσγενέστεροι·

Beneficia quando aliquis liberaliter confert, gratissimum hominibus est: qui vero faciunt, sed post longum tempus faciunt, minus liberales ha-

cedentes, tribui debere censet Heath. *Beck.*

XIV. Plutarch. Op. Mor. p. 184. Ed. Steph. Danaën alloquitur Dictys. v. 5. negat Beutleius, ἐκμεμόχθηνται bene Graecum esse. Mihi certe nullum verbi istius passivi in promtu est exemplum, nec tamen ausim dicere, poëtas hanc licentiam sibi non permisisse. *Musg.*

Barnes. ad Danaën retulit.—V. 4. Grotius correxit, Ῥᾷον φέροις ἂν, quod recepit et tuetur Barn.—V. 5. Barn. ἐμμεμόχθηνται. *Beck.*

Schol. in Soph. Ajac. 798. *Musg.*

In ed. Schol. Soph. qua usi sumus, est λελησμένην, et sic quoque Heath. laudat. *Beck.*

XVI. Stobaeus Tit. LII. *Musg.*

XVII. Stobaeus Tit. XXXVI. ed. Gesn. *Musg.*

* Hujus fabulae argumentum breviter enarrat Plutarchus Parallel. Minor. Ἐρεχθεὺς, inquit, πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν, ἔμαθε νικῆσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ, καὶ συγκοινωνήσας τῇ γυναικὶ Πραξιθέᾳ προέθυσε τὴν παῖδα. μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ. pag. 553. Ed. Steph. Paria habet Demaratus apud Stobaeum Tit. XXXVIII. Vide et Lycurgum in Leocratem. Theon porro ad Arat. Phaenom. 171. auctor est, Erechthei filium, secundum Euripidem, Hyadum nomine, in coelum translatum fuisse. *Musg.*

I. Lycurgus in Leocratem, qui et Pra-



Ἐγὼ δὲ δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα κτανεῖν·
Λογίζομαι δὲ πολλά· πρῶτα μὲν πόλιν
Οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν.
Ἧι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις,
Πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.
Ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζῃ πόλιν,
Ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγεὶς,
Λόγῳ πολίτης ἐστὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ·
Εἰ δὲ πάρεργον χρῆ τι κομπάσαι, γυναῖκες,
Οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ συγκεκραμένον,
Ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.
Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα
Τῆς γε δέλεαρ ἔχοντες συνθηρεύομεν.

bentur. Ego vero filiam meam interficiendam dabo: multa autem mecum reputo: primum me nunquam aliam urbem, quæ hac præstantior sit, habituram; cui primum cives non aliunde migrarunt, sed indigenæ sumus: aliæ vero urbes, velut calculorum transpositionibus conditæ, incolas habent alios aliunde commeantes. Qui vero ab alia urbe migrans aliam incolit, velut trabs vitiosa cum tignis commissa, verbo, non re, civis est. Quod si extra rem propositam gloriari licet, amicæ; cœlum superne habemus bene temperatum, nec caloribus nimiis, nec frigoribus, obnoxium; quæ autem delicatissima fert Græcum vel Asi-

xitheam loqui docet. Plutarch. Op. Mor. 1073. Ed. Steph.—Versu 3. metrum laborans non uno modo restitui potest. Mihi simplicissimum videtur χρόνῳ δὲ πολλῷ δρῶσι.—V. 9. Plutarchus habet διαφορηθεῖσαι βολαῖς, sed calculi, sive πεσσοὶ, non jaciebantur; id enim κυβείας proprium erat.—V. 10. idem Plutarchus minus recte habet ἐξαγώγιμοι.—V. 11, 12, 13. apud Plutarchum non exstant, qui versum decimum quartum et quatuor sequentes sine ulla hiatus nota decimo subjectos exhibet. Contra, v. 14, 15, 16, 17, 18. a Lycurgo omittuntur.—V. 14. pro εἰ δὲ πάρεργον metri causa emendem εἰ δ' ἐς πάρεργον. In fine ejusdem versus nonnihil difficultatis creat vox γυναῖκες, sive γύναι scribas cum Ed. Steph. Prius metro adversatur, alterum sententiæ; modo recte colligimus ex v. 41. et ἄνερ, emendata v. 49. scriptura, Praxitheam, Erechthei uxorem, maritum hic alloqui. Suspicor, auctorem dedisse φίλαι, qua voce, ad Chorum se convertens, uti potuit Praxithea; eamque a Plutarcho perspicuitatis gratia in γυναῖκες mutatam.—V. 15. legendum metri gratia κεκραμένον.—V. 17, 18. sic forte corrigendi;

Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσίς τ' ἐκτρέφει κάλλιστ', ἀεὶ
Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες, οὐ θηρεύομεν.

Docet Plutarchus in Themistocle, p. 221. Ed. Steph. Reges antiquos Atticæ populum a rerum nauticarum studio dedita opera avertisse. Vide et in Theseo, p. 14. τῆς γῆς δέλεαρ, ut in Troasin, v. 702. δέλεαρ τῶν τρόπων.—V. 20, 21. aperte mendosi sunt. Lego: Πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ' ἓν, πολλοὶ δέ μιν Ναίουσι.—V. 25. pro ἐνὸς viri docti legunt εἷς, vel ἐμὸς.—V. 27. pro θήλεως legendum vel θήλεος, vel cum Grotio θηλειῶν.—V. 31. facile tollitur anapæstus in secundo loco, legendo μὴ σχήματ', ἄλλως.—V. 36. Metrum laborat, cui succurrendum forte legendo: Ζῆν παῖδας ἤθελον.—V. 39, 40. sic restituit Tyrwhittus: στέφανος εἷς μιᾷ μόνῃ Πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ, δοθήσεται.—V. 41. pro δὺ legendum δὴ θ'.—V. 42. recepi Grotianum Σώσω· τί pro ὡς εἴ τι.—V. 46, 47. manifeste corrupti: vide, lector, an sic emendandi sint:

Οὔκουν ἀπαιτῇ νῦν' ἐμοὶ συνθέντας,
Ἄρξουσί τ' ἄλλοι τῆδέ γ', εἰ σώσω, πόλει.

Ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκητι τίκτομεν,
Ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα·
Πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ' ἕν· πολλοὶ δέ μιν
Νέμουσι, τούτους πῶς διαφθεῖραί με δεῖ,
Ἐξὸν πρὸ πάντων μίαν ὑπερδοῦναι θανεῖν;
Εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα, καὶ τοὐλάσσονος
Τὸ μεῖζον, ἑνὸς μὲν οἶκος οὐ πλεῖον σθένει,
Πταίσας, ἁπάσης πόλεος, οὐδ' ἴσον φέρει.
Εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θήλεως στάχυς
Ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλὸξ,
Οὐκ ἄν μιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορὸς
Θάνατον προταρβοῦσ'. ἀλλ' ἐμοί γ' εἴη τέκνα,
Ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι.
Μὴ σχήματα δ', ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.

aticum solum, nostra terra delectati, non sectamur. Præterea, liberos ob hoc ipsum procreamus, ut deorum aras et patriam tutemur. Urbis autem universæ unum nomen est; multi autem eam incolunt. Hos exitio dare quomodo mihi fas est? Nam si numerandi artem intelligo, et plura a paucioribus internosco, una domus afflicta non plus valet universa urbe, nec damnum æquale sustinet. Quod si domi apud me esset vice femininæ seges mascula, et incendium hostile urbem invaderet, annon ipsum in belli certamen misissem, ne periret, metuens? At mihi liberi sunto, qui et pugnent et inter viros emineant, non species tantum virorum, inutiliter in urbe genitæ. Matrum vero lacrymæ,

Solent certe ambitiosis atque invidis hujusmodi cogitationes obversari. Lysander, teste Plutarcho, ἤχθετο τὴν πόλιν ὁρῶν ὑφ' ἑαυτοῦ μὲν αὐξανομένην, ὑφ' ἑτέρων δὲ βασιλευομένην.—V. 48. utcunque expedire licet, legendo: Ἐκεῖνο δ', ᾧ τὸ πλεῖστον εὐκαιρεῖ μέρος. Nempe ἐκεῖνο ἐμοὶ ἀπαντᾷ.—V. 49. formula est, οὐκ ἔσθ', neque adeo cum sequentibus connecti debet. Vid. quæ dixi ad Electr. 1059. Frequentat præ aliis Libanius. Ibid. ἄνερ pro ἄτερ Valckenærii V. Cl. emendatio est, in notis ad Phœniss. 1022. proposita.—V. 50. legendum θεσμί' οὔτις ἐκβαλεῖ.—V. 51, 52, 53, 54. res omnino conjecturis agenda est. Vide igitur, an scopum tetigerim:

Οὐδ' ἂν τελείας χρυσίας τε Γοργόνος
Κρανίαν, ὀρθὴν σταῖσαν ἐν πόλεως ἄκροις,
Εὔμολπος, οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς
Στεφάνοισιν, οἷσιν οὐδαμοῦ τιμητέα, vel θαυμαστέα.

τέλειος epithetum est deorum principum. Vid. Æschyl. Sept. Theb. 173. Supplic. 535. Antholog. Reisk. Ep. 488. χρυσίας, *suavis, dilectæ*. Sic Mimnermus: χρυσῆς Ἀφροδίτης. Soph. χρυσίας ἐλπίδος. Œd. Tyr. 161. Γοργόνος nomine Minervam venire docui ad Helen. 1315. Κρανία, *hasta*. vid. Suidam et Hesychii interpretes. ἐν πόλεως ἄκροις, i. e. in Acropoli, sive arce Atheniensium, ubi Minervæ ἄγαλμα ὀρθὸν erat, hastam manu tenentis. Pausan. p. 22. De cultu ejus sic Statius Theb. II. 91. *Divæque severas Fronde ligare comas et spargere floribus hastam.* Ab alienigenis eam coronari tanquam rem detestabilem memorat. Eadem fere Romanis religio. Cicero: *mos a majoribus traditus — ut monumenta majorum ita suorum quisque defendat, ut ea ne ornari quidem nomine alieno sinat.* In Verrem IV. 36. Ἔγωγε pro ἐγὼ καί γε aliorum emendatio est. *Musg.*

Ver. 3. Barnes. edidit χρόνῳ δὲ πολλῷ δε. δ.—V. 9. s. Plutarchi lectionem recepit Barnes. ἐξαγώγιμοι sunt *traduces, coloniæ*, auct. Heath.—V. 11. Barnes. οἰκίζω.—V. 15—18. Barnes. in Inc. habet, ubi Εἰ δὴ πάρ.— γύναι— εὖ κεκραμένον— κάλλιστα τρέφει Τῆσδέ γε δίκαιος ἐνταῦθα συνθ. Postremos hos versus ita scribi vult



Τὰ μητέρων δὲ δάκρυ' ὅταν πέμπῃ τέκνα,
Πολλοὺς ἐθήλυν' εἰς μάχην ὁρμωμένους.
Μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
Ζῆν παῖδας εἵλοντο, καὶ παρῄνεσαν κακά.
Καὶ μὴν θανόντες γ' ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα
Τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον, εὔκλειάν τ' ἴσην.
Τῇ 'μῇ δὲ παιδὶ στέφανος, ἣ μία μόνη
Πόλεως θανοῦσα τῆσδ' ὑπερδοθήσεται
Καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ, δύ' ὁμοσπόρους,
Σώσει· τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν;
Τὴν οὐκ ἐμήν γε, πλὴν φύσει, δώσω κόρην
Θῦσαι πρὸ γαίας· εἰ γὰρ αἱρεθήσεται
Πόλις, τί παίδων τῶν ἐμῶν μέτεστί μοι;
Οὔκουν ἅπαντα γοῦν· ἐμοὶ σωθήσεται,

liberos dimittentium, multis in prœlium euntibus animum effœminarunt. Odi mulieres, qui honestate posthabita, liberos vivere cupiunt, et ignaviam suadent. Quin et in prœlio interfecti cum multis aliis commune sepulcrum et laudem parem obtinuissent. At meæ natæ singularis corona tribuetur, uni soliquе pro universis immolatæ. Sed et matrem et te, [Erechtheu] et duas sorores ab exsilio redimet. Ecquid horum non libenter amplecti decet? Dabo ergo natam, nullo jure meam, nisi quod peperi, pro patria immolandam. Nam si urbs capta fuerit, quem ego fructum liberorum meorum percipiam? Illud

Heath: Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα δὴ Τῇσδί γε δίλειαν ἔχοντες οὐ θηρεύομεν.—V. 21. Barnes. — πολλοῖς δ' ἐν.—V. 25. Barnes. — εἰς μ. οἶκος οὐ πλέον σθ. —V. 27. θηλυμῶν Barnes.—V. 30. pro Ἃ vulgo Αἱ.—V. 31. Μὴ σχήματ' ἄλλως, ed. Barnes.—V. 36. Barnes. εἷλον.—V. 39. Heath. — ἡ μόνη μία.—V. 41. Barnes. καὶ δύω γ' ὁ. Valck. ad Phœniss. 1022. legit καί σε, δύο θ' ὁ.—V. 46. s. Barnes. sic exhibet: O. ἅπαντα γοῦν ἐμ. σ.— Τὴν δ' ἐ. σ. π.—V. 50. Valck. ad Phœn. l. l. legit:—θέσμι' ὅστις ἐ.—V. 52. Tridentem Gorgoni tribui non posse docuit etiam Heath.—V. 54. Grotii conjectura Στεφάνοισι δ' ἐχθρὸς οὐ. π. recepta a Barnes. —V. 59. Barnes. — ἐγώ· καὶ ῥ. Valck. ad Phœn. restituit — ἔγωγε· ῥ. *Beck.*

Τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται
Ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν· οἱ δὲ δρῶσι μὲν
χρόνῳ δὲ δρῶσι, πολλῷ δυσγενέστεροι.

Corruptelam tertii versus metri vitium indicat. Musgravius leni verborum transpositione rem peragi posse putans, emendavit: χρόνῳ δὲ πολλῷ δρῶσι. Cum tamen χρόνῳ jam per se indicat, post longum temporis intervallum aliquid fieri (confer Valcken. in Theocr. Adon. p. 210.) cumque præterea δυσγενέστεροι nude positum displiceat, legendum conjeci:

χρόνῳ δὲ δρῶσι πολλὰ δυσγενέστεροι.

Τοῦ πολλὰ sic positi duo exempla præbet Sophocl. Electra. v. 415. Πολλά τοι σμικροὶ λόγοι Ἔσφηλαν ἤδη. et v. 603. Ὃν πολλὰ δή με σοὶ τρέφειν μιάστορα Ἐπητιάσω.— Metri vitio alia sese corruptela prodit in v. 36.

Μισῶ γυναῖκας αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
Ζῆν παῖδας εἵλοντο καὶ παρῄνεσαν κακά.

Musgravius pro εἵλοντο a poëtæ manu εἷλον profectum esse suspicatur. Quod cum nimis a vulgatæ scripturæ literis absit, scribendum puto

Μισῶ γυναῖκας αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
Ζῆν παῖδας ΕΙ'ΧΟΝ καὶ παρῄνεσαν κακά.

Odio mulieres habeo, quæ liberorum vitam honestati et gloriæ prætulerunt. Mox v. 39. legitur:

ΤΗ͂Ι 'ΜΗ͂Ι δὲ παιδὶ στέφανος Ἡ ΜΙΑ ΜΟΝΗ
Πόλεως θανοῦσα τῆσδ' ὑπερδοθήσεται.

Parum placet hoc in loco sagacissimi alias Tyrwhitti emendatio — στέφανος εἷς μία μόνη. neque satisfacit Heathii conjectura,

Ἄρξουσί τ' ἄλλοι· τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
Ἐκεῖνο δ', οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος·
Οὐκ ἔσθ', ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ,
Προγόνων παλαιὰ θέσμια τις ἐκβαλεῖ.
Οὐδ' ἂν τελείας χρυσίας τε Γοργόνος
Τρίαιναν, ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις,
Εὔμολπος, οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστρέψει λεώς,
Στεφάνοισιν οὐδαμοῦ τιμήσεται.
Χρῆσθ', ὦ πολῖται, τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασι,
Σώζεσθε, νικᾶτ'· ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
Ὦ πατρὶς, εἴθε πάντες οἳ ναίουσί σε
Οὕτω φιλοῖεν, ὡς ἔγωγε· ῥᾳδίως
Οἰκοῖμεν ἄν σε, κ' οὐδὲν ἂν πάσχοις κακόν.

ergo in mentem mihi nunc non venit; servabitur urbs, sed alii in urbe, si eam servavero, imperabunt: sed illud potius, quo maximam partem felix sum. Non fiet: me quidem volente, O conjux, nemo prisca majorum instituta subvertet; nec invictæ aureæque Palladis hastam, in arce summa rectam stantem, Eumolpus, aut Thracius populus, coronabit coronis, quibus eam minime honorari fas est. Agite, O cives, partu meo utimini: sospitamini: vincitote: nihil una anima impedimento erit, ne urbem hanc sospitem præstem. O patria, utinam omnes, qui te incolunt, æque, ac ego, amarent: quiete te obtineremus, nec ullum damnum paterere.

legentis: ἡ μόνη μία. Mihi in mentem venit

Τῇ 'μῇ δὲ παιδὶ στέφανος ΤΙΜΗΣ, ΜΟΝΗι
Πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ, δοθήσεται.

Meæ autem filiæ honoris corona imponetur, quandoquidem una inventa est, quæ mortem pro civitate obiret. στέφανος τιμῆς ut στέφανος εὐκλείας apud Euripid. Suppl. v. 325. confer Valckenær. ad Phœn. p. 463. Simonides Epigr. in Anal. Vet. Poët. T. I. p. 133.

Οὗτος Ἀδειμάντου κείνου τάφος οὗ διὰ βουλὴν
Ἑλλὰς ἐλευθερίας ἀμφέθετο στέφανον.

Si cui orationis structura in emendatione nostra paulo durior videatur, legat ille transpositis verbis:

ΤΙΜΗΣ δὲ παιδὶ στέφανος ΤΗι 'ΜΗι μόνῃ,
πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ, δοθήσεται.

Valckenærius in Diatribe Cap. VI. in quo Anaxagorea quædam de duobus rerum creatarum principiis docte persequitur, egregie nonnulla disputavit de loco Euripidis apud Plutarch. T. II. p. 416. C. D. a prioribus Euripideorum editoribus negligenter tractato

Ὁ δ' ἄρτι θάλλων σαρκὶ, διοπετὴς ὅπως
Ἀστὴρ ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα
ΜΙΚΡΟΝ ΔΕ ΣΩΜΑ.

Ut paucis dicam, Euripides mihi scripsisse videtur

— — πνεῦμ' ἀφεὶς ἐς αἰθέρα
'ΕΛΥΤΡΟΝ Δ' 'ΕΣ ΑΙ'ΑΝ.

Egregie firmatam video hanc paulo audaciorem conjecturam versu Admeti cujusdam apud Lucian. in Demon. repetito in Anal. V. P. T. II. p. 308.

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου 'ΕΛΥΤΡΟΝ, βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.

Ἔλυτρα autem vocantur quæcunque velamenta sive putamina. Eustath. in Odyss. Α'. p. 1389. ed. Rom. Μεταπλάττουσι δὲ αὐτὴν τῇ ἀλληγορίᾳ εἰς τὸ καθ' ἡμᾶς σῶμα ὡς συγκαλύπτουσαν ἐντὸς δίκην 'ΕΛΥΤΡΟΥ τὸν ψυχικὸν μάργαρον. Eadem fere metaphora utitur Incertus Auctor Epigram. DCXIV.

— Ἐς οὐρανίας ἄρ' ἀταρποὺς
ψυχὴ πωτᾶται σῶμ' ἀποδυσαμένη.

II. Ὀρθῶς μ' ἐπήρου, βούλομαι δέ σοι, τέκνον,
(Φρονεῖς γὰρ ἤδη κἀποσώσαις ἂν πατρὸς
Γνώμας φράσαντος, ἂν θάνω) παραινέσαι
Κειμήλι' ἐσθλὰ, καὶ νέοισι χρήσιμα.
Βραχεῖ δὲ μύθῳ πολλὰ συλλαβὼν ἐρῶ·
Πρῶτον φρένας μὲν ἠπίους ἔχειν χρεὼν
Τῷ πλουσίῳ δὲ, τῷ τε μὴ, διδοὺς μέρος,
Ἴσον σεαυτὸν εὐσεβεῖν πᾶσι δίδου.
Δυοῖν παρόντοιν πραγμάτοιν πρὸς θἄτερον
Γνώμην προσάπτων τὴν ἐναντίαν μισεῖν.
Ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ κτήματ', ἣν βούλῃ πολὺν
Χρόνον μελάθροις ἐμμένειν· τὰ γὰρ κακῶς
Οἴκους ἐσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
Ἔχειν δὲ πειρῶ· τοῦτο γάρ τό τ' εὐγενὲς
Καὶ τοὺς γάμους δίδωσι τοὺς πρώτους ἔχειν.
Ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστὶν ἥ τ' ἀδοξία,
Κἂν ᾖ σοφός τις, ἥ τ' ἀτιμία βίου.
Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις
Κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
Τῇ σῇ πονηροὺς κλεῖθρον εἰργέτω στέγης.
Ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρας φίλει,
Ἀκόλαστα δ' ἤθη, λαμπρὰ συγγελᾷν μόνον,
Μίσει· βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.
Ἐξουσίᾳ δὲ μήποτ' ἐντυχὼν, τέκνον,
Αἰσχροὺς ἔρωτας δημοτῶν διωκάθειν,
Ὃ καὶ σίδηρον ἀγχόνας τ' ἐφέλκεται,

Maximus Tyr. Diss. XVI. 2. p. 288. Ἡ δὲ ψυχὴ ἐκδῦσα τοῦ σώματος ἐπλανᾶτο ἐν τῷ αἰθέρι. Ceterum confer Moschion. apud Stob. CXXII. p. 611. Incerti Epigram. DXLIV. Pythagor. v. 70. Alexid. apud Diogen. Laërt. in Vit. Platonis. Alia vide apud Valckenær. in Diatr. l. c.

Euripidis esse videtur quod legitur in Eclogis Physicis Stobæi. T. VII. p. 119. Grot.

— Οὐχ εὕδει Διὸς
Ὀφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἐστὶ καί ΠΕΡ ̓ΩΝ ΠΟΝΩ.

Sic MS. — Grotius dedit ex conjectura:

— καὶ παρὼν πόνῳ

in quo sensum desidero. Scripserat forsitan poëta, sive Euripides sive alius:

Οὐχ εὕδει Διὸς
Ὀφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἐστὶ καὶ ΠΟΡΡΩ ΠΟΤ'
ὮΝ.

quæ emendatio egregie firmatur Incerti cujusdam autoris versu, in eodem titulo servato, p. 125.

Πόῤῥω γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν κλύει.

Et sic semper sibi opponuntur τὰ ἐγγὺς et τὰ πόῤῥω ὄντα. Stob. Ecl. Phys. T. XXII. Καίει τὰ πόῤῥω τἄγγυθεν εὔκρατ' ἔχει. ut Valcken. emendavit hunc locum. Maximus Tyr. Diss. XXXIV. p. 405. Αἱ τῶν θυμιαμάτων ὀδμαὶ καὶ τοῖς πόῤῥω οὖσι προσέβαλον. Jacobs.

Χρηστῶν πενήτων ἥν τις αἰσχύνῃ τέκνα·
Καὶ τοὺς πονηροὺς μή ποτ' αὔξειν ἐν πόλει.
Κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες ἢ νομίσματος,
Ἢ πόλεος ἐμπεσόντες εἰς ἀρχήν τινα,
Σκιρτῶσιν, ἀδόκητ' εὐτυχησάντων δόμων.
Ἀλλ', ὦ τέκνον, μοι δὸς χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ,
Καὶ χαῖρ', ὑπ' αἰδοῦς δ' οὐ λίαν ἀσπάζομαι.
Γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

Recte me interrogasti, nec tibi, O fili, recusem (jam enim tibi consulere potes, et memoria custodire sententias a patre suggestas, si ipse moriar) præcipere modita salubria et juvenibus utilia. Brevi autem oratione multa complectar: Primum quidem mentem placidam tenere oportet: et diviti et egeno simul colloquens, æqualem te præbe probo cuicunque. Duobus negotiis eodem tempore propositis, uni animum applica, alterum differens. Divitias inique ne acquirito; si cupis diu in ædibus manere: nam quæ injuste domos intrant, periculo non carent. At acquirere operam dato: hoc enim et nobilitatem et conjugia beatissima conciliat. Egestatem vero comitatur vilitas et contemptus, etiamsi sapiens quis fuerit. Amicos vero comparato, qui in sermonibus sententiam suam non deserant; qui voluptatis tuæ causa gratiam improbitate captent, eos janua tua a domo arceat. Consuetudinem seniorum sectare; at ingenia impura, in risu tantum excitando acria, fugito: non diu delectat voluptas improba. Nunquam potestatem adeptus turpes amores civium venare, quod et cædes et suspendia secum trahit, si quis proborum pauperum liberos constupraverit. Neque improbos in civitate promove; hi enim, vel pecunia abundantes, vel magistratum quemvis in urbe nacti, lasciviunt, domo præter spem amplificata. At, O fili, dextram patri, ut tangat, porrige et vale: præ pudore autem non multum te amplector; animus enim mollior justo hominem sapientem dedecet.

III. Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον, ἢ πολλοὺς κακούς.

Paucos malim, quam multos ignavos.

II. Stobæus Tit. III. et XIV. et XVII. et XLIV. et XCI. et XCII. et XCIV. et CXVI. Plut. Op. Mor. p. 102. et 602. Ed. Steph. Apostol. XIX. 98.—V. 7. Sequor MS. Coll. Nov. Oxon. Vet. Ed. habet τῷ πλουσίῳ τι μὴ δίδους μεῖζον μέρος. Ex utraque lectione sic locum utcunque reficias:

Τῷ πλουσίῳ τι, τῷ τι μὴ, βάζων μέσος
Ἴσον σεαυτὸν ὑπερβῶν παισὶν δίδου.

Ver. 10. Legendum forte Γνώμην προσάπτων, τὴν ἐναντίαν μαθείς.—Ver. 30. Plutarchus εἰς τιμάς τινας præbet. Ex v. 2. et 32. patet, patris hæc ad filium monita esse; quo magis mirandum est, Meropæ a Plutarcho tribui, Op. Mor. p. 108. Erechtheus porro est, quem patrem hic dicimus. *Musg.*

Ver. 7. Barnes. τῷ πλ. δὲ μὴ λ. μ. μ. et v. 8.—εὖ σέβων πᾶσιν λ. e conjectura Salm. nam olim erat εὐσεβῶν, quod Scal. mutari voluit in εὖ σέβων.—V. 9. Vulgo πραγμάτων. Dualem exhibet Stob. Tit. III. —V. 10. Codicum scriptura erat, Γνώμην προσάπτειν τὴν ἐναντίαν μένειν, Salm. reposuit—τὴν ἐναντίαν μάθῃς, Grotius Γ. π., μηδ' ἐς αὔριον μένειν, quod Barnes. recepit. —V. 12. κακῶς Stob. Grot. Tit. XCIV. vulgo ἀδίκως.—V. 18. Barnes. φίλων δὲ π. μ.—V. 22. omittitur apud Stob. Tit. III. et v. 23. ita legitur: Βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς λύπην τεκεῖ, sed Tit. CXVI. exstat, ut hic vulgatur.—V. 27. Barnes.—ἂν τις—V. 33. δ' ante οὐ non est in Barnes. Heath. corrigit οὐ λίαν σ' ἀσπάζ. *Beck.*

III. Stobæus Tit. LI. *Musg.*

IV. Οὐδεὶς, στρατεύσας ἄδικα, σῶς ἦλθεν πάλιν.

V. Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
Στρατηλάτας χρὴ, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ.

Nemo, injuste bellum gerens, redit incolumis. Hinc prudentes imperatores, Diis volentibus, non invitis, bellum auspicari oportet.

VI. Κείσθω δόρυ μοι μίτον ἀμφιπλέκειν
Ἀράχναις, μετὰ δ' ἡ-
συχίας πολιῷ γήραϊ συνοικοίην, ἀείδοιμι δὲ στεφάνοις κά-
ρα πολιὸν στεφανώσας. Θρήϊκιον πέλταν πρὸς Ἀθηνᾶς πε-
ρικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις,
Δέλτων τ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν
Ἂν σοφοὶ κλέωνται.

Quiescat mihi hasta, ut araneæ circa eam telam texant; tranquille autem canam senectutem transigam cantemque sertis canum caput redimitus, Threiciam parmam Minervæ domui peristylio ornatæ appendens, et librorum vocem, quam sapientes ediderunt, explicem.

VII. Θετῶν δὲ παίδων ποῦ κράτος; τὰ φύντα γὰρ
Κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.

Proles adoptiva quid valet? Quæ enim natura dedit, figmentis præponenda sunt.

VIII. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μητρὸς ἥδιον τέκνοις.
Ἐρᾶτε μητρὸς, παῖδες· ὡς οὐκ ἔστ' ἔρως
Τοιοῦτος ἄλλος, οἷος ἡδίων ἐρᾷν.

v. Duo fragmenta sensu cohærentia tanquam unum exhibeo. Utrumque præbet Stobæus Tit. LIV. *Musg.*

vi. Stobæus Tit. LV. Plutarch. in Niciá, p. 966. Ed. Steph. *Musg.*

Ver. 1. In Stob. Gesn. Ἀρκείτω μοι — ἀράχνα, in Grot. p. 211. ex conject. Salm. Ἀρκοῖ τὸ ἐμῷ μίτον ἀμφιπλέκῃ ἀράχνα, quod recepit Barnes. Plut. κείσθω δόρυ μοι, quo et ducit scriptura cod. Voss. Stobæi apud Valck. p. 169. — V. 3. ss. Idem V. D. p. 170. ita redegit ad leges versuum anapæsticorum:

Ἀΐδοιμι δὲ, καὶ, στεφάνοισι κάρα
Πολιὸν στεφανώσας, Θρῄκιον
Πέλταν πατρός γ' ἐν Ἀθάνας
Περὶ κίοσιν ἀγκρεμάσας, etc.

In his Ἀθάνας et ἀγκρεμάσας (vulgo ἐγκρεμ.) dedit cod. Stob. Leid. Heath. metrum versuum restituit sic:

Ἀρκοῖ τῷ 'μῷ μίτον ἀμφιπλέκῃ anapæst. dimeter.
Ἀράχνα, μετὰ δ' ἡσυχίας πολιῷ anap. dimet.
Γήραϊ ξυνοικοίην. Euripideus.
Ἀείδοιμι δὲ, στεφάνοις glyconius πολυσχημάτιστος.
Κάρα πολιὸν στεφανώσας, prosodiacus dimeter hypercatal.
Θρῄκιον πέλταν πρὸς Ἀθάνας anapæst. dimeter.
Περικίοσιν ἐγκρεμάσας θαλάμοις. idem.
Δέλτων δ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν, iambicus dimeter hypercat.
Ἂν σοφοὶ κλέωνται. ithyphallicus.

Verba Θρῄκιον πέλταν, &c. vertit sic: *Threicia* (hostium debellatorum, tropæi vice) *pelta suspensa ad Minervæ templum columnis circa suffultum.* Neque enim cum Grot. capiendum esse de Atheniensium scutis ad lectuli columnas pacis tempore suspensis. *Beck.*

vii. Stobæus Tit. LXXVI. Gesnerus corrigebat δοκησάντων. Sed δόκημα exstat Herc. Fur. 111. *Musg.*

Nihil liberis matre amicius est. Matrem, O liberi, diligite. Nullus enim amoris genus jucundius est.

IX. Τὰς οὐσίας γὰρ μᾶλλον, ἢ τὰς ἁρπαγὰς,
Τιμᾶν δίκαιον· οὔτε γὰρ πλοῦτος ποτὲ
Βέβαιος ἄδικος.

Lucra potius, quam rapinas, sequi oportet. Divitiæ enim male partæ parum stabiles sunt.

X. Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγαθ' αὔξεται βροτοῖς·
Ὁ δ' ἡδὺς αἰὼν ἡ κακή τ' ἀνανδρία
Οὔτ' οἶκον, οὔτε βίοτον, οὐδὲν ὠφελεῖ.

Bona mortalibus per laborem proveniunt; at vita delicata turpisque ignavia nec privatorum domos, nec rempublicam, juvat.

XI. * * ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
Ζῆν φημὶ μᾶλλον τοῦ βλέποντος μὴ καλῶς.

Ego vero eos, qui honeste moriuntur, magis vivere aio, quam qui lucem cum dedecore adspicit.

XII. Αἰδοῦς δὲ αὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι.
Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα.

Ipse autem, de pudore quid statuam, nescio; nam et eo opus est, et multum aliquando nocet.

XIII. * * εὕδουσ' ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ
Πηγαῖσι δ' — οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας.

In solo haud strato cubant, nec fontibus pedes lavant.

XIV. Αἰθιοπίαν νιν ἐξέσωσας ἐπὶ χθόνα.

Ad terram Æthiopicam sospitem præstitisti.

XV. Ζεῦγος τριπάρθενον.

Trium virginum cœtum.

XVI. Καί μοι πολὺν γὰρ πέλανον ἐκπέμπει δόμων.
Φράσον σελήνας τάσδε πυρίμου χλόης.

VIII. Stobæus Tit. LXXIX. Eleganter Grotius οἰκείων pro ἰδίων. *Musg.* οἰκείων Barnes. recepit. *Beck.*

IX. Stobæus Tit. XCIV. Verti, quasi esset τὰς ἐμπολάς. Alterum certe intellectu difficile est. *Musg.*

X. Stobæus Tit. XXIX. bis. Confer Archelai Fragm. V. *Musg.*

Ver. 2. Barnes. — ἡ κακή τ' ἀτολμία. *Beck.*

XI. Stobæus Tit. CXXII. Euripidi tribuit quoque MS. Coll. Nov. qui βλέπειν τοὺς habet, non βλάπτειν τοὺς, cui bene substituerat Grotius βλέποντος. *Musg.*

XII. Clem. Alex. p. 741. Ed. Par. *Musg.*

Ver. 1. Pro αἰδοῦς δὲ αὐτὸς Scaliger rescribit αἰδοῦς δέ γ' αὐτός. *Beck.*

XIII. Clem. Alex. p. 739. Hiatum, vocibus transpositis, facile tollas, legendo sc. ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ Εὕδουσι, πηγαῖς δ' οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας. De re conf. Hom. Il. π'. 235. *Musg.*

Ver. 2. Heath. vult: Πόδας δὲ πηγαῖς οὐχ ὑγραίνουσιν — Valck. D. p. 170. s. Πηγαῖσι (Σελλοὶ) δ' ου. — Σελλοὶ dicuntur sacerdotes Jovis Dodonæi. *Beck.*

XIV. Steph. Byzantin. v. Αἰθίοψ. *Musg.*

XVII. Βοῦς ἕβδομος.

Bos septimus.

XVIII. Μίασμα δρυός.

Quercus piaculum.

XIX. Ἀσιάδος κρούματα.

Citharæ Asiaticæ pulsationes.

EURYSTHEUS, *Drama Satyricum.*

I. * * * κύαθον, ἢ χαλκήλατον
Ἠθμὸν, προσίσχων τοῖσδε τοῖς ὑπωπίοις.

Cyathum, vel cribrum æneum, colaphis hisce opponens.

II. * * πάντας δ' ἐξεθέρισεν, ὡς στάχυν
Πύριμον, σπάθη κολούων φασγάνου μελανδέτου.

Omnes autem demessuit, tanquam aristas triticeas, lamina ensis nigri resecans.

III. Πέμψεις δ' ἐς ᾅδου ζῶντα, κ' οὐ τεθνηκότα,
Καί μοι τὸ τέρθρον δῆλον εἰσπορεύομαι.

Ad orcum vero mittes me vivum, non mortuum; et non ignotus mihi est finis, ad quem eo.

IV. Πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον,
Τοιοῦτόν τ' εἶναι, καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Ministrum quidem in hujusmodi reb s fidelem esse cupio, et dominorum consilia celare.

xv. Hesychius v. Ζεῦγος. *Musg.*

xvi. Suidas v. Ἀνάστατοι. in quem locum Toupius V. Cl. multa explicandi causa, ingeniose, quanquam frustra, molitur. *Musg.*

Is emendat ἱκετίμαστος (ut jam in ed. Porti) et σμερίνου. Exstat fr. etiam apud Suid. V. Σιλῆναι. *Beck.*

xvii. Suidas V. Βοῦς, qui et copiose explicat. *Musg.*

xviii. Appendix Vatican. II. 67. Loquitur de facinore scelesto, quo Bœoti olim quercus Dodonææ sanctimoniam violarunt. *Musg.*

xix. Etymolog. M. v. Ἀσιάτις monet, Aristophanem hoc ex Eurip. Erechtheo transtulisse. Locus Aristoph. est Thesmoph. 126. *Musg.*

i. Pollux Lib. X. 108. *Musg.*

Sic Viri D. ad Poll. e MSS. emendarunt. Vulgo — προσῦχων — ὑποπτικοῖς. Ante κύαθον in Poll. etiam additur ἢ. *Musg.*

ii. Pollux Lib. X. 145. ita exhibet: πᾶς δὲ φασγάνῳ ἐξεθέριζεν, ὅστι πύριμον σπάθη κ. φ. μ. quod Piersonus sic emendabat: A. Πῶς δ' ἐξεθέρισεν; B. ὥστε πύριμον στάχυν Σπάθη κ. φ. μ. Sed ἐξεθέρισεν, vox graphice rem depingens, interroganti, atque adeo, quomodo acta sit, ignoranti, non convenit. *Musg.*

In Poll. est etiam ἐξηθέριζεν et πύρινον. Jungerm. sic constituebat: — πᾶς δὲ φασγάνῳ Ἐξηθέριζεν, ὥστε πύρινον σπάθη κ. φ. μ. Heath.: τοὺς δὲ φ. Ἐξηθ. ὠ. πύρινον στάχυν Σ. κ. φ. μ. *Beck.*

iii. Erotianus v. Τέρθρον. — V. 2. Nisi gravius mendum latet, legendum εἰς ὃ πορεύομαι. *Musg.*

Ver. 2. Heath. legit: — ὡς πορεύομαι. *Beck.*

iv. Stobæus Tit. LXII. στέγειν, quod Grotius pro στέργειν dedit, firmatur a MSS. Coll. Nov. Reliqua sic mihi emendanda videntur:

II. Ὅταν κακός τις ἐν πόλει πράσσῃ καλῶς,
Νοσεῖν τίθησι τῶν ἀμεινόνων φρένας,
Παράδειγμ' ἔχοντας, τῶν κακῶν ἐξουσίαν.

Quando improbus aliquis in civitate prospere agit, bonorum animos cura afficit, quibus pro exemplo est malorum auctoritas.

III. Φεῦ φεῦ· τὸ γῆρας ὡς ἔχει πολλὰς νόσους,
Γέροντι δ' οὐχ οἷόν τε μηκύνειν χρόνον.

Heu, heu, senectus ut multos secum trahit morbos; nec seni terminum vitæ prorogare licet.

IV. Μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει.

Longa enim vita multa habet incommoda.

HIPPOLYTUS Καλυπτόμενος. *

I. Μή μοι τούτων μηδὲν ὑπισχνοῦ.

Ne mihi quidquam horum pollicearis.

II. Ἔγωγε φημὶ, καὶ νόμον γε μὴ σέβειν
Ἐν τοῖσι δεινοῖς τῶν ἀναγκαίων πλέον.

Ego quidem censeo, legem in rebus angustis non pluris, quam necessitatem, habendam esse.

III. Ὦ πότνι' Αἰδὼς, εἴθε τοῖς πᾶσιν βροτοῖς
Ξυνοῦσα τἀναίσχυντον ἐξῄρου φρενῶν.

O sancte pudor, utinam omnibus hominibus adjunctus inverecundiam ex animis tolleres.

IV. Οὐ γὰρ κατ' εὐσέβειαν αἱ θνητῶν τύχαι·
Τολμήμασιν δὲ καὶ χερῶν ὑπερβολαῖς
Ἁλίσκεταί τε πάντα καὶ θηρεύεται.

Non enim secundum pietatem hominum casus sunt. Sed audacia et manuum præstantia comparantur et captantur omnia.

I. Stobæus Tit. XXII. φέρημ' pro φρένημ' a Grotio est. *Musg.*

II. Stobæus Tit. XLV. *Musg.*

III. Stobæus Tit. CXVII. *Musg.*

IV. Stobæus ibid. *Musg.*

A Stob. laudatur, nulla fabulæ facta mentione, auct. Heath. *Beck.*

* Historia eadem est, quæ in Hippolyto Στεφανηφόρῳ: hanc enim prioris διασκευὴν esse clare docet auctor argumenti. Καλυπτόμενος quid significet, non satis convenit inter eruditos. Mihi verisimillimum videtur, Hippolytum, postquam raptu equorum laceratus esset, non vivum postea in scenam delatum esse, ut in superstite tragœdia, sed mortuum et καλυπτόμενον. Quippe verbum καλύπτειν hac in re proprium erat. Libanius: ἀφελκέτω τις τὰ βίλη, καλυπτέτω τοὺς νεκρούς. Vol. I. p. 144. Barnes. De œconomia novimus, Phædram in ea propositam esse προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ — ὡς διὰ τὰς ἐκείνου παρανομίας ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἱππολύτου. Plut. de Aud. Poët. Lunam invocasse Phædram ἐν τῷ καλουμένῳ (f. καλυπτομένῳ) Ἱππολύτῳ, docet Theocriti Scholiastes ad Idyll. II. 10. *Musg.*

Col. Valck. Præf. ad Hipp. censet, ita dici propterea, quod posterior editio priorem obscuraverit, et quasi obtexerit. *Beck.*

I. Schol. Aristoph. ad Vesp. 748. *Musg.*

II. Stobæus Tit. XII. *Musg.*

Brunck. conjicit: καὶ νόμον μὴ δεῖν σέβειν. *Beck.*

III. Stobæus Tit. XXXI. *Musg.*

Ver. 1. τοῖς πᾶσι βροτοῖς retinuit Br., ut est in ed. Stob. Gesn. et in cod. Reg. *Beck.*

V. Οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
Νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις.

Nam qui Venerem nimis fugiunt, perinde errant, ac qui nimis sectantur.

VI. Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον
Ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεόν.

Habeo autem audaciæ magistrum, in rebus angustis facillime se expedientem, Amorem, deum maxime omnium invictum.

VII. Ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἐκβλαστοῦμεν γυναῖκες πολὺ δυσμαχώτερον.

Ob ignem enim subreptum mulieres nascimur, alius ignis major et vinci difficilior.

VIII. Θησεῦ, παραινῶ καὶ τὸ λῷστον φρονεῖν·
Γυναικὶ πείθου μηδὲ τὰ 'ληθῆ κλύων.

Moneo te, Theseu, cogitando, quod optimum sit, quærere. Fœminæ autem, vel cum verum audis, ne obtempera.

IX. Φεῦ, φεῦ, τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
Φωνήν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.
Νῦν δ' εὐρόοισι στόμασι τἀληθέστατα
Κλέπτουσιν, ὥστε μὴ δοκεῖν, ἃ χρὴ δοκεῖν.

Heu, heu, quod res ipsæ vocem inter homines non habent, ut nihil valerent vafri oratores. Nunc autem sermonibus copiose fluentibus verissima evertunt, ut aliter, quam æquum erat, judicent.

IV. Stobæus Tit. LI. *Musg.*

V. Stobæus Tit. LXIII. habet τοῖς διώκουσιν ἄγαν: Plutarchus vero Op. Mor. p. 1392. Ed. Steph. τοῖς ἀγαθὰ ἡρημένοις. Veram lectionem offendit Muretus Var. Lect. IX. 18. Senem, Hippolyti monitorem, hæc loqui existimat Valckenærius V. Cl. *Musg.*

Ver. 2. In Stob. Serm. LXI. Flor. Grot. p. 239. cod. Reg. ut ed. Gesn. habet τοῖς διώκουσιν ἄγαν. Pronam esse emendationem τ. δ. λίαν, monet Br., sed Mureti conjecturam tamen a se quoque præferri. *Beck.*

VI. Stobæus Tit. LXIII. Phædram loqui suspicor. *Musg.*

Brunckio quoque verba Phædræ, non nutricis, esse videntur. *Beck.*

VII. Stobæus Tit. LXXIII. Clem. Alex. p. 622. Ed. Par. sic exhibet: ἀντὶ πυρὸς δὲ γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον καὶ δυσμαχώτερον βλάστον γυναῖκες. Allusio est ad Hesiod. Op. et D. 57. quod et Clemens notavit. *Musg.*

Barnes. ita:—ἀντὶ γὰρ πυρὸς Πῦρ ἄλλο μεῖζον ἠδὲ δυσμαχώτερον Ἔβλαστον αἱ γυναῖκες.

Br. exhibuit ita, ut Grot. Flor. Serm. LXXI. p. 309. atque Barn., et Grotii notam repetiit hanc: "Hanc lectionem in versus suos distinctam concinnavimus ex duabus corruptis, quarum ea, quæ apud Stobæum, sic habebat:


ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον ἐκβλαστοῦμεν γυναῖκες πολὺ δυσμαχώτερον.

Altera vero apud Clementem Strom. VI. in hunc modum: ἀντὶ πυρὸς δὲ γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον καὶ δυσμαχώτερον βλάστον γυναῖκες." *Beck.*

VIII. Stobæus Tit. LXXIII. Chorum loqui monet Valckenærius. *Musg.*

Pierson. ad Mœr. p. 300. emendat—καὶ τὸ λῷστον νῦν φρονεῖν: nam Atticos censet iota, quod non pronuntiarent, etiam in scribendo omisisse. *Beck.*

Ver. 1. Br. edidit: καὶ τὸ λῷστόν σε φρονεῖν. Reg. cod. Stob. vulgatum refert. — V. 2. Br. exhibuit τἀληθῆ, non τὰ 'ληθῆ. *Beck.*



X. Ὕβριν τε τίκτει πλοῦτος, ἢ φειδὼ βίου.

Et divitiæ pariunt vel insolentiam, vel parsimoniam.

XI. Ὁρῶ δὲ τοῖς πολλοῖσιν ἀνθρώποις ἐγὼ
Τίκτουσαν ὕβριν τὴν πάροιθ' εὐπραξίαν.

Video autem, plerisque mortalium priorem fortunam insolentiam parere.

XII. * * πρὸς ἵππων εὐθὺς ὁρμήσας στάσιν.

Statim ad equorum stationem properans.

XIII. Τί δ', ἢν λυθῇς με διαβαλεῖς, παθεῖν σε δεῖ;

Quid autem pati te oportet, si dimissus me deceperis?

XIV. Ὦ λαμπρὸς αἰθὴρ, ἡμέρας θ' ἁγνὸν φάος,
Ὡς ἡδὺ λεύσσειν τοῖς γε πράσσουσιν καλῶς
Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν, ὧν πέφυκ' ἐγώ.

O lucidum cœlum et sancta diei lux, quam suave est te adspicere et prospere agentibus et infelicibus, in quorum numero ipse sum.

XV. Διοπῶ. Nauclero.

XVI. Ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα κραίνουσιν θεοί.

Verum hæc non recte Dii dijudicant.

XVII. Ἄκαιρος εὖνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.

Amicitia intempestiva nihil ab inimicitia differt.

IX. Stobæus Tit. LXXXII. Plutarch. Op. Mor. p. 1435. Ed. Steph. vid. ad Alexandræ Fragm. III. Pro ἱερίοισι στόμασι, quæ Clem. Alexandrin. lectio est, p. 290. Stobæus habet εὐρύθμοις πιστώμασι. *Musg.*

Barnes. — ἵν' ὦσι — δ. λόγοι — εὐρύθμοις πιστώμασιν τἀληθῆ τ' ἀληθέστατα, Stob. T. LXXXII. πιστώμασιν ἀληθέστατα, Valck. ad Phœn. 1715. Idem D. p. 256. suspicatur, hos versus in ed. prima Hippol. lectos, ubi nunc v. 488. ss.

Ver. 2. Br. edidit: ἵν' ὦσι μηδὲν οἱ δεινοὶ λόγοι. et v. 3. Stobæi lectionem recepit, quamvis ea anapæstum in quarta sede contineat: νῦν δ' εὐρύθμοις πιστώμασι τἀληθ. (Vitari anapæstus posse videtur, modo scribatur τὰ 'ληθ.) *Beck.*

Νῦν δ' εὐφόνοισι στόμασι τἀληθέστατα
Κλέπτουσιν.

Ita Cl. Alex. Str. I. p. 340. Lego εὐτρόχοισι— Vide Euripid. Bacch. 264. Plutarch. Pericl. p. 155. C. *Por.*

X. Stobœus Tit. XCIII. Apostolius XIX. 82. *Musg.*

XI. Stobæus Tit. CV. *Musg.*

XII. Pollux IX. 50. *Musg.*

XIII. Erotianus v. διεβλήθησαν. Conjiciebam, legendum esse λυθεὶς et διαβαλῇς. *Musg.*

Heath. hoc fr. sic exhibet: Τί δ', ἢν ψευδῆ με. δ.

λυθεὶς et διαβάλῃς e Musgr. conjectura recepit Br. *Beck.*

XIV. Stobæus Tit. CXX. *Musg.*

Ver. 2. Reg. cod. ὡς σ' ἡδὺ λεύσσειν τοῖς τι πρασσ. καλῶς. Utrumque recepit Br. τι etiam in ed. Gesn. legitur. *Beck.*

XV. Erotianus in voce. *Musg.*

διόπῳ scripsit Br. et sic ponendum esse accentum, docet ex Hes. Æsch. Pers. 44. et Nost. Rhes. 738. ubi in utroque reg. cod. æque male διοπῶν exhiberi monet. *Beck.*

XVI. Justinus Martyr, p. 107. *Musg.*

Heath. ex Justin. de Mon. p. 69. ed. Hutchin. dedit κρίνουσιν, non κραίνουσιν. *Beck.*

Br. habet κρίνουσιν ex edit. Oxon. 1703. 8. p. 169. *Beck.*

XVII. Apostolius Cent. II. 20. Phædram alloquitur Hippolytus. *Musg.*

Schol. Eurip. Hippol. 593. paullo aliter. *Beck.*

XVIII. Ὦ μάκαρ, οἵας ἔλαχες τιμῆς,
Ἱππόλυθ' ἥρως, διὰ σωφροσύνην.
Οὔποτε θνητοῖς ἀρετῆς ἄλλη
Δύναμις μείζων· ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ',
Ἢ μετόπισθεν,
Τῆς εὐσεβείας χάρις ἐσθλή.

O divine Hippolyte heros, quem tu honoris locum ob castitatem adeptus es! Nihil inter homines virtutem potestate superat; ocyus enim, vel serius, præmium pietati debitum venit.

HYPSIPYLE.*

I. Διόνυσος, ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς
Καθαπτὸς ἐν πεύκαισι Παρνασσὸν κάτα
Πηδᾷ χορεύων παρθένοις σὺν Δελφίσιν.

Bacchus, qui thyrsis et hinnulorum pellibus instructus inter tædas super Parnassum saltat choreas agens cum puellis Delphicis.

II. Οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν.

Pampinus sacrum racemum fert.

III. Περίβαλ', ὦ τέκνον.

Circumda, O puer.

IV. Ἃ γοῦν παραινῶ, ταῦτά μου δέξαι, γύναι·
Ἔφυ μὲν οὐδεὶς, ὅστις οὐ πονεῖ, βροτῶν,
Θάπτει τε τέκνα, χἄτερ' αὖ σπείρει νέα,
Αὐτός τε θνήσκει· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν,
Καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
Στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
Δεινὸν γὰρ οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

XVIII. Stobæus Tit. V. Fabulam hi versus clausisse videntur. *Musg.*

Ver. 1. Barnes. τιμὰς et v. ult. εὐσεβίας. Heath. etiam hoc fr. laudat: — ὦ πάτερ, Ἀνίκητον ἄγαλμ' οἴκοισι τεκών, e Schol. Arist. Vesp. 312.

Br. edidit τιμὰς — In cod. Reg. est ut in Gesn. et Grot. ed. τιμᾶς, quod male in τιμῆς ab aliis mutatum esse censet. Frequentius enim λαγχάνειν cum accus. plur. construi, quam cum genit. Ver. ult. εὐσεβίας Br. exhibuit. Idem monet, fabulam hos versus clausisse. *Beck.*

* De hujus dramatis historia vid. Hyginum Fab. LXXIV. et Statium Thebaid. Lib. IV. et V. *Musg.*

I. Scholiast. Aristoph. ad Ran. 1242. Prologi initium esse docet. Quænam in hoc dramate Bacchi fuerint partes, ostendet, si quæris, Statius Theb. V. 265. *Musg.*

II. Schol. Aristoph. ad Ran. 1355. *Musg.*

III. Schol. Aristoph. ad Ran. 1357. *Musg.*

IV. Stobæus Tit. CVIII. Clem. Alex. p. 495. Ed. Par. Plut. Op. Mor. p. 1??. Ed. Steph. Cicero Tuscul. Disp. III. 25. Latine interpretatur. Eurydicen,

Quæ autem hortor, ne rejicias, mulier. Nemo mortalium est, qui non doleat; liberosque sepeliat, et alios iterum gignat; et ipse moriatur. Valde autem anguntur homines, terram terræ inferentes. Verum necesse est vitam demeti, tanquam aristas frugiferas, et hunc esse, illum vero interire. Quomodo hæc lugere æquum est, quæ secundum naturam obeunda sunt? Nihil enim necessarium grave esse debet.

V. Καθίσας ἔδρεπεν
"Ετερον ἐφ' ἑτέρῳ
Αἰρόμενος ἄγρευμ' ἀνθέων
'Ηδομένᾳ ψυχᾷ,
Τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Considens decerpsit alium ex alio florem sequens, mente læta, infantum more insatiabilis.

VI. Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.

Improbis lucrum præ justitia æstimatur.

VII. "Εξω γὰρ ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτερος.

Ira enim posita, omnis vir sapientior.

VIII. "Αελπτον οὐδέν· πάντα δ' ἐλπίζειν χρεών.

Nihil desperandum: quidvis exspectare licet.

IX. 'Ανὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον.

X. Δείξω γὰρ 'Αργείοισιν 'Αχελῴου ῥόον.

Ostendam enim Argivis aquæ rivum.

XI. 'Ιδοὺ, πρὸς αἰθέρ' ἐξαμιλλῆσαι κόραις
Γραπτοὺς (ἐν αἰετ) οἷσι προσβλέπων τύπους.

Adspice: oculis ad cœlum contende, pictas in fastigio figuras contemplans.

Archemori matrem, alloquitur Amphiaraus.—V. 2. Stobæus habet ὅστις οὐκ ἀεὶ πονεῖ.—V. 3. Plutarchus κτᾶται νέα.—V. 4. Lege ex conjectura κάρπιμ' ἔχθονται.—V. 5. Grotii emendationem exhibeo a Ciceronis interpretatione firmatam.—V. ult. Stobæus et Clemens habent Οὐ δεινὸν οὐδὲν. Leviora omitto. *Musg.*

Ver. 1. Barnes. 'Εγὼν (i. e. ἐγὼ οὖν) π. perperam. v. Valck. p. 213. qui sic: "Α γ' οὖν π. π. μοι δ.—V. 3. Barnes. Θάπτειν —καὶ κτᾶσθαι πάλιν. Valck. præfert Plutarchi κτᾶται.—V. 4. Barnes. — θνήσκειν κάρπιμ' ἄ. Valck. etiam κάρπιμ' legit.—V. 7. Barnes. et Valck. τὸν δὲ μή. — Quosdam hujus loci versus adhibuisse etiam Antoninum Imp. 7, 40. 11, 6. monet Valck. l. l. *Beck.*

v. Plutarch. Op. Mor. p. 167. Idem Symposiac. Lib. IV. 1. Priori loco ἄχρηστον legit pro ἄπληστον. *Musg.*

Fragmentum hoc Euripidis esse, primus docuit Valck. D. p. 212. Grotius Excc. p. 463. et Valck. dedit: Εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας "Εδρεπεν, etc. 'Αδομένᾳ ψ. *Beck.*

VI. Stobæus Tit. X. *Musg.*

VII. Stobæus Tit. XX. *Musg.*

VIII. Stobæus Tit. CXI. *Musg.*

IX. Schol. Aristoph. in Ran. 1363. Suidas v. δωδεκαμήχανος legit ἄστρον. Neutrum equidem intelligo. *Musg.*

X. Macrobius Saturnal. V. 18. *Musg.*

Δείξω μὲν — Barnes. quo auctore apud Macr. ἀργειοισιν fuit pro 'Αργείοισιν. *Beck.*

XI. Galenus Tom. V. p. 615. Ed. Basil. κόραι et προσβλέπειν habet. Quæ uncis inclusi, Valckenærius [p. 214.] ex conjectura supplevit. Idem vir egregius emendat ἐξαμιλλῶνται κόραι, et in versu secundo προσβλέπειν. *Musg.*

XII. Εὔσημα, καὶ σᾶ, καὶ κατεσφραγισμένα.

Bene obsignata et salva.

INO.*

I. Εὕδουσα δ' Ἰνοῦς συμφορὰ πολὺν χρόνον,
Νῦν ὄμμ' ἐγείρει. * * * *

Inus autem calamitas, postquam diu obdormiit, nunc oculum attollit.

II. Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους
Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων
Δράσασα μηδέν;

O caræ mulieres, utinam iterum domum Athamantis incolerem, infectis, quæ feci, omnibus.

III. Πολλοί γε θνητῶν τῷ θράσει τὰς συμφορὰς
Ζητοῦσ' ἀμαυροῦν κἀπικρύπτεσθαι κακά.

Multi mortales audacia labes suas obscurare et male facta celare student.

IV. Βίᾳ νυν ἕλκετ', ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοί,
Καὶ κτᾶσθε πλοῦτον, πάντοθεν θηρώμενοι
Σύμμικτα μὴ δίκαια, καὶ δίκαι' ὁμοῦ.
Ἔπειτ' ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος.

Ite nunc, improbi homines, vi honores attrahite, et divitias conquirite undecunque sectantes, promiscue per fas et nefas. Deinde messem luctuosam illinc provenientem metite.

V. Τίς ἄρα μήτηρ, ἢ πατήρ, κακὸν μέγα
Βροτοῖς ἔφυσε, τὸν δυσώνυμον φθόνον;
Ποῦ καὶ πότ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος;
Ἐν χερσὶν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ παρ' ὄμματα
Ἔσθ' ἡμῖν, ὡς ἦν μόχθος ἰατροῖς μέγας

Eustath. in Iliad. Ν'. p. 940. 46. *Musg.*

Apud Eustath. Εὔφημα, quod ita, ut editur, emendavit L. C. V. *Beck.*

Ἐκδημία et Νικηρὸς ex Eurip. Hypsipyla adnotantur ab Hes. Harpocr. et Gramm. Sang. v. Valcken. p. 213. *Beck.*

* Hujus dramatis œconomiam enarrat, si titulo fides, Hyginus Fab. IV. Memoratur etiam ab Aristophane Vesp. 1404. Euripidis Ino κρεμαμένη πρὸς ποδῶν, quod Scholiastes explicat per κρεμαμένη. Mihi neutrum satis perspicuum est. *Musg.*

I. Scholiastes Pindari ad Isthm. IV. 39. paullo aliter, sed ut vera lectio ex contextu pateat. Ex Prologo desumtum videtur. *Musg.*

Schol. Ἰδοῦσ' ἀλγεινῆς συμφοράν. Barnes. inter Inc. Ἰδοῦσα δεινὰς συμφοράς. Pierson. et Valck. p. 174. Ἰδοῦσα δ' Ἰνοῦς συμφοράν. *Beck.*

II. Plut. Op. Mor. p. 986. Ed. Steph. Loquitur Ino. *Musg.*

Apud Plut. dicuntur esse verba Οἰνεῦς, sed Valck. p. 173. cum Gatak. legit Ἰνοῦς, et fragmentum Euripidi vindicavit. *Beck.*

III. Stobæus Tit. IV. *Musg.*

IV. Stobæus Tit. X. Idem Tit. XCIII. *Musg.*

In altero Stob. loco est: Καὶ νῦν ἐφέλκετ', ὦ — v. Valck. p. 176. *Beck.*

Stobæus Tit. XXXVIII. Ælian. Hist. Anim. 3. 15. Pro μόχθος v. 5. lego μισθός.—V. 6. cum Valckenærio V. Cl. legendum ποτοῖσι φαρμάκοις. *Musg.*



Τομαῖς ἀφαιρεῖν, ἢ ποτοῖς, ἢ φαρμάκοις,
Πασῶν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων.

Quænam mater, vel pater, abominandam invidiam genuit, magnam mortalibus noxam? Ubi habitat, quam corporis partem sortita? In manibus, an in visceribus, an prope oculos? Quippe magnam medicis mercedem mereretur, vel sectione, vel potionibus, morbum amoliri, omnium, quibus homines obnoxii sunt, maximum.

VI. Ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών.
Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
Πρήσειεν ἄν τις· καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα,
Πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες, ἃ κρύπτειν χρεών.

Nemo autem hæc, quæ tacenda sunt, sciat. Parva enim face sylvam Idæam facile quis incenderit: Et si uni dixeris, quæ celari opus est, populo universo palam fient.

VII. Νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι·
Χρῆ γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὁπιπλείστας ἔχειν
Γυναῖκας, εἴπερ ἂν τροφὴ δόμοις παρῆν.
Ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων,
Τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο.
Νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν
Ῥίπτοντες· οὐ γὰρ τῶν τρόπων πειρώμενοι
Νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί.

De mulieribus non recte legibus constitutum est. Oportuit enim divitem quamplurimas habere uxores, modo domi esset, unde aleret: Sic enim improbam ex ædibus ejiceret, probam vero tranquille retineret. Nunc autem unam respiciunt, aleam periculosam jacientes; non enim mores experti sponsas intra ædes, velut saburram, recipiunt.

VIII. Φεῦ.
Ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
Πέφυκεν ἀνδρῶν· ἔν τε τοῖσι καὶ καλοῖς
Πολλῷ λέλειπται, κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

Eheu, quantum sexus muliebris virili infelicior est. Nam et in rebus honestis multum superatur, et in abstinentia a turpibus adhuc magis.

Ver. 3. Valck. p. 176. correxit: Τί δή ποτ' ὁ.— Altera ejus emendatio prostat in Not. ad Hippol. 518. sed ea jam Barnesio in mentem venerat.—V. 5. Heath. censet, leges grammaticæ postulare,— ὡς ἦν μ. ἂν ἐ. μ. *Beck.*

VI. Stobæus Tit. XLI. Scholiastes Pindari in Pyth. III. 66. Plutarch. Op. Mor. p. 900. Ed. Steph. *Musg.*

Ver. 2. Schol. Pind. σέλας. Scaliger in ora libri emendavit σπινθῆρος et λέπας, quod probabat Valck. ad Ammon. p. 139. sed in Diatr. p. 174. λαμπτῆρος tuetur.—Ver. 3. Plut. ut editur, sed Stob. κἂν πρὸς ἵνα (ἵν' dedit Barnes. ἵνα γ' em. Heath.) εἴποις ποτέ. *Beck.*

VII. Stobæus Tit. LXVIII. *Musg.*

Ver. 4. Heath. vult ἐξέβαλλ' ἄν, sed repugnat Valck. p. 176. Idem Heath. ἑρματίζονται vertit, quasi fulcrum accersent. *Beck.*

VIII. Stobæus Tit. LXXIII. *Musg.*

Ver. 3. Heath. emendat ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς, atque ita legitur in Stob. Gesn. p. 432, 32. Toup. ad Longin. p. 215. legit: ὧν τε καὶ τοῖσιν καλοῖς, et v. 4. κἄπειτα (ita enim voluisse videtur, vulgatur καὶ ἔτι) τ. α. πλ. *Beck.*

IX. Ὦ θνητὰ πράγματ', ὦ γυναικεῖαι φρένες,
Ὅσον νόσημα τὴν Κύπριν κεκτήμεθα.

O res humanæ! O mulierum animi, quanta nobis labes est Venus.

X. Τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾷν,
Ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,
Τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει.

Talem oportet uxori ancillam permittere, quæ, quod verum est, non tacebit, turpia vero ne adspicere quidem sustinet.

XI. Φειδώμεθ' ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα·
Κακοὺς δ' ἀποπτύωμεν, ὥσπερ ἄξιοι.

Parcamus viris honestis, parcamus: improbos autem, ut digni sunt, aspernemur.

XII. * * * τό τ' εὐγενὲς
